ID semper apud me pro indubitato habitum, & tentum est, & ab omnibus Curijs hactenus receptum, quod Const. Mediol. sub tit. In quibus casibus crim. proc. non potest. Dum excipit à Reg. prohibitiua casum vbi contractus dolosè initus reperiatur intelligatur de eo dolo qui à
1 princip. fuit, & causam dedit contractui iuxtà terminos l. & eleganter ff. dolo. nam alia consideratio, doli, qui interuenit, Re ipsa à princip. qui annullat ipso iure contractum, & illius nomen abolet. Alia doli incidentis, iuxtà quod tradunt DD. in l. 2 C. resc. vend. max. per Cagnol. ibi num. 17. Quod emptor non habet facultatem supplēdi iustum pretium, quando dolus dedit causam contractui. Nam si etiam nulla læsio interueniat volente. ac petente decepto per dolum contractus rescinderetur, & nullitas, & rescisio contractus fauore dolum passi causatur, si igitur quis non venditurus dolo fuit inductus ad venden. contractus est ipso iure nullus, sed si in contractu dolus inciderit, vt quando ad venden. paratus minoris vendere inductus dolosè fuisti tenet quidem contractus, sed ad supplementum iusti pretij agitur not. in c. Cum dilecti. De empt. & vend. Adiuuat hanc interpretationem verbi illius vis. CONTRACTVS dolosè initus.
2 Quod respicit tempus ipsius contractus non autem superueniens. Atq; hinc quod vbi aliqua causa a princip. requiritur non sufficit quod ex post superuenit, sed debet adesse illo certo, & præciso tempore, Tiraquell. in tract cessante cau-
3 sa limit. 4. Crau. consil 830. num. 6. lib. 5. (Const. enim respicit principium vitiosum s. dolum, vt criminaliter procedatur arg. eorum, quæ notat Dec. in l. Quod ab initio ff. reg. iur. col. 2. Idem consil. 25. num. 2. Quæ omnia deducuntur ex Reg. l. in delictis. §. si extraneus ff. noxa. act.

Quare hæc Constit. destruit considerationem Baldi in consil. 54. prim. vol. Castr. consil. 412. viso num. 4. & reliquorum quos cit. Iacob. Menoch de arbit. casu 398. num. 19. 20. & casu 381. num 4. Farinac. q. 19. nu. 36. Peregrin. consil. 72. qui alios cit. Quod vbi dolus potest purgari per actionem descendentem ex contractu cessat de dolo actio ciuilis infamatoria, & multò magis criminalis accusatio. Nam in casu nostro dato dolo à principio non potest excipi rem habere originem à cōtractu. In casu itaq; nostro in quo aduersarius Beluisij habuit semel, & bis pecunias sub nomine societatis ad traffican. in tot Garz's dici non potest superuenisse dolum post contractum cum pecunias inter ceptas, haud in societate poneret, ideò criminali accusatione cōuenitur. Nam vt sit locus recitatæ conclusioni tria debent concurrere.

Primò quod dolus non transierit in particulare nomē delicti prout hic quia id esse factum prob. tex in l. si socius ff. furt. l. rei communis. ff. cum com diuid. 2. Quod materia sit ordinata ad nulliter contrahen. potiusquam ad crimen committendum, vt in casu Bal. d. consil. 14. vbi filius fam. cessit iura nulliter contra debitores patronos. Tertio quod ex contractu is qui dolum commissit non sit factus locupletior cum iactura alterius, vt post Osasc. decis. 137. & alios declar. Prosper Farinac. in consil 96. num. 19. vers. Quibus non obstat.

Nec velamen societatis perimit delictum aut
4 tollit accusatio nem criminalem iuxtà Alberic. l. inficiando num. 5. ff. furtis vbi non punitur furtum quod habet originem à conuentionis contractu, sed quando constat de furto secus sit, vt per D. Prosp. Farin. d. consil. 95. num. 20. vbi velamen administrationis temperat furtum, quia ob administrationem tollitur qualitas contractationis sine qua furtum non comittitur iux. tex. in l. tres fratres ff. tut. & rat. Verùm dato animo non restituendi etiam absque contractatione committitur furtum. Nec dubitan. est, quin agatur de dolo præsumpto, sed vero, ac manifesto, & quin tanquam fur debeat puniri criminaliter prout vult ibi Farinacc. num. 18. versic. Dico insuper.

Nec ad rem facit, quod Beluisius à princip. contraxerit cum viro probo, & in fine contractus fraudulenter se gessit quo casu non videtur pu-

niendus

niendus crimin. ex his quæ supra dixi. Nam ex eisdem duplex patet responsio, primo quòd à princ. videtur habuisse animum fraudādi cū primum accepit pecunias, & eas intercepit in rem propriam, secundò ex altera interceptione pecuniarum post primam, quæ etiam demonstrat enixius voluntatem suam, & animum vsq; à princ. Tertio quia inducit nomen speciale furti vtsupra.

Ad illud verò quod dicitur actione ciuili actum cum expressa protestatione crimin. agendi non est opus vt scribam nam illa ciuilis suum effectum consumauit, ad not. in l. damus. C. ad l. Corn. de fals. & plures resolutiones peti possunt ex Farinacc. in q. 100. lib. 3.

LAVS DEO.

Fr. Bernardinus Porrus I. C.

ERrata quamplurima erant corrigenda, quæ in impressione commissa sunt, sed tempus obitus authoris non tulit emendationem, vnde dici potest illud Poetæ.

Emendaturus si licuisset eram.



IOAN. BAPTISTÆ CAVATII

I. V. D. Bonon. & Aduocati Mediolanen.

Præfationes Ad

OCVLVM REIPVBLICAE.

ARGVMENTVM.

Editionis rationes, & fines referuntur; Inscriptionis singula verba in caput iniquorum Iudicũ summa pietate repetuntur: dicendorũ denique diuisio, ordo, methodus; & defensio, cum diuini auxilij breui inuocatione subijcitur.

SVMMARIA.

1 *Tex. in l. 1. in §. nostram autem. C. de veter. iur. enucl. non obseruari.*
2 *Gloriæ desiderium quatenus permissum sit.*
3 *Tex. in d. §. nostram autẽ, in sui ratione dãnatur.*
4 *Mens hominis continuò concipit noua, vt Nilus.*
5 *Doctores tenẽtur mente cõcepta in lucẽ proferre.*
6 *Doctoratus dignitas obligat ad docendum.*
7 *Actũ faciens obligat se legi loquenti de illo actu.*
8 *Infęlix dicitur is, cuius sapientia alijs nõ prodest.*
9 *Diues infælix decedens sine hærede.*
10 *Doctoris infęlicitati ascribitur si nihil scriptum relinquat.*
11 *Nomen Iureconsf. non merentur, qui nihil Typis excusum relinquunt.*
12 *Philippus Masinus I. C. laudatur ab ordine.*
13 *Cauatiæ gentis insignia in cifram subtiliter reuocantur.*
14 *Authoris à patria recessus causa.*
15 *Auctoris accessus ad Ciuitatẽ Mediolani Causa.*
16 *Aegyptiorum mos in contemplando naturam.*
17 *Arbores prius florescunt, quàm pariant.*
18 *Fructus non percipiuntur sine floribus.*
19 *Viri iniqui imago.*
20 *Mercurij, & Argi fabula moraliter refertur.*
21 *Delectant quemque sua.*
22 *Arbores quæ sero florent, simul ferè fructus germinant.*
23 *Arbor morus cur sapientissima fuerit appellata.*
24 *Inscriptiones, & tituli declarandos esse ex multorum exemplis ostenditur.*
25 *Principium generale non attenditur in nominis impositione, quod exemplificatur.*
26 *Contractus innominati, quando aßumant speciale nomen.*
27 *Oculi corporis damna quomodo oculo mentis compensentur.*
28 *Vnum ibi dicimus esse, ubi duo sunt propter vnũ.*
29 *Iudices boni rari.*
30 *Iudex debet eße talis, vt solus poßit iudicãdi onus sustinere.*
31 *Cæci plures non faciunt vnum videntem.*
32 *Iudex votum suum iniustè proferens non excusatur, quia iã facta esset cõmunis opinio per alios.*
33 *Francisci Merzarij locus declaratur.*
34 *Ingeniosa res sine vtilitate non est laudabilis.*
35 *Principes præcipere debent ne bestiæ, hoc est indigni admittantur ad honorem regendi.*
36 *Iudices ignorantes, & mali pessimis bestijs comparantur.*
37 *Esse, & operari conuertuntur.*
38 *Bestijs flagitiosi comparantur latèque, & curiosè comprobatur.*
39 *Iudices indignos deponendos.*
40 *Principes pro facto suorum officialium teneri.*
41 *Absurda, quæ sequuntur propter electiones malorum Iudicum ex ordine referuntur.*
42 *Tribuniani tempore, venalia oĩa fuisse dicuntur.*
43 *Supplicij tarditas à Deo grauitate compensatur.*
44 *Oculorum fascinantium Metaphora.*
45 *Homines reperiuntur, qui tot interimunt, quot cõspiciunt.*
46 *Iudex debet esse, vt Pater.*
47 *Monstrum Iudicis iniqui quale.*
48 *Iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet.*
49 *Acteonis fabula moraliter refertur.*
50 *Monstrum Apollinis moraliter declaratur.*
51 *Nouum nihil sub Sole.*
52 *Nouandi via ingeniosè inuenta.*
53 *Iustinianus, an Gregorianum Ermogenianum, & Theodosianum codices fecerit suos.*
54 *Natura quomodo nouare doceat.*
55 *Nouitatem inquirere quare debeamus.*
56 *Transcribæ simplices risui patent.*
57 *Icari fabella moraliter refertur.*
58 *Corniculæ Horatianæ fabella exornatur.*

59 *Ingeniosum laborioso præferri.*
60 *Noua omnia placent.*
61 *Intellectus hominis in arduis, vt Noctua ad radios Solis caecutire dicitur.*
62 *Stultum esse se arbitrari Sapientem.*
63 *Natura disposuit homines ad artes.*
64 *Natura est inimica imperfecti.*
65 *Natura est norma iustitiæ.*
66 *Natura dicitur magistra.*
67 *Democriti caecitas.*
68 *Iudices bonos perpetuos esse expedit.*
69 *Auctoritatibus omnium Doctores legum vtuntur, quod latè demonstratur.*
70 *Populus* Dei *pretiosa ad faciendum Tabernaculum Deo subtraxit.*
71 *Fabulis vti licet.*
72 *Templum Esculapij, & Bacchi fuit dicatum Sancto Ambrosio.*
73 *Templum Herculis fuit dicatum Sãcto Laurẽtio.*
74 *Templum Mineruæ S.Thecla condonatum fuit.*
75 *Ecclesia Beatorum Petri, & Pauli in Vrbe situs ad moralitatem egregiè refertur.*
76 *Sedes Apostolica ex Antiochenis partibus cur Romam translata fuerit, moralis expositio.*
77 *Augusti Cæsaris mores.*
78 *Doctores imitantur apes in scribẽdo, et quomodo.*
79 *Oculus mentis metaphoris delectatur, & quare.*
80 *Naturę mirabilia multa sunt.*
81 *Mirabile quot modis quid dicatur.*
82 *Oculi natura mirabilia ad oculum Reipubl. adaptantur.*
83 *Tractatus de perfecto Iudice ex partibus oculi humani est desumptus.*
84 *Tractatus de modo iudicandi ex modo videndi collectus fuit.*
85 *Tractatus de impedimentis Iustitiæ secundum infirmitates contingentes in oculo naturæ conscriptus extitit.*
86 *Tractatus de remedijs contra impedimenta Iustitia secundum Collyria medicorũ cõpositus fuit.*
87 *Nomine generico, & speciali vnum, & idem appellari posse.*
88 *Doctores tardè procedere debent in publicandis eorum scriptis, & quare.*
89 *Oculus Reipublicæ cur potius hoc tempore in lucem editus fuerit.*
90 *Natura res suo tempore producit.*
91 *Nihil perfectũ in humanis inuẽtionib. reperitur.*
92 *Satisfacere omnibus impossibile, & quare.*
93 *Ingenia hominum quàm varia sint.*
94 *Vnum, & idem à diuersis laudari, & vituperari exemplis demonstratur.*
95 *Granum aliquod putridum in malo punico semper reperiri ad moralitatem refertur.*
96 *Templi Salomonis fabrica ad moralitatis sensum refertur.*
97 *Detractores suos vnusquisque semper habuit.*
98 *Rota Romana breuitas damnatur.*
Nicolai Boerij dicacitas reprobatur ibidem.
99 *Audatia scribendi defenditur.*
100 *Remedium particulare pro oculo Reipublicæ aduersus detractores affertur.*
101 *Inuocatio diuini nominis præcedere debet.*
102 *Ratio præcedentis dicti.*
103 *Iuppiter quòd pepererit Mineruam, moraliter exponitur.*
104 *Musa principiũ à Ioue ad moralitatem refertur.*
105 *Oratiuncula pro diuini auxilij inuocatione subijcitur.*

PRÆFATIONES.



NEMO scribentium Cõstitutionem Imperat.
in l.1.in §.nostrã autem consumationem.
C.de veter.iur.enucl.
1 quæ † arcere vñ Iurisperitos à scribẽdo vsu
receptam affirmat.

Et licet vulgus approbet, quia tot sunt
virtutis hostes, quot ignorantes: tamen ratio honesti, & vtilis resistit: honesti quidẽ,
quia, & alijs scriptũ est, mel inuenisti, come
2 de quod † satis est, vt & intelligamus non
oẽ desiderium dulcedinis gloriæ pręceptũ,
& prohibitũ, vt aduertit Cald. super Psal.
50. super vers. gloria &c. & probatur p tex.
in l.oẽm honorem. C. qñ prouoc. non est
necesse, & in c. vt debitus honor. de appel.
& facit illud Prouerb. 5. non des alijs honorẽ tuũ: alijs (inquã) q̃ Deo, & pp Deum,
vt bene interpręratur Bereng. in l. in quartã in 1. præfat. nu. 22. ff. ad l. falcid. & sic ex
eludit persona Imperatoris, & cuiusuis al-
3 terius: Vtilis aũt, quia habemus † text. ex-
pressum in cap. qm̃ non cognoui. 88. dist.

IDEO oẽs Doct. tenent, q̃ sicut omnium
eorum mens, quasi Nilus noua semper cõ-
4 cipit, † vt l. prima in primis verbis. C. de of-
fic. pręτor. Africæ: ità ipsi oẽs, quæ mente
conceperunt, instar perpetui sermonis in
5 lucem † proferre tenentur, vt dicit Bald.
in prælud. feud. col. i. non solùm ex obligatione illa generali, quę colligitur ex verbis
D.Greg. homil. 9. in Euangel. pręsertim in
illis verbis: Habens ergo intellectum curet
ne taceat. quem sequitur Alberic. in l. 1. C.
de suffrag. nu. 8. & nouissimè D. Io. Petrus
Ala de Aduocato, & Causidico Christiano, q. 9. vers. sed quia puto: sed etiam ex tribus particularibus rationibus dignitatem
Doctoratus contingentibus.

Primò ex professionis debito, vt sup. cõtracto simul cum dignitate Doctoratus,
quæ

6 quæ præcipuam legem habet† docendi,vt
voluit glo.in prooem.sex.in ver.Doctor cũ
simil.vt per Bolog.in auth.habita num.52.
C.nè fil.pro patr.quia faciens actum,intel-
ligitur se subijcere légi loquẽti de illo actu,
7 † l. si duo,in princ.ff.de acquir.hæred. vbi
Bal.& Paul.de Cast. Franc.Mant.in consi.
ad decis.Rot.Bonon. super auth.Præterea.
C.vnde vi.& vxor.vers.octauo,qui facit a-
ctum,num.19.

Secundò, quia attribuitur infœlicitati,
8 maximè si quis sapientia sua †alijs nõ pro-
sit,capit. reuertimini, 16.q.1.& extenditur
huiusmodi infœlicitas vsque ad mortem,
quia quemadmodum triste est diuiti dece-
9 dere sine † hærede, quia est signum mise-
riæ & paupertatis §.necessarius hęres Inst.
de hæred.qual.& diff. vbi glo.allegat con-
cordiì itá miserrimum est habẽti à Deo gra
tiam intellectus posteris suis, idest studio-
sis nihil scriptum dimittere, quo possint ve
10 luti hæredes † intellectus consolari, vt di-
cit Bal.in prooem. Decret.nume.3. vbi bo-
na additio,quæ allegat Ias.& alia.

Tertiò cum hæc ità semper fuerint,nũc
magis recepta sunt,postea quàm his tẽpo-
ribus I. C. nomine indigni censentur, qui
11 nihil † typis excusum in medium profe-
runt,vt nouissimè animaduertit ordinatis-
12 simus Phil. Mas. † in nuncupat. ad Rubr.
C.de eden.

Propterea statim, ac iuris prudentiæ li-
mina attigi, statui suscepti honoris onera
13 sustinere; Insigniaque † nostræ gentis, vt
quoddam Hieroglyphycum, docens quid
me facere oporteret diligenter ob oculos
posui,& vt euitarem omne diffidentiæ ma
lum,quod fortuna (vt ita loquar) aduersa
minabatur, in primis Radices solidissimas
Roboris aspiciens dixi Virescit vulnere;
mox audactior spe factus In oculis eiusdem
stipitis, quos prudens Pater Iulius Cæsar
in mei vnici filij auxilium benignissimè o-
stendidit, ramusculos per vim assecutæ, &
agitatæ virtutis inserui.

Hi Bononiæ, dilectissimæ Patriæ flores
emiserunt per decennium,his quorum cau
14 sas † in foro publicè dixi non ingratos, &
prope erat, vt etiam fructus producerent
non insuaues; sed (proh dolor) ex notissi-
mis penes omnes conciues meos rationi-
bus, ad similitudinem Leoninæ herbæ, cu
ius segetem pulcherrima,& M. puella,Gal
lũ,nostri fundi calamitatis insignia, ĩ mani
bus habẽs, circũdedisset,arescere ceperũt.

Hanc ob causam, post rerum mearum
omnimodam iacturam, non sine maximo
vitæ discrimine, vt inuitus Delphinus in
littora compulsus,omnibus meorum præsi
dijs destitutus,quà Deus me vocauit eun-
do,Stipitem in agrum Mediolanensem ad
15 proficiendum, sicut † de Persica arbore
legitur apud Monticel.in tract. de Inuent.
hæred.fol.22. vers.33. transtuli, vt dixi in
tractatu meo de Annulo matrimoniali in
principio, & sub hoc mitiori Cęlo vestigia
veræ gloriæ,quæ Rubea crux in ædibus ho
nestæ erubescentiæ,& durissimæ patientię
indicabat, quatuordecim annos secutus,
alia paraui, quibus Robur antiquo robore
ramos tendere valeat. Et in primis, quasi
per rimulas naturam introspiciens Ægy-
16 ptiorum sacerdotum exemplo, † de quo
Pier. Valer.lib.33. ex oculi humani admi-
rabili fabrica,& partibus,illarumq; nume-
ro, ordine, & effectu ea,quæ perfectum Iu
dicem constituũt collegi, & ex his prę'sen-
tes tractatus conscripsi; & quasi fasciculũ
florum in hac ætate edendum primo loco
curaui, quia natura prius florescunt arbo-
17 res,quàm pariant, † vt attestatur Plin. lib.
16. nat.hist.cap.26.in princ.par.1. neq; ex
illis regulariter fructus sine floribus perci-
18 piũtur, vt dicit Farn.in tract. de simul.rei-
publ.lib.3. fol.66.

Monitvs tamen ab amico vero, sum-
mæ eruditionis,& pietatis, qui me non la-
ctauit,vt duceret per viam non bonam, vt
19 facit vir † iniquus, vt legitur in Prouerb.
11.quem etiam detestati sunt antiqui fig-
20 mento Mercurij,†& Argi, Non sum pas-
sus illud humanis ingenijs insitum vitiũ,
21 vt sua quemq; maximè delectet † opinio,
de quo vitio meminit Contar. in nuncup.
ad l. vnic. C. si de moment. possess. sed &
huic ætati meę annorũ quatuor supra qua-
draginta satisfaciendũ curaui,& ad simili-
tudinẽ illarũ arborum,q̃ Serotino germina
22 tu † florẽt,simul cum floribus fructus exhi
bui grauiorũ laborũ,vt in princ.& in facie
huius Oculi legit: & eò libentius,quia hũc
modum germinandi Sapientiæ adscriptũ
legimus apud Plin.in d.cap.26.in fine. vbi
23 exemplificat in arbore moro, † quam Sa-

pientiſsimam arborum ideo appellat.

Fasciculum autem hunc ſic in-
ſcripſi: Oculus Reipublicæ, natura duce, va
rijs auctoritatibus, etiam ab antiquorum
fabulis in mortalitatis ſenſum translatis,
Metaphoricè, iuxta oculi humani fabricã,
& officium conſcriptus, ſiue de perfecto Iu
dice, de modo iudicandi, de impedimen-
tis iuſtitiæ, & de remedijs contra impedi-
menta iuſtitiæ Tractatus, multis rationi-
bus quæ in eum ſenſum vnico verbo refer
ri poſſunt, ſcilicet, vt intelligeret vnuſquiſ-
que methodum, & finem harum lucubra-
tionum, quæ tamen omnia loco præfatio-
nis diſtinctè referre operepretium futurũ
24 eſſe exiſtimaui, † authoritate Gai Iurecõ-
ſulti libro primo, in ſua ad leges duodecim
tabularum præfatione, & Vlpiani in l. item
veniunt, in §. aptanda. ff. de petit. hæredit.
& in l. 1. in §. verba itaq;. ff. ad Velleia. &
exemplo Ant. Theſau. in ſua præfat. ad no
uas deciſ. Pedemont. nu. 1. qui eodem mo-
do veſtigia tantorum patrum ſequutus eſt.

Oculus Reipubl. Oculũ igitur dixi.

Primò, quia non vniuerſale principium
eorum, quæ antea ex Sac. ſanc. leg. didice-
ram, ſed principium formæ magis ſpecifi-
cæ, quam natura in oculi humani admira-
bili fabrica docuit, in nominis impoſitio-
25 ne attendi † debuit, quod in multis cer-
nere poſſumus, vt in ſtipulatione, quæ om-
miſſo generali principio conſenſus, deno-
minatur à verbis, vt per Alex. & Caſtrenſ.
in Rubr. ff. de verbor. oblig. vt in contracti
bus, qui ſtatim, atque diſcedũt ab illis qua-
tuor fontibus vniuerſalibus, dò, vt des, dò
vt facias, facio, vt des, facio, vt facias, aſſu-
munt ſpeciale, & indiuiduum nomen, ſi
26 modò perfectè † diſcedant, vt declarat
Azo. inſtit. locat. cuius traditionem ſingu-
larem dixit poſt Bal. Lud. de Vrb. in l. ſcien
dum. ff. de verb. oblig. & Fab. de Mont. in
tract. de empt. in 5. q princip. ſub nu. 25. &
generaliter cernere poſſumus in omnibus
hominibus, quos non generali nomine ho-
minis, ſed particulari nuncupamus, vt ani-
maduertit Hier. Ver. in d. Rub. ff. de verb.
oblig. verſ. 2. quærit hic, num. 167. vſq; ad
nu. 170. & eſt optimus tex. in l. quicquid,
in §. cum partes. ff. de acquiren. rer. domin.

Secundò vt magis enixè experirer in re
27 miſsionem peccatorum meorum, † vt his
conatibus oculus mentis redderet, quę ocu
lus corporis in iuuentute abſtulit, vt in con
ſpectu Dei omnipotentis, ſecundum tenui
tatem uirium mearum, ego vermiculus, di
cere poſſem: Secutus ſum in tribulationi-
bus meis veſtigia Iob, & quæſiui, vt eſſem
oculus cæco. vt Iob cap. 29. num. 15.

Oculum dixi non oculos, etſi duo
ſunt oculi.

Primò, quia hi duo ſunt tãtum propter
vnicum actum vidẽdi, quod patet, quia in-
ſolidum vnum tantum actum vidẽdi exer
28 cent. Nam vbi duo † propter vnum, ibi
vnum tãtum. l. illud. §. fin. ff. ad leg. acquil.
gloſſ. in l. cum filius, in §. 1. ver. neut. ff. de
verb. oblig. & communiter allegatur, text.
in l. quominus, vbi hoc notauit Argentin.
fil. Rayn. vt dicit Iaſ. ibi num. 26. ff. de flu-
min. ſequitur Franc. Niconut. qui exornat
dictum pluribus deciſ. in Rub. de no. oper.
nunciat. nume. 56. & melius ſeruit. nu. 57.
vbi apertè dicit, quòd vnius ſolùm haben-
da eſt ratio, per text. in l. rogaſti. ff. ſi cert.
pet. & in l. cum eiſdem. ff. de ædilit. edic. Li
cet enim iuriſdictiones ſint diſtinctæ tamẽ
vnus eſt finis, ſalus pub.

Secundò, vt intelligant Principes terra-
rum, quòd iuxta Virgilian. illud 1. Æneid.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

29 † vt benè animaduertit Bal. ĩ c. 1. de renun.
Lauren. de iud. ſuſpect. in præfat. verſ. ſed
q̃a, & proptereà ſint cauti in eligendo bo-
nos iudices, & cum inuenerint in illos cõ-
ſeruando, vt dicam in tract. de remed. con
tra impedimenta iuſt.

Tertiò, vt intelligant, qui eligũtur in In-
30 dices, q. debent eſſe † tales, vt ſua propria
virtute ſoli poſsint munus ſuum implere,
31 quia † plures cæci non faciunt vnum ui-
dentem, Caualc. deciſ. 25. nu. 9. in fi. part.
1. ex Rol. conſ. 90. nu. 43. uol. 4. & nõ eſſet
prouiſum in caſu, in quo fieri debet cõmu-
nis ab vno, vel in quo vnus ſolũ iudicaret.
& quia ſcriptum eſt per verba ſingularis
numeri Noli fieri Iudex, niſi valeas virtute
irrumpere iniquitates eccl. cap. 7. num. 6.
quod egregia & ſingulari traditione exor
nauit Merzar. in epit. fideic. par. 2. in prę-
32 ludijs ad ſi contra illos † iudices, qui prę-
tendunt ſe excuſatos quocumque caſu,
quãdo votant, iam facta cõmuni per alios,
contra quos, ſi Merzarius vidiſſet Tex-

tum Exod.cap.23. Non declinabit Iudex
à veritate propter coniudices votantes cō-
tra veritatē,& Afflictum eū locum perpen
dentem in coment.ad constit.Neapol.lib.
primo de Inquisit.facien. Rub. quinquage
sima prima, versic. item dura, & dira, sub
33 numer. 6. non † dubitasset de veritate
huius rationis.

Ocvlvs Reipublicę. Addidi Reipubl.
Nec enim loricam ligneam, rem quidem
34 nouam † & ingeniosè contextam,sed nul
lius vtilitatis vnquam comprobaui: sed &
alia, & quidem magna & in quibus totius
Reipub. salus consistit obtinere quæsiui.

Et primò, vt Principes precipiant nè
35 bestiæ montes ascendant, † vt Deuter.
cap.1.hoc est nè indigni, qui hominis na-
turam, vel ignorando, vel dissimulando,
vel potius prodendo deseruerunt admit-
tantur ad sublimitatem, & honorem re-
gendi,& gubernandi.

Nam non minus altitudo montium de-
signat sublimitatem auctoritatis,quàm re-
ctissimè huiusmodi Asini ferrati bestijs
36 † compararentur capit. miror 11. quæst. 4.
cap.qui nec 2.quęst.7.l.1.§. bestias ff. de
postul.imò pessimis bestijs, vt post Arist.
in 1.Polit. tradit Marant.disp.1.nu.17.vbi
refert verba Philosophi.

Et ratio est manifesta, quia hi operan-
tur vt bestiæ crudeles, & secundum diui-
37 num Platonem esse † & operari conner-
tuntur, quod optimè curiosissimeque ex
Sacris litteris,vbi omnia sunt preciosa,col
38 ligere possumus, in his enim de † iracun-
do fel. draconum viuum eorū, vt Deuter.
cap.32.nu.33.de crudeli; filia Populi mei
crudelis, quasi struthio in deserto, vt Tern.
4.de rapaci;Ben-iamin lupus rapax.Gen.
cap.49. num.27.de adulatoribus; Fili ho-
minis cum Scorpionibus habitas Ezech.2.
de Superbo, Noli esse sicut leo in domo,
vt Ecclesiast.4.de luxurioso; æqui amato-
res in fęminas,& emissarij facti sunt,vnus-
quisque ad vxorem proximi sui inhiabat,
vt Hier.5.& alibi super Pastores iratus est
furor meus, & super ircos visitabo,vt Za-
ch.10.de fraudulēntibus,quasi vulpes in de-
serto Prophetę sui vt Ezech.13.de ambitio
so; cū exaltaueris quasi Aquila nidū tuum
inde detrahā te dixit Dominus, vt Hier.
49. de detractoribus; quare maledicit ca-
nis hic moriturus Domino meo Regi; vt
lib.2. Regum c. 16. de inuido; Versus insi-
diarum factus est mihi Tern.3.& quod ma
gis adaptatur de multiplicantibus iniqui-
tates suas; sicut Canis qui redit ad vomi-
tum suum,sic imprudens, qui iterat stulti-
tiam suam,prouerb.26.& alibi, sicut aspi-
dis surdę,vt psal.57. & possem adhuc infi
nitis exornare hāc veritatē; sed solùm pla
cet addere Sanctum Thomam in tract. de
regimine Principū lib.1.c.3.in fine, & c.6.
eiusdem libri,vbi multùm eleganter loqui
tur,dùm refert, quæ de Nabuchodonosor
in similitudinem bestię commutato ha-
bentur Dan.4.& primo Reg. cap. 10.

Secundò,vt ijdē Principes,si fortè ascē-
derint, & per indirectū nidulum suū exal-
39 tauerint indè eos detrahāt,quia † non de-
cet eos lucernis ardentibus sub modio te-
lictis,vt Math.c.5.nu.15. Marc. cap.4. nu.
2.Luc.c.41.nu.3.5. in eo loco manere, &
in hoc imitentur Dominū vt in loco Hie-
remiæ mox citato in illis verbis; inde de-
trahant te dixit Dominus: nè dum eos pi-
get malæ electionis testimonium præbere
remouendo,habeant quid plorent ipsi,qui
40 pro facto † suorum officialium tenentur
Rom.cons.518.nu.6.& Ciuitates ipsę con
tinuò conquerantur.

Nam quando huiusmodi gens inimica
indignum gradum superbè sustinet, Tunc
41 ipsi latrones † notarij exploratores,Ciuita
tes nemora,Tribunalia insidiarū loca,iura
retia,partes aues & ferę, iuditia latrocinia
finis non pax publica, sed priuata pręda,
42 Venalia oīa,ut de tempore † Tribuniani
scribit Cor.in uers.iuris ciuilis.col.17. tunc
boni dignitates fugiunt, deprimuntur, gē-
ment,hiscere non audent,& clamant cor-
de:tunc prouocatur ira Dei ad bella,ad fa
mem,ad pestes,ad regnorū translationes:
tūc efficit processus in Cœlis, cuius exitus
tarditatem supplicij grauitatē cōpensat ho
rum scelerū,quę patrata fuerunt in terris,
43 vt † cecinit Stat.5.Thebaid.cum dixit

Lentoq; irrepunt agmine pænæ

& Iuuen.Satyr.13.quia nō solùm durū iudi
ciū fiet his, quorum iuditia in subditos,ut
nox,seu vt intuitus oculorū urentiū, lęden
44 tiū, & fassinātium † de quibus S. Thom.
in Sum. part. prima quęstio. 118. artic. 3.
& post illum, & alios Mart. de Iries in

tract. de superstit.nume. 35. seu, ut intui-
45 tus illorum hominum, qui † in Tribalis,
& Illirijs sunt, qui tot interrimunt, quot
conspiciunt, de quibus Henric.Farnes. de
simul. Reipub.lib.2. fol. 103. cum tamen
46 debeant esse † paterni, l.ordinem consu-
latus, ibi parentum, vbi glo.allegat con-
cordan. C.de consul.libr.12.Sed Principi-
bus, qui viderunt in loco iudicij impieta-
47 tem, & in loco iustitiæ iniquitatem,† mõ-
strum horrendum,& lachrimabile,de quo
Eccles.cap.3. & tacuerunt,vt canes male-
dicti, vt Esa.cap.56.num.10. durissimum
48 iudicium fiet, † vt Eccles.18.57.cum da-
buntur in prædam Diabolis, vt Hier. 30.
cunctos prædatores suos in prædam dabo,
& Esai. 33. veh qui prædaris nonne præ-
daberis? Nec amplius erunt venatores;
49 sed tot Acteones, † tot prædę suorum ca-
num, Dæmonum, qui sibi blandiebantur,
vt canes,occulteque insidiabantur,vt lupi,
aggressuri in morte, vt Leones,iustissimæ
vindictæ Dei omnipotentis ministri; vt tã
Iudices, quàm Principes ipsi in monstro,
50 † quod pedibus supponit Apollinis huius
rei egregium simulacrum, & conspicere,
& ante oculos ponere possunt.

NATVRA Duce. Naturã secutus sum in
primis, vt quantum fieri posset aliquid no-
ui afferre possem; quia, cum optimè co-
gnoscerem, quòd nihil sub Sole nouum,
51 nec valet quisquam † dicere hoc recens
est, Eccl.cap.1. num. 10. & quod nullum
dictum, quod non sit prius dictum secun-
dum Terent. quem seq. Canciune. de off.
Iud.in epist. in princ. hac via aptiorem nõ
52 inueni † qua ab alijs lumen solùm, non
essentiam rei, sicut Luna à Sole, recipere,
iuxta trad. per Vlcur. de regim. Mund. in
2.q.2.par.princ. nume.63. & qua, ea om-
nia efficerem propria; non sicut Iustinia-
53 nus fecit, de tribus † Codicibus, Gregoria
no, Hermogeniano,& Theodosiano, vt in
Rubr.procemij. C.sed melius,sicut ipsa na
tura facit de ipsis alimentis, dùm illa non
54 conseruat in sua † qualitate, vt dicit Ma-
crob.lib.7.Satur.cap.4. & Bald. in proœm.
decret. in fin.

HANC nouitatẽ,cui inter nostros (liceat
verum dicere) similem non inuenies,non
ex ambitione; sed iustis de causis quæsiui.
Et primò, vt magis honorarent Domi-
55 num de mea † substantia, vt in prouerb.
cap. 3. nec eidem domino displicerem si-
ne fructibus proprijs,vt Matth.cap.21.vbi
arefecit arborem sine fructu,vt per Afflict.
in proœm.ad constitut. Neap. nu.7.

Secundò, nè apud homines viderer cũ
multis laboriosus, & infœlix, ac simplex
56 transcriba † vt meminit Salyc. in Prolog.
Cod.& proinde veluti alter Icarus,de quo
57 post Castrens.meminit† Mant.in eod.En
chir.cap.139. Faber,& Architectus essem
propriæ infamiæ,dùm opus horatianæ cor
niculæ simile, quod risui pateret exhibe-
rem,iuxta fabel.Horat.in epist.ad Florum
58 lib. 1. quam ad propositũ † refert Ioseph.
Lud.decis.Lucens.21. num.24.

Tertiò, quia tanti apud me nunquam
facit nomen laboriosi in cumulando,quan
59 ti ingeniosi in inueniendo, exemplo † la-
beonis in l.2.ff.de orig.iu.vt refert Strach.
in tract.de decocto in 2.p.vlt.part.princip.

Quartò, vt magis placerem, quia om-
60 nia noua placent, † vt attestat Iustin. in
procemio.ff. in §. secundo autem, & sensit
Ouid. in princip. dignioris operis, in quo
præposuit illa Carmina.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora &c.

& è nostris aduertit Thesaur. in præfat. ad
decis. suas in princip.

NATVRAM etiam secutus sum, quia co-
gnoui intellectũ meũ ad hæc ardua non
61 secus cœcutire, ac † noctuam ad radios
Solis, vt dicit Arist.in libr.2. Metaphys.&
Angel. Aret.in Rubr.de iust. & iure,num.
2.& Vicent.Cicon. super psal. 118. super
illis verbis, Reuela oculos meos, & ideò
ne me sapiẽtem arbitrari viderer,quod ad
62 stultitiam refert, † vt habet in prouerb.
Salomon.cap.12.& cap.26. ibi, & via stul
ti recta est in oculis eius,prout sic illum lo-
cum perpendens animaduertit Menoch.
in tract.de præsumptionib. lib. 6. præsum-
ption.45. sub nume. 2. existimaui bonum
esse ad euitandum errores, vt naturam ac-
ciperem in Ducem; quoniam illa non so-
63 lùm disponit nos ad quamlibet † artem l.
Stichus. ff. de legat.3. cum alijs de quibus
Mascard.de probat. concl.202.nume.14.
volu.1. Sed perfectè disponit, quia est ini-
64 mica imperfecti † l. non sunt liberi. ff. de
statu homin.cum alijs de quibus Neuiz.in
cons.

65 confil. 50.num. 20,& eft norma † iuftitiæ
fecundum Tul.in 2.de leg. & magiftra do
66 cens quid fieri oporteat, † vt fcribit Phi-
lof.in 3.Rhetor.& eft text. in l.liberorum,
ibi natura docet. ff. de verborum fignific.
& vtili damno atteftatus eft; Democritus
Philof. inter infanos, & ftolidos Abderita-
67 nos fapientifsimus,qui vt diligentius† na-
turam contemplaretur, vt refert Mant. in
d.Enchir. cap. 305. fe ipfum excęcauit,&
eo prudentius confirmarunt Socrates, &
Plato,qui auxilio naturæ in eligendis iudi-
68 cibus vfi funt.† Nam videmus,quòd ea ra
tione, quia natura ferè immutabilis fit, Iu-
dices perpetuos effe voluerunt,quorũ fen-
tentiam, & Tiber. Cæfar. & Claudianus
Poeta laudauit, vt refert Cagnól. in epift.
de bono Principe num.72. & 82.

Variis auctoritatibus vfus fum,quia
varietate oculus delectať, & fic mę docue-
69 runt iura, † & Doctores: nam de Boetio
habetur 93. diftinct.cap.1.de Saluftio 45.
dift. 1.cap.fin.de Platone 8.dift.in princip.
de Virgilio 38.dift.cap.2.de Sybila 37.di-
ftin.cap.fi quid, de Lucano 36. quæft. 5.
c.nec mirum,de Diomede; de pœnit.dift.
1. cap. aut facta,de Hypocrate, & Galeno,
de confecrat.diftin.6.cap. legimus, de Ci-
cerone eft tex.in l.2.in §. poft hos fuerunt
in fine.ff.de orig.iur.& in l.Cicero in orat.
ff.de pœn.& in l.litus,la prima. ff.de verb.
fignific.vt aduertit Decian.refponfo 1.nu.
178.volum.1.

Variis quoq; auctoritatibus etiam ab
antiquis fabulis,& idolatris gentibus rece-
ptis vfus fum.

Primò, quia Populus Dei, cuius pietatẽ
fequor, fuafionibus Moyfis aurum, & ar-
gentum, & cætera pretiofiora ad facien-
dum Deo vero Tabernaculum fubtraxit,
70 † vt Exod.capit.1,12.27. & 28. & dixi in
libro annuli matrimonialis in 2. par.

Secũdò, Ad hoc me induxit auctori-
71 tas magni Auguftini de † qua meminit
Frãcif.de Vifdom.de Ferraria in fuis Ho-
mel.Homel.7.fol.16.

Tertiò accefsit auctoritas religiofifsimi
populi Mediolanenf. qui templum primo
72 primò loco † Æfculapio, & poftea Bacco
dicatũ, dicauit S. Ambrofio,vt trad.Boff.
in fua hiftor. fol. 44. & templum erectum
à Maximiliano Herculeo in honorem Her
73 culis confecrauit † S. Laurentio fecũdum
Galu.flammam, & Boff.fol.39.& templũ
Mineruæ S. Theclæ condonauit, & demũ
in Metropolitanam Ecclefiam commuta-
uit, vt atteftatur doctifs. Alciat. in 2. em-
74 blem. his verbis †

Culta Mineruæ fuit, nunc eft, vbi numine
Thecla;
Mutato Matris Virginis ante domum,

Quartò ad id me induxerũt milia exẽ-
pla de quibus in vrbe, vt in Vaticano, vbi
nunc fita eft Beatorum Petri,& Pauli Ec-
75 clefia, & olim vaticinia † fumi folebant;
vt trad. Mant.in fuo Enchyr. d.cap. 273.
colum.7.

Quintò inftar omnium mihi fuit exem
plum Sedis Apoftolicæ,quam iubente Do
76 mino ex † Antiochenis partibus D.Petrũ
Romam tranftuliffe legimus in cap. roga-
mus 24. q. 1. vt vbi caput fuperftitionis
erat, illic caput quiefceret fanctitatis, &
vbi Gentilium Princeps habitabat, illic fe-
deret Ecclefiæ Princeps cap. mutationes.
7.quæft.1. & Monet Rom. in confil.352.
incipit. Quæritur primo,nunquid Domini
Aueniónenfes num.17.

Metaphorice procefsi, & per fimiles
appellationes,feu figuras iuxta not.p Car-
din.in cap. quamuis, num.1.de reg.iur.col
77 lectas more † Augufti Cæfaris,de quo Io-
han. Boter.in tract. della ragione di Stato
pag.39. & feu apum,de quo, poft Lucret.
quem non allegat, meminit Balb. de præ-
78 fcrip.in proœmio nu.6. cui addo † Matth.
ab Afflict.ad conftitut.Regn.in 1.ver.poft
proœm.num.2.

Vt ficut Oculus corporis per vitrũ mul
79 ta iucundius afpicit; ita oculus intellectus
† latentibus in hifce fimilitudinum inuolu-
cris libentius incumberet: & ficut difficil-
lius perciperet,ita diligentius conferuaret:
quia dùm magis applicatur animus,magis
augetur affectus: ab applicatione enim il-
luminatio, & ab illuminatione dilectio
prouenit.

Ivxta mirabilẽ oculi humani fabricã:
80 multa funt naturæ mirabilia, † vt dicit
Phil.lib.2.de Cœlo,& mund.fed præcipuè
mirabilis fuit natura in huius nobilifsimi
membri fabrica, quia illam conftruxit om
nibus modis, mirabilem quibus aliquid di-
81 citur mirabile, † de quibus Vgo de oper.

tri.

tri. dier. sed præcipuè paruitate, pulchritudine, & (vt vtar terminis Vgonis) quare.
82 Paruitate, quia † se ipsam natura superasse videtur, si quàm magna in oculi exiguo orbiculo continentur his laboribus cernas. Pulchritudine, quia luce nihil pulchrius inuenitur Quare: quoniam non est parcella, quæ pulcherrimas iustitiæ partes, quasi per indicem magistraliter non ostendat: nimirum igitur si oculi fabricam sequendam proposui; eam autem secutus sum.

Primò, quia secundum organicam dispositionem oculi humani anatomicè, si-
83 mul † & moraliter conditiones requisitas ad constituendū Iudicem, qui possit iustè iudicare, retuli in primo tractatu; quem ideò de perfecto Iudice dixi; & secundum principaliores partes oculi humani partitus sum, vt vnusquisque ex particularibus Rub. & Tit. dignoscere potest.

Secūdò ex modo, quo oculus humanus videt, modū iuste iudicandi, qua potui diligentia collegi in altero tractatu, quem
84 ideò tali nomine † nuncupaui, & nè discederem tantisper à natura, tot constitui capita, quot sunt requisita necessaria ad videndum, vt ex eo tractatu apertè dignoscitur.

Tertiò iuxta infirmitates contingentes oculo humano, tot impedimēta iustitiæ ad
85 ministrādę enumeraui, † & ostendidi ad illa, eorumque numerum, omnia verè, & perfectè redigi, & secundum numerum infirmitatum eum Tractatum, quem ideo de impedimentis iustitiæ vocaui, diuisi, vt similiter in eo apertissimè legitur.

Quartò, & vltimò secūdū veras regulas medicinæ, & veram methodū medēdi
86 oculo humano, certa, & indubitata † remedia contra impedimenta iustitię simul redigi, eumq; tractatum ideò de remedijs contra impedimenta iustitiæ vocaui.

Et in omnib. sic ratione prçuia pcedere curaui, vt nulla similitudo pēderet à libito voluntatis, sed à stricto vinculo rationis, & auctoritatis comprobata oculis omnium appareret.

Hos autē quatuor Tractatus, vno nomine generali oculi Reipublicæ cōprçhendi
87 posse existimaui, † propter identitatem principij, & originis ab eodem fonte, scilicet ab oculo humano: nec vetuit aliqua ratio cur non & specialia nomina commodioris vsus gratia, vt supra, imponerentur, §. 1. cū ibi notat. Instit. de adopt. latè Lud. Gozadin. in l. qui se patris num. 162. C. vnd. lib.

Divtivs distuli, nè vndiq; perfectione opus nudatum publicos infestaret oculos, contra tex. in l. cum supra virentes in fi. C. de re milit. & iustè timui, quia, vt ait Arist. in primo Ethic. veritas primo reuelatur
88 † minus perfectè, postea perfectius, vt patet Ios. c. 3. & est tex. in auth. quibus mod. na. effic. leg. in princ.

Nvnc emisi, quia tempus sic exigere visum est, dum iudicum † crimina in hac
89 Ciuitate diligentissimè punienda in iuditium reuocantur: nam, & natura producit
90 res suo tempore † Santer. de spons. mercat. nu. 78. & ne fatuus viderer post debitum tempus inquirere perfectionem; quia nihil perfectum in humanis inuentionibus
91 † inuenitur l. 2. §. sed quia C. de vet. iur. enecul. & ex sent. Galeni in 2. de virit. impossibile est vnum incipere & finire aliquā artem, & in psal. scriptum est, imperfectum meum viderunt oculi &c.

Nec timui rugam incertitudinis humani iuditij, & brucū naturalis motus ad dis-
92 sentiendū circa scripta mea; quia † nulla lex, vel ratio obligat ad impossibile ca. erit autem lex dist. 4. & fieri nō potest, vt quis omnibus satisfaciat.

Primo quoniam adeò varia sunt hominum ingenia, quòd non omnibus omnia
93 † probantur; neq; ijsdem semper eadem; neq; vna omnibus aliena improbandi ratio proposita est, quia alijs displicet res ipsa, alijs oratio, alijs tractandi ratio, & vias vt ait Marchesan. in nuncup. ad Gregor.
94 14. & vt in † legibus Licurgi lacedémonij. in quibus belli tātum; & Numę Pompilij Regis Romanorū, in quibus pacis solùm videtur haberi ratio, not. Theod. Gaza in prçfat. ad lib. Aust. de anima in princ.

Secundò quia nunquam deficit causa detrahendi: sic enim docet natura in ma-
95 lo punico, in quo † semper granum aliquod putridum remanet.

Tertiò q. a particulare, & potius diuinū,
96 quàm humanū † donū fuit, q. in fabricatione Tēpli Salomonis, nullus fuerit auditus maleus, nec aliquod ferramēti genus.

Quintò,

Quintò, quia omnes habuerunt ſuos detractores, vt latè, & ex profeſſo proſecuti fuerunt Ioan. Neuiz. in Sylu. nupt. in verb.
97 quomodo † iudican. ſub nume. 25. & Cat. Cot. in ſuis memor. in ver. iur. ciu. & quod formidabile videtur, non ſolùm his qui ſoli ſcripſerunt, ab vno ſolùm detrahitur; ſed & his, qui non vnius, ſed plurium afferunt
98 ſententias, vt in Rot. Rom. cui breuiatis, & in Boer. cui dicacitatis vitium aſcribit Theſaur. in d. præfat. ad deciſ. Pedemont. ſub nume. 6.

Non etiam timui damnari audaciam in ſcribendo.

Primò, quoniã non ſolùm occurrit mul
99 titudo auctoritatum † excuſantium, quas cumulauit Mar. Æquic. in tract. de remed. amor. in fine, ſed ratio publica, quæ ſuaſit non eſſe timendum, quam ponit Caſtr. in l. ut reſpõſum, de trãſact. Quomodo enim (inquit Caſtr.) locupletatum fuiſſet ius noſtrum, ſi ità feciſſent antiqui?

Secundò, quia eſt mihi medicamentum ſine herba, ſine alicuius veneficæ carmine, quod me docuit Mart. ad Lol. & exhibeo
100 † videlicet.

In te conuertas oculos, qui deſpicis omnes;
Et te, dùm cunctis, detrahis, inſpicias.

Nvnc ſupereſt diuini numinis inuocatio,
101 † quæ præcedere debet, ut not. gl. in prima conſtit. C. & ibi DD. & præſertim Salyc. num. 1. vbi latiſsima apoſtilla in littera B. ad hoc ut cauſatum referatur ad cau-
102 ſam † ſuam, ut docet Bald. in procem. C. & eo melius Natura in omnibus, ut patet (nè à terminis lucis recedam) in Sole, qui oritur & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ut Eccleſiaſt. capit. 1. Nam Iupiter
103 † peperit Mineruam, ut per Alciat. embl. libr. 1. hoc eſt Deus ſapientiam, &

Ab Ioue principium Muſæ,

Virgil. eglo. 3. ideſt, à Deo uero princi-
104 pium † Sapientiæ, iuxta expoſitionem Bal. in cap. ſedes, colum. 1. de reſcrip. quem ſequtus eſt Neuiz. in conſil. 50. in princip. & omne datum optimum, & donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre Luminũ, ut poſt S. Iac. inquit Bal. in procœ. ut ſup. poſt num. 6. pro quo facit tex. in l. 1. C. de veter. iur. enuclean. cum ſimil. de quibus latè B. Ioan. à Capiſtran. in Spec. conſcientiæ in princ.

Te igitur, qui uerè omnes iuuas, & im-
105 perfecta nulla relinquis † per illum amorem, qui te, bone Ieſu, confixit in cruce, quæſo de ſuper emitte pluuiã auream tui roris, in ſinum huius animæ meæ, & eam intima aſperſione fœcunda.



Ad

Epigrammata.

BENEDICTI SOSSAGI
Ciuis Mediolanensis.


In Epichirema I. C. Cauatij viri doctissimi.



CTIBVS innumeris, & agresti falce recisum,
Audaci vires robore robur agit.
Scilicet erumpunt cæso de cortice rami,
Multaque de multo vulnere gemma tumet.
Sic etiam sæuos tulit ante Cauatius hostes,
Et tanto ereptas turbine sensit opes.
Sed tandem erexit caput eluctatus ad auras,
Et retulit forti pectore stemma suum.
Sic furor hostilis, sic facta inimica iuuarunt,
Dextera non poterant fata probare virum.

Eiusdem.

Ad Oculum Reipubl. Allusio.



YDERA quæque vocant oculos, & lumina cæli,
Fœmineos oculos sydera bina vocant.
Sydera dic oculos, oculos dic sydera, in vno
Mille vides oculos, sydera mille uides.
Quos oculos Argus, quæ sydera gesserat Atlas
Vnius insigni condidit arte labor.
Ne tamen hos oculos numeres, aut sydera, terris
Nec superesse oculos, vlla nec astra putes.

IOAN. BAPTISTÆ CAVATII

I. V. D. Bonon. & Aduocati Mediolanen.

OCVLVS REIPVBLICAE.

Siue de


PERFECTO IVDICE.

De Oculi fabrica. Cap. I.

Enumerantur, & conferuntur partes oculi naturæ cum partibus moralibus oculi Reipublicæ.

SVMMARIA.

1 *Respublica habet diuersa membra.*
2 *Oculi vices gerit Iudex.*
3 *Oculus simplex totum corpus lucidum.*
4 *Iudicandi facultas confertur cum potestate videndi.*
5 *Oculi humani dispositio organica quæ.*
6 *Oculi Reipubl. dispositio quæ.*
7 *Iudicis perfecti imago.*



D similitudinem hominis Respublica habet diuersa membra,
1 † tex. est, & ibi gloss. nota. in l. apparitioni tuæ C. de appar. proconf. & leg. li. 12. inter hæc omnia vices oculi, à quo pendet regimen corporis vniuersi, gerit iudex, cui
2 respub. gubernanda † creditur, §. summa itaq; instit. in procem. & sentit Bercor. in Reductorio Morali in verbo iudicare, pro quo facit tex. in cap. Diaconi, il 1. in primis verbis 93. dist. & in cap. oues ibi, quos sibi oculos elegit 6. q. 1. & in capit. ad hæc, in ver. item epistola, ibi oculus de off. Archid.
3 & illud si oculus simplex † fuerit totũ corpus lucidum erit, & è contra, vt Luc. c. 11. optimè seruit tex. in cap. præcipuè. 11. q. 3. & Michael Vlchur. in tracta. de reg. mun. in 4. par. in 2. q. prin. in princ & in 3. quęst. princ. parum antè finem, vers. quintò quæritur.

Et verè facultas illa perceptiua rerũ me
4 diante † illuminatione, quæ oculum constituit naturæ, & potestas illa abstractiua iusti ab iniusto, mediante lege, quæ Iudicem efficit, simul etiam in earum organicæ dispositionis admirabili fabrica, maximè cõ
5 ueniunt: Nam † sicut oculus naturæ constat ex humore crystallino, vitreo, & albugineo, ex iride, & tunicis septem, tribus à parte posteriori, retina, secũdina. & dura; & quatuor à parte anteriori, aranea vuea, cornea, & coniunctiua; ex musculis & neruis, & ex pupilla, & sub cilijs collocatus in ossis cauitate, veluti in sua regia manet tutus, vt pulchrè tradit Simõ. Port. in tract. de color. ocul. c. 3. ita oculus Reip.
6 compositus † ex humoribus scientiæ, conscientiæ, & praxis, & iride variæ lectionis, ex panniculis tribus à parte posteriori, religione, pietate, & vindicatione, & quatuor à parte anteriori, veritate, obseruantia, obedientia, & gratia, ex musculis rationabilis voluntatis, & neruis charitatis, non emolientis amoris, non exasperantis rigoris, æqualitatis, obseruantiæ totius iuris, & moderati laboris, & ex pupilla naturalis rationis, sub alto iurisdictionis gradu,

du, in capite suo cũ mæstate sistere debet. Figura sit in Illustris. Iacobo Maynoldo
7 Excel. Sen. Med. dignis. † Præside, in quo suprascriptæ cõditiones sic resident, vt illis non solum luceat, sed etiam in cæteros Iudices Potentissimi Regis, paternè agens summè pficiat; propter quod inter eos nõ solùm speculi ostendentis lucis similitudinem carentẽ sensu caloris, vt per Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 9. sed Solis, Ducis & Principis, & moderatoris luminum reliquorum nomen iure meritò sibi vendicet, vt alij grauissimi viri ad quos id, sicut olim, vt inquit Boter. in d. tract. pag. 45. & 80. ad Apellem, & Lisippum Alexandri imaginem, & simulacrum pingere, & fundere vnicè pertinebat, attestati fuerunt.

De humoribus. Cap. II.

Cryſtallini, vitrei, & albuginei humorum oculi humani loco, morales, scientiæ, conscientiæ, & praxis in oculo Reipublicę rationabili, iocunda, & vtili relatione ostẽditur.

SVMMARIA.

1 *Humoris cryſtallini, & scientia correlationes.*
2 *Scientia aqua appellatur.*
3 *Scientia tempore acquiritur.*
4 *Mundus sine scientia regi non potest.*
5 *Ignorans infans, & furiosus sunt incapaces dignitatis.*
6 *Cæcum animal, est simulacrum ignorantis.*
7 *Salomon Rex constitutus petijt sapientiam à Deo.*
9 *Archiep. Capuani exemplum contra ignorantes.*
10 *Consules mercatorum malè faciunt, non adhibendo consilia I. p. in decisionibus causarum.*
11 *Asini ferrati dicuntur ignorates.*
12 *Scientia necessitas in Iudice latè comprobatur.*
13 *Ciuitates Beatæ, quarum Rectores sapientiæ student.*
14 *Cæcus, si cæco ducatum prabet, ambo in foueam cadunt.*
15 *Phætontis fabula morali expositione exornatur.*
16 *Humoris vitrei, & conscientia correlatio.*
17 *Sanguis pro anima.*
18 *Romani cur candido colore Magistratũ peterẽt.*
19 *Oculus cur in tenebris non videat moralis traditio.*
20 *Oculus Reipubl. in vitiorum tenebris, consilij lumen amittit.*
21 *Iustitia non potest cum scelerato homine habere commercium.*
22 *Peccata omnia excæcant.*
23 *Superbia cæca.*
24 *Oculos sublimes odit dominus.*
25 *Oculos excelsos humiliat Deus.*
26 *Oculi elati, moralis expositio.*
27 *Auaritia excæcat.*
28 *Vrsi, quomodo fiant cæci.*
29 *Leonis Papæ Tertij cæcitas.*
30 *Luxuria nocet oculo mentis, & cur, phylosophica & moralis traditio.*
31 *Veneris, et Palladis inimicitiæ moralis intellect.*
32 *Amoris figura moralis expositio.*
33 *Oculus deprędatur animam.*
34 *Ira cæcitasque.*
35 *Ira furor breuis.*
36 *Iracundia calor intellectum diminuit.*
37 *Ira ignis furens.*
38 *Festuca, de qua Matth. cap. 7. quæ.*
39 *Gula cæcitas qualis.*
40 *Ebrietas aufert cor.*
41 *Reges China Iudices ieiunos iudicare iubent.*
42 *Gula cæcitatis imago.*
43 *Inuidia deriuationis moralis expositio.*
44 *Oculus inuidi nequam.*
45 *Heli lucerna in moralitatem refertur.*
46 *Accidia sopor.*
47 *Dormiens, & stultus à pari iudicantur.*
48 *Argi mors, ad moralitatem transfertur.*
49 *Vitiorum nomina in moralitatem explicantur.*
50 *Cernere peccatoris cæcitas.*
51 *Peccata, de homine faciunt bestiam.*
52 *Circei poculi moralis interpretatio.*
53 *Stymphalides, ad moralitatem rediguntur.*
54 *Causarum dubia sæpè ignoramus soluere propter peccata.*
55 *Oculus cur sine luce non possit officium suum exercere.*
56 *Veri cognitio à Spiritu sancto.*
57 *Oculorum cæci Euangelici illuminationis moralis expositio.*
58 *Federici Borromæi Cardinalis amplissimi mos in eligendis Iudicibus.*
59 *Praxis est legum interpres.*
60 *Albuginei, seu aquei humoris, & praxis morales correlationes.*
61 *Doctus sine praxi, videtur imperitus.*
62 *Experientia facit omnia plana, latè fabulosè, & moraliter comprobatur.*
63 *Candor, est color sapientia.*
64 *Speculatur uno modo, & practicatur alio.*
65 *Humor aqueus mutabilis.*
66 *Praxis variabilis.*
67 *Stylus seruandus.*
68 *Aqua bona qualis.*
69 *Praxis bona quæ.*
70 *Praxis necessitas quanta.*
71 *Cautela dicentium, ità in praxi seruari qualis.*
72 *Praxis defectus est maior defectu scientiæ.*
73 *Prouerbium. Tanto vogliono le leggi, quanto l'huomo le sà metter in opera.*
74 *Imago docti sine practica qualis.*

PRIMÒ

PRimum ò igitur à nobilissima ocu
li parte, exemplo Simon. Port.
in dicto loco incipiens, & l. C.
in §.fina. insti.de iur. nat. gen.
& ciuil. sicut in oculo humano est humor
1 chrystallinus, ità in oculo Reipublicæ requi
ritur humor scientiæ, quæ chrystallino com
paratur; quia sicut chrystallum gignitur ex
aqua, quæ mediante multo tempore conso-
lidatur in corde terræ, vt in sum. ab exempl.
libro 2.cap. 25.versic. secundo propter; ità
2 scientia, quæ etiam aqua † vocatur, Eccles.
capit.5. ibi aqua sapientiæ, &c. non fit, ni-
si cum tempore, 48.distinctio. cap. 1. & de
3 pœnitent.distin.2.cap.ea quæ † cautè: Vn-
de sicut chrystallinus humor dicitur chry-
stallinus, quia similis est chrystallo; ità scien-
tia eadem ratione, idem nomen sibi iure
vendicare potest, vt saltem hoc loco chry-
stallini locum teneat.

Huius requisiti necessitas magna est, ad-
4 eò, vt sine scientia mundus regi † non pos-
sit. Abb.in cap.cum adeò, de rescript.& mul
tis comprobat Afflict.ad constitut. Regn.in
prælud. quæst. 26. in fin. & probatur in l.si
Iudex. ff. de uari. & extraordinar. cognitio.
quia illiteratus est incapax dignitatis, sicut
5 † infans, & furiosus, vt dicit Felyn.in cap.si
quando, col. 10.numer. 30. de rescript. quem
refert, & sequitur Pract.crimin. Diaz.in ver
bo, illiterati, circa finem, vbi alia ad propo-
situm; imò similis est bestiæ; ideò designa-
6 tur in figura † cæci animalis, de quo loqui-
tur tex.in cap. fin. dist.49.

Hæc probantur exemplo Dauid, de quo
in somnio uirid.cap.135.num.7.vbi alia; &
7 exemplo Sapiētissimi † Salomonis, qui cum
esset constitutus Rex in populum Israel, nō
petijt à Deo diuitias, potentiam, & dies
multos; sed sapientiam, & scientiam, vt
posset iustè iudicare populum, libro 2. Para-
lipom. capit. 1. ibi, da mihi sapientiam &c.
vt refert Lucas de pœn. uit. (secundum
Fului. Pacian. de probat. libr. 1.cap.1.num.
8 10. summa eruditione † præditus, & inter
antiquos magnæ venerationi habendus) in
l.3.numero 16. C. de Tyron. libro 12. facit
quod habetur Deuteron. dicto capit. primo.
ibi date ex uobis viros sapientes, & psalm.
secundo, vers. & nunc, ibi erudimini, qui iu-
dicatis terram, & Sapient. 6. ibi diligite lu-
men sapientiæ omnes qui præestis populis:
Alias multas bonas auctoritates adducit Ste
phan. Cōst. in tractat. de Lud. in præfation.
numero 3. & ibi declarat dictum, & distin-
guit, inter scientiam, & scientiām, & dat
9 pulchrum exemplū† Archiepiscopi Capua-
ni; vt ibi per eum, cui addo Strach. de mer-
cat. in admonitione, quam facit ad Consu-
10 les mercatorum, qui recusant in † decisio-
nibus causarum sequi consilium iurisperito-
rum; & Tesseram de error. not. cap. primo,
numero. 8. vbi adducit dictum Ioannis de
Imol. in cap. cum ex eo, de elect. in sexto.
vbi inquit, quòd viris litteratis, non Asinis
11 ferratis † debent officia conferri publicam
vtilitatem concernentia; Et egregiè qui-
dem: Nam & hi rudes dicuntur à ruden-
do, quod est Asinorū propriū, & singulare.

Et quòd humor scientiæ sit necessarius in
12 oculo Reipublicæ tenuit † Bald. in l. 3. sub
num. 10. C. de sentent. ex peric. recit. Barb.
in consilio 36.num. 9.libro tertio. Roman.
in consilio 228. sub numero 14. circa med.
Crauet. in tractat. de antiqu. temp. in prima
parte, & alij, quos refert Boer. decis. 18.nu-
mere 51. & Iacob. Menoch. in suo tract. de
arbitrar. iudic. libro 2. casu 339. numer. 1.
quibus addo Horat. Lut. de priuileg. scolar.
priuileg. 46. Michael. Vlcur. in dicto tra-
ctat. in prima quæst. princip. 4. par. vbi limi-
tat dictum, & Ioan. Vgon. in tracta. de of-
fic. quatuor prælat. in quarta part. quæstio.
10. numero 3. vbi quærendo quales Iudices
constitui debeant, principaliter de scientiæ
qualitate mentionem facit; hinc illud Boe-
13 tij Prouerbium. Beatæ † forent Ciuitates si
eas sapientes regerent, vel earum Rectores
sapientiæ studere contigisset in eligendis ci
uitatum prioribus, de quo exclamat Rauau-
dius in Specul. iud. nume. 39. cui addo Cic.
post Plat. in libro 1. epistol. ad Attic. episto-
la prima. pag. 13. folio. 673. pro quo faciunt
multa quæ possunt adduci ex Montalt. de
reprobar. sent. Pilat. in 2. par. numer, 67. vbi
multum egregiè loquitur contrà ignoran-
tes, & melius facit Diu. Gregor. in prima
par. pastor. cap. 1. vbi adducit illud Matth.
14 18. si cæcus cæco † ducatum præbeat, ambo
in foueam cadunt; & illud Proph. psal. 68.
obscurentur oculi eorum ne videāt, & dor-
sum eorum semper in curua, & alia multa,

quę moraliter retento sensu eiusdem patris
induci possunt ad propositum.
Figura moralis sit incendiũ Cœli, & ter-
15 ræ in Phaetontis inscitia, de quo Ouid.lib.
2. Meta.Horat.libro 4.carm. Stat. libr. 12.
Theb. Martial. libr. 5. & grauiter loquitur,
Farnes.in d.tract.lib.2.f.104.vbi alia multa.
Secundò, sicut chrystallinus veluti gem-
16 ma in auro in uitreo fixus est, ut † dicit idẽ
Port.in d.cap.3. ità scientia debet esse fixa,
& fundata in bona conscientia, quæ uitrei lo
cum rationabiliter tenet: quia sicut uitreus,
humor similis est uitro, ita conscientia; sicut
enim ex speculo pulchritudo, & turpitudo
corporis detegitur; ità ex conscientia pro-
17 pria interior † homo accusatur, secundùm
Paul. ad Roman.cap.2.circa med. & etiam
iustificatur secundum eundem Apost. 2. ad
Corinth.cap.1. uersi. Nam gloria &c.
Præterea etiam hoc designatur per san-
18 guinem, † ex quo conflatus est humor iste,
& per Albedinem illam, qua natura hunc
sanguinem affecit, ut per Cur. in annotat.
ocul.pag.317. Per sanguinem enim designa
19 tur anima, quia etiam pro anima † cap.iux-
ta illud, sanguis subditorum requiret de ma
nibus prælatorũ, de quo pulchrè Lud. Mont
alt. in dicto tract.de Reprobat.sent. Pilat.in
3.par.princip.quæ incipit. & hæc sufficiant,
nume.90. Per albedinem uerò candor con-
scientiæ ostendit. ut attestati sunt Romani,
20 qui candido † colore induti consueuerunt
magistratũ petere, ut docuit Farnes.in dicto
tractat.libro 2.cap.3.pro quo facit Rauaud.
in d.Spec.num.28.
Huius requisiti necessitas magna est, Nã
sicut oculus dùm manet in tenebris non ui-
21 det, quia optima ratione † concludit Philo-
sophus libro 2. d.an. tex.73. corpus perspi-
cuum, necessarium esse ad uiden. quod intel
ligit de corpore perspicuo actu, & illumina-
to ab extrinseco lumine, ut habet eo libro
2. text. 77. ita oculus Reipublicæ in cæcis
perturbationum nubibus, & obscurissimis
uitiorum tenebris consilij lumen, & æqui,
& boni iudicium amittit, ut tradit Farnes.
in libro de peccat.imag. cap.4. per totum;
iustitia enim non potest cum scelerato ho-
22 mine † habere commercium cap. Forus.§.
fin.de uerborum significat. Redoan. de Si-
mon.par.4.cap.5.sub num.3.

Omnia peccata nocent, ideoque, & no-
23 xæ nomine † à nocendo vocantur. Nam
peccatorum domus non potest esse habita-
culum iustitiæ, vt tradit Montal.in dicto lo-
co post num 64. versic.ego autem. & scri-
ptum est, ambulabunt vt cæci, quia Domi-
no peccauerunt Aggæi. 1. & in lib.Sapient.
excæcauit eos malitia eorum, & in terminis
nostris est text.in cap.iudicet.3.quæst.7.vbi
optimè probat, quòd qui in peccato est mor
tali, alium iudicare non debet.
Superbia cœca semitas rationis ignorat,
24 & viam iustitiæ non valet videre † Practic.
Zauat. nume.114. quia sibi non assistit, sed
resistit lux vera, & Deus, vt Ioann.cap.8. &
pro hoc est tex.in libro Prouerb. cap.6. vbi
25 est scriptum, quòd oculos sublimes odit do
minus, & libr. 2.Regum cap.22.vbi legitur,
26 quòd oculos excelsos humiliat † Deus.
27 Figura est in oculo elato secundũ † Episc.
Lugdun. in sum.virt.& vit.tom.2.tit. d.su-
perb.cap.32.
Auaritia excæcat cap. quatuor ibi cupidi
tate 11.quæst.3. & dicam vberius (Deo dã-
28 te) quando † tractabo de infirmitatibus o-
culi, siue de impedimentis iustitiæ.
Figura potest poni in vrsis: Nam sicut illi
29 baccinno vrenti † excæcantur secundum
Bercor.in verbo Auaritia, & in vlt. vol. lib.
11.c.108.nu.14. quod & obseruatũ fuit con
30 tra Papam Leonem Tertium, qui postea
mirabiliter virtutem visiuam recuperauit, vt
legitur in annalibus Florẽt. vt refert Mant.
in suo Enchirid. cap. 206. ità auari Iudices
splendore auri remanent obcęcati, ad hoc fa
cit Claud.lib.2.in Stilic. laud. vbi pulchrè.
Luxuria nocet, quia vinum & mulieres
31 apostatare faciunt sapientes † Foler. in pra
ctic.crimin.in princ.num.6. & Venus nocet
cerebro, cuius pars est semen, seu stylla, quę
per genitales venas ab ipso vertice defluit
in infima voluptate. Tiraquel.de legib.con-
nub.li.15. versic. nocet cerebro; & versicu.
sed quia oculi: hoc senserunt antiqui Poe-
tæ, qui inter Venerem, & Palladem inimi-
32 citiam † posuerunt, vt moraliter exposuit
summè eruditus Orator Farnes. in libro de
offic. med. simulacr. pagin.179. cuius sen-
sum verissimum affirmauit Tiraquell. in
dicto loco, numero 39. cum dicit, quòd
Poetæ, qui omnium rerum naturas sub
fabula-

fabularum inuolucro comprehenderunt,Cu
33 pidinem cęcum † finxere;sed ad cęcitatem
mentis, quam intendo optimè confert eius-
dem amoris figura, qui pingitur puer, ad
ostendendum etiam irrationabilitatem, &
stultitiam Boer.decis.23. nume.76.vbi mo-
raliter exponit etiã alas, arcum, & sagittas.
Optima ad propositum nostrum etiam fi
gura potest poni in illo latrone,qui ob tene-
bras non videns propria bona furatur, si con
ferat illud: oculus meus deprędatus est ani-
34 mam meam †secundum Peraldum in eod.
tit. de superb. cap.4. vers. ex parte verò ocu-
lorum.
Ita obcęcat, quia impedit animum nè
35 possit cernere † uerum, ut dicit Moralis il-
le Cato,& refert Iacob. de Belouis.in pract.
tit.de quæst.num.69.& dicitur furor breuis
36 secundum † Horat. libr.1. epistolarum, ad
Lol. & scriptum est, quòd calor iracundiæ
37 intellectum hominis diminuit, † Bald. in c.
primo.§. si quis verò,de pac.iur. firm. Abb.
in cap.fin.colum.5.vers. videas etiam aliam
glo.de confess.& in cap. afferte,colum.2.de
præsumpt.facit text. cum ibi not. in l. quic-
quid calore.ff.de regu.iur.& Bald. in d. §. si
38 quis uerò † vbi appellat iram ignem furen-
39 tem.Facit quod dicitur de festuca.† Matth.
cap.7.
Gula nocet, quia sensus ex pinguedine
40 crassi, & inertes † efficiuntur, vt probatur
Oseæ capit.4. vbi legitur,quòd ebrietas au-
41 fert cor,idest † mentem.Et propterea Tull.
lib. 5. Tuscul. inquit, quòd mente recta uti
non possumus multo cibo, & potu repleti;
Testes huius veritatis sunt Reges Chinę,qui
42 non † permittunt Iudices dicere ius,nisi ie-
iunos,figura sit Anacharsis Sythici,auctori-
43 tate illa,de qua † habetur in libro,qui inscri
bitur interior homo.c.140. in fin.& in ebrio
inter quem, & furiosum non videtur diffe-
rentia,iuxta illud,cœperunt Principes fure-
re à vino, de quo Oseæ cap.17.
Inuidia nocet, quæ secundum Ioannem
Mariam Veratum ad carmen illud Catonis,
Inuidiam nimio cultu vitare memento,
44 à minus† vidẽdo dicitur,& vltra locũ quod
ad propositum Verar. ibi adducit Esai. 5.
Veh qui dicitis bonum malum, & malum
bonum; facit quòd legitur Eccles.capit.14.
45 vbi dicitur,quòd nequam † est oculus inui-
di, & Matth.cap.20. ibi, an oculus tuus ne-
quam est,quia ego bonus sum. facit quod le
46 gitur de Heli, qui † non poterat videre lu-
cernam donec extingueretur lib.1. Regum,
cap. 3.
Nocet Accidia, quia inducit soporem,vt
Prouerb.cap.19.quòd potest intelligi de so-
47 pore corp. & † mentis. Nam dormiens, &
48 stultus sunt in eodem confinio; & † facit il-
lud cum dormiente loquitur, qui narrat stul
to sapientiam, de quo Eccles. cap.22. Figu-
49 ra fit in Argo. qui † ex cantu Mercurij som
no oppressus iugulatus fuit.
Hæc omnia simul probantur ex nomini-
bus ipsius peccati, Nam dicitur peccatum,
50 † à pelliceo,quia eius flagitio pellicitur ani-
mi iudicium, dicitur delictum, quasi dereli-
ctum,quia peccando relinquitur ratio, dici-
tur crimen, à cernendo, quia peccanti tol-
latur lumen cernendi, quia cernere quod
51 tribuit peccatum,† est cęcitas,iuxta illud a-
perientur oculi vestri, vt Gen. cap.3.& de-
mum dicitur facinus, quia de homine facit
52 bestiam,iuxta illud † Prophetæ;homo cum
in honore esset, non intellexit; compara-
tus est iumentis insipientibus, & similis fa-
ctus est illis, & illud Boet.lib.4.de consolat.
& qui uirtute deserta homo esse desinit,cum
in diuinam conditionem transire non pos-
sit,uertitur in beluam: Sunt enim peccato-
res ueluti pecora contra naturam agentes:
sicut animalia bruta. Et in tanta morũ per-
uersitate homo iam non est homo,sed iners,
& inscia pecus, & pro hoc est text. in auth.
de incest. nupt.§.1.col.2.secundũ Bab.in §.
1. instit.Si quadrup. paup. fec. dic. & refert
Ioan. Anton. Basius ad Afflict. in constitut.
Neapol.in procem.sub num.12. littera B. ità
ut superbus Leo, Auarus Buso, Libidino-
sus Hiricus, Iracundus Tigris Gulæ deditus
Sus, Inuidus Pauo, & ignauus Asinus dici
possit, ut supra in præfat. numer.37. figura
53 est in Circeo Poculo,ex quo homo † fiebat
bellua, facit Farnes. d. tract. de peccat. im-
mag. cap.2.3. & 6.
Rursus hæc omnia locuti sunt, poetæ in
54 auibus† lacus Scymphali,de quibus Virg.in
labor. Herculis inter carm.select. pag.619.
Ouid. meta. libro nono. pagina 241. &
Claud. in præfatione secunda. libro de Ra-
ptu Proserpinæ. Peccata enim sunt aues
illæ, quæ magnitudine sua impediunt ra-
dios illius Solis, qui solus fecit Solem, vt

Psalm. 73. & consequenter cognitionem,
quæ sine eo haberi non potest, vt dixit con-
ciuis meus Alex. Sciar. in sua vtiliss. pract. c.
23. num. 16. vbi adducit illud Bald. videli-
cet, sæpe propter peccata, nescimus causarũ
55 † soluere dubia, quod est verissimum, quia si
cut visio non fit sine luce in oculo naturæ, vt
56 supra, quia illa est actus, i. perfectio † cor-
poris perspicui, vt dicit Arist. de anim. libro
2. text. 69. ita veri cognitio non datur sine
57 gratia Spiritus sancti, à † quo omnis cogni-
tio, vt per Necniz. in Syl. nupt. libro 6. nu-
mero quinto. Facit quod legitur de cæco,
58 qui † prius lauit, & postea vidit. Ioan. ca-
pit. 9.

Et quòd humor conscientiæ sit necessa-
rius in Iudice, tradiderunt Bal. & alij supra
allegati.

Huius rei exemplum dedit Illustrissimus
59 & Reuerendiss. Fœdericus † Borromęus
Cardinalis amplissimus, qui in hac Curia Ar
chiepiscopali Prælatos in Iudices semper
elegit eius integritatis, qui aquam limpi-
dissimam, quam biberunt ex vbertimis fon-
tibus veritatis doctrinæ, amplissimis riuu-
lis veritatis vitæ, & iustitiæ quibus tanti Pa-
storis intactam continuò piè exhauserunt,
& exhauriunt.

Tertiò quoniam praxis est legum inter-
60 pres. l. minimè. ff. de leg. & quidem † verissi-
ma, vt inquit Rol. consil. 2. nu. 8. in tantum,
vt magistra appelletur. c. quàm sit, de elect.
libr. 6. & artem efficere dicatur. secundum
Philosoph. in 1. Metaphysic. & conciuem
meum. Marsil. in praxi crimin. in §. princi-
pium, num. 4. sicut in oculo vero est humor
61 † albugineus, qui alio nomine aqueus dici-
tur, ita in oculo Reipubl. requiritur humor
Practicæ, quæ iure meritò Acquei humoris
locum subintrat: sicut enim, si talis humor
sit paruus, oculus videtur magis niger, secun
dum Cutt. in annot. ocul. pag. 506. ita iudex
62 † nisi habeat magnam practicam, quamuis
doctus, videbitur niger, & ignatus, vt uide-
mus, quia in multis melius resoluit vnus pro
curator bonus, quàm purus doctus theori-
63 cus, quia experientia facit † omnia plana,
& facilia, vt pulchris etiam fabellis declarat
Manr. in suo Enchirid. cap. 239. sicut enim
candor est sapientiæ color, vt de insigni no
64 bilissimæ Sormanorum familiæ † agens,
tradit Farnes. in d. tractat. de simulac. Reip.
lib. 4. fol. 78. in princi. ita niget habet igno-
rantiæ significationem: alio enim modo
65 speculatur, alio † practicatur, vt dicit Pauo.
Gem. in consil. post quintum colotem, nu.
quatro in fine.

Rursus sicut aqueus humor aliquando
mutatur secundum Reald. Columb. in tra-
66 cta. de re annotom. dicto libr. 10. de ocul.
pag. 219. ita secundum varietatem locorũ,
67 quandoq; mutatur † praxis. Cassan. in con-
suetud. Burgund. Rubr. 2. de confisc. glo. 1.
nume. 1. & Iulius Clarus in infinitis locis in
practic. crimin. Hinc clamant DD. styllum
68 curię seruandum, † vt latè tradit Ioseph.
Lud. decis. lucens. 36. & in conclus. suis con-
clus. 38. & confert vtilis traditio. Rolan. à
Vall. in consil. 48. in præsenti causa lib. 3. &
Bursat. in consi. 357. an iniustè num. 1. & se-
quenti lib. 4. vbi de hac varietate obseruan-
tię, & stylli, & ponunt, ac soluunt difficulta-
tes resultantes ex contrarijs styllis, & obser-
uantijs, distinguentes inter ordinatoria, &
decisoria, vt ibi per eos.

Pręterea, sicut aqueus humor est similis
aquæ, ita practica; Nam sicut aqua bona de
69 bet habere † ortum à bono principio, quia
talis est, qualis est locus, vnde descendit, vt
declarat Rip. in trac. de peste sub tit. de pręe-
seruat. remed. contra pestem, nume. 5. cum
seq. ita aqueus humor debet habere ortum
70 à bono principio † de quo Bald. in l. Æmi-
lius. ff. de minoribus. Cot. in memorial. in
verbo practica, & Practica Zauat. nume-
ro 415.

Necessitatem huius requisiri probant nõ
71 solùm tot legum correctiones, quas † habe
mus, vt per Anr. Scapum in tracta. iur. non
script. per totum. & optimus est tex. in l. cer-
ti iuris. de iudic. cum alijs; vt per Manr. in
dicto capit. 239. & propè finem: sed illam
72 etiam attestantur ignorantes, qui † coram
inexpertis iudicibus agentes, quando ali-
ter nesciunt respondere, dicunt in practica
ita seruaẗ, vt habetur apud Boer. in add. ad
Ioan. Mont. de parlam. par. 2. Hoc enim di
cunt, quia sicut omnes colores vaporum pe-
netrant ad Chrystallinum; ita vt visa videa-
tur eiusdem coloris, vt per Cut. in d. loco,
ità sperant fore, vt similes colores menda-
ciorum inficiant chrystallinum humorem, i.
scientiam, quæ chrystallino correspondet ut
supra.

Rursus

Rursus ex his quæ dicta fuerunt supra de
necessitate scientiæ, infertur ad necessitatē
practicæ à multò magis, quia lex magis ab-
73 horret inexpertum, quàm † illitteratum,
quia illiteratus licet non mæteatur nomen
perfecti, tamen potest esse Iudex, si habeat
experientiam causarum, non autem inex-
pertus, l. certi iuris. C. de iud. vt egregiè de-
clarat Coras. & Robert. Aurel. quos refert
Menoch. de arb. iudic. lib. 1. q. 23. num. 10.
quibus addo Vlcurun. in d. tractat. de Reg.
Mund. in fi. q. 4. nu. 3. simili modo arguen-
di vsus est post Fely. Diaz. in pract. crimin.
d. cap. 18. in fi. Cor. in mem. in verbo pract.
Cacher. in proęm. decis. Pedem. num. 14.
Neuizan. in Syl. lib. 3. in verbo est nuben-
dum, num. 7. multa cumulat Hier. de Cęual.
in præfat. commun. contrà communes, nu.
71. vsque ad num. 85. quibus addo, quòd, &
hanc necessitatem post Aul. Gelli. Aristo.
Quintil. Theophras. Ouid. Tull. & alios cō
probat Gales. de exercit. iur. per lib. 1. nu. 8.
cum seq Ioan. de Plat. in l. 1. d. cond. in pub.
hor. lib. 10. Rauaud. in Specul. iud. num. 11.
Pacian. de prob. lib. v. cap. 26. numer. 73. vbi
74 inquit, tanto vaghono † le leggi, quanto
l'huomo le sà mettere in prattica, Nicol. Vi
gel. de rat. iud. in ca Fotens. capit. 1. Pract.
Zauat. numer. 1. Illustriss. & Reuerendiss.
Cardinalis Vital. in pulcherrimo Speculo.
morali titulo de Iuuene sub littera B. vbi ad
ducit tex. Deuter. in cap. 1. quibus addo bo-
num exemplum, quod ad id probandū ad
ducit Ioan. Boter. in d. tract. pag. 33. in prin.
vbi ex professo agit de hoc, & alijs duobus
præcedentibus requisitis.

Figura sit in Amante, qui nesciat pingere: sicut enim is cognoscit pulchritudinem dilectæ suæ, & tamen illam pingere nequit: ita Iudex doctus, & bonus licet cognoscat pulchritudinem iustitiæ, quam diligit; tamē illam penicillo sententiarum suarum pingere nunquam poterit, nisi & practicam pingendi, idest iudicandi habeat.

De Iride. *Cap. III.*

Iridis loco variæ lectionis delectationem in oculo humano reponédam esse tribus præcipuè rationibus, ex grauiorum Doctorum portentosis erroribus etiam desumptis in primis comprobatur: Mox ex situ, fabrica, operationibus, & accidentalibus oculi humani problemata viginti in eundem sensum adducuntur. Demum & tertiò sermone penè enigmatico, ex ingenio varijs ex fabulis ad reformandos Iudicum mores contexto, eadem electio re ipsa iucundissimè confirmatur.

SVMMARIA.

1 Iris ascribitur humoribus.
2 Iris quid sit.
3 Iris cur in oculo.
4 Laborum interpositio necessaria.
5 Arcus moralis sensus.
6 Iridis calestis moralis expositio.
7 Voluptas sua quemque trahit.
8 Studia hominum varia, multorum exemplo comprobatur.
9 Lectionis varia egregia commendatio.
10 Ingenia varijs exculta disciplinis commendantur.
11 Auctoritatibus vtriusque testamen. histor. Philosoph. Medic. Orat. poet. prouerb. & alijs legumlatores vti latè, & ex ordine ostenditur.
12 Labeonis Antistij laus.
13 Sfortia Oddus laudatur.
14 Morum grauitas ex varia lectione oritur.
15 Ecclesia quot, & qua requirat in suis electionibus.
16 P. Cantonius I.C. laudatur.
17 Lilium pro fama.
18 Lectionis varia cognitio ad iuris ciuilis disciplinam necessaria est.
19 Accursii lapsus.
20 Glossæ error.
21 Io. Andrea locus perpenditur.
22 Ioan. Andrea laus.
23 Cœmeterij falsa deriuatio.
24 Cœmeterium quid propriè significet.
25 Sepulcrorum inscriptionum, in quibus inest memoria quietis, ratio adducitur.
26 Inscriptionum sepulcrorum apud Gracos cum memoria quietis ratio.
27 Concilij Antiocheni locus perpenditur.
28 Problematum de oculo fontes quatuor, & qua.
29 Oculus cur positus in loco alto.
30 Iudex dicitur habere maiestatem.
31 Nobiliores eligendi sunt ad munus iudicandi.
32 Ouidij locus ad Iudicis instructionem perpenditur.
33 Oculus cur magis à corpore, quàm catera membra separatus.
34 Membrum alterius membri, officio fungi obnoxium est.

35 Vena oculi cur pauci sanguinis, & sine nomine.
36 Pecunia sanguis dicitur.
37 Diues nullus iustè viuens statim factus.
38 Nerui optici locus moraliter perpenditur.
39 Virtus in medio consistit.
40 Mediocritas laudabilis.
41 Extrema vitiosa.
42 Medium tenuere beati.
43 Oculus cur sub ciliis positus.
44 Princeps non debet facilè moueri contra suos officiales.
45 Potentia signa in ciliis.
46 Intercilia quæ, & cur apposita.
47 Princeps quando nō teneatur tueri suos ministros.
48 Superciliorum longitudinis moralitas.
49 Oculus oculum cur directo non videat.
50 Iudex non est bonus Iudex in causa particularis affectionis.
51 Oculus cur fascinatione lædat.
52 Iudicem iniquum sedere quàm periculosum sit.
53 Fascinandi modus quis, & de remedio.
54 Oculus cur reflexè videat se ipsum.
55 Modus cognoscendi se ipsum qualis.
56 Remedium pro Iudice ne cum reprobis damnetur.
57 Oculus cur non peccet.
58 Iudicis nomen amittit, qui iniustè agit.
59 Videre malè peccatum est, quod exemplis ostenditur.
60 Princeps non tenetur protegere malum Iudicem, quem elegit.
61 Oculum obscuratum effodiens, an puniatur pœna effodientis oculum.
62 Oculus cur mobilis.
63 Iudex debet esse in continuo motu.
64 Oculus cur fidelis.
65 Iudex non debet esse credulus.
66 Oculus cur toruo lumine respiciat.
67 Iustitia nescia lacbrymarum.
68 Oculi infirmitas cur maior respectu aliorum membrorum.
69 Delicta augentur ob dignitatem personæ.
70 Oculus cur homini diuerso colore, non aliis animalibus in sua sit specie.
71 Homo ab homine multum differt.
72 Oculus oculo cur similis in eodem homine.
73 Tale vbicunque sit semper tale.
74 Oculus cur flendo rubeus fiat.
75 Iudex non debet esse effœminatus.
76 Oculus cur non possit stare contra radios Solis.
77 Iustitia, & veritatis societas arctissima.
78 Iudex non debet tueri opiniones phantasticas.
79 Cicadæ cur non habeant oculos.
80 Iudex debet laconica breuitate vti, & quare.
81 Iudex debet excludere Aduocatum verbosum à suo Tribunali.
82 Speculatoris locus declaratur.
83 Iudex non debet audire Aduocatū extrinseca proponentem.
84 Iudex non debet excludere Aduocatum paralozizantem, quando inclinat in sententiam ferendam contra illum.
85 Visio, quæ deficit in vno ex oculis humanis, cur accrescat in alio.
86 Iudex successor quomodo se debeat gerere cum antecessore.
87 Iudex debet esse talis, vt possit trahere coniudicē in suam sententiam.
88 Difficultates resultantes ex varietate votantium quomodo euitentur.
89 Possessio, cur acquiratur oculorum inspectione.
90 Luc. cap. 11. locus moraliter exponitur.
91 Principis munus proprium est Iudicare.
92 Peritia maxima requiritur in Iudice.
93 Integritas Iudicis quanta esse debeat egregiis exēplis demonstratur.
94 Augustus iussit, vt in loco vbi congregabantur Iudices Thure meroque sacrificaretur.
95 Senatus Mediolanensis mos celebrandi missam cum sui ratione commemoratur.
96 AEgyptii in loco iudiciorum cur aliquot sedes vacuas relinquerent.
97 Iudices iniquos repellendos.
98 Poetarum scripta quomodo ad vtilitatem maximam reducantur.
99 Recipitur vnumquodque per modum recipientis.
100 Lucretii locus ad moralitatem redigitur.
101 Torquati Tassi locus moralis perpenditur.
102 Torquati Tassi laudes remissiuè.
103 Modestinus I.C. fuit, & Poeta.
104 Silius Italicus I.C. fuit, & Poeta.
105 Persei fabula morali interpretatione exornatur.
106 Ixionis nubes infausta dignitati comparatur.
107 Cycni Mos morandi circa aquas moraliter exponitur.
108 Monoculi ignorantibus comparantur.
109 Aquila Iouis in sensum moralitatis redigitur.
110 Prouerbium, bonus quandoq; dormitat Homerus.
111 Emblema oculata manus fabulosa moralitate exornatur.
112 Aduocatus bonus causam pessimam facit videri bonam.
113 Iudex debet cauere à conuersatione mulierum.
114 Cupidinis sagittarum in Apollinem moralis interpretatio.
115 Pan & Cupidinis colluctationes quid significent moraliter.
116 Iudex quomodo fieri possit constans aduersus munera.
117 Mercurii furta detecta à Batto, quid significent moraliter.
118 De malè acquisitis non gaudet tertius hæres.
119 Arpiarum Virginitas, & sterilitas moralitate exornatur.
120 Monile Vulcani ad interitum Hermionis morali sensu interpretatur.
121 Saturni, & Opis coniugii sensus moralis.
122 Iouis fulmina in Gigātes quid moraliter significēt.
123 Canum morsus in Acteonem moraliter adducūtur.
124 Typhei motus vano timori comparantur.
125 Ouidii locus de Calisto, siue de Vrsa in moralitatem redigitur.
126 Tyresiæ cæcitas egregia moralitate exornatur.

127 Be-

127 *Benefacere, & latari dictum exornatur.*
128 *Herculis Victoria in Antheum victoria diaboli in superbum comparatur.*
129 *Nisi capillus Regis Megarensium abscisus ad mortalitatem refertur.*
130 *Vexatio, q. det intellectũ Cadami fabula suadetur.*



ARISTOTELES Iridem ascri-
1 psit humoribus, vt dicit † Columb.dict.lib.10.de occul.pag. 400. Ideo postquàm dictum est de humoribus, videndum est de Iride.
2 Est autem Iris circulus ille, quem † varijs coloribus refertum videmus in oculo secundum Columb. in d. loco: & sicut ille necessa-
3 rius est in oculo, vt Is † defessus tali varietate recreari possit, vt ibi dicit idem Columb. pagin.400. ità necessaria est moralis Iris in
4 oculo † quem fingo, alicuius delectationis, facit tex. in L.septitia. ff. de pollicit. in l. Ciuitatibus. ff. de leg.1.& in l.annuam pecuniã. ff. de ann.leg. Hac ratione S.Ioann. Euangelista Aduocatus meus lusit cum discipulis,
5 qui huius rei pulchram figuram † reliquit in arcu, vt latè prosequitur Stephanus Costa in tract. de Ludo.ar.1.§.1.num.4. Iudex enim non idem semper esse potest, sed & personis, & temporibus, & locis, & pro sua salute parere debet; figura sit in Iride cœ-
6 lesti, quæ † in meridie imbris, in occasu tonitrus, in Oriente significationem habet serenitatis, vt tradit Farnes. in d. tracta. de simulacr. Reipubl.l.2.fol.5.

Trahat sua quemque volnptas, dummo-
7 do licita sit, † vt oportet. §. illud verò, ibi quis enim ludorum, in proœm. ff. quia sicut varij varia sequuntur studia, vt patet ex va-
8 rietate † studiorum Neronis, Domitiani, Valentiani, Demetrij, Caroli Noui Galliæ Regis. Alphonsi Primi Ducis Ferrariæ, Alphonsi X. Regis Castiliæ, & Philippi I. Regis Macedoniæ, de quibus Ioan. Boter. in d. tractat. fol.79. & est text. in l.quia poterat. ff. ad Senatuscousult. Trebell. quem adducit Monticel. in antiphan. num.18. ita in varijs delectationibus fingi potest Iris.

Sed ego Iridem construo in varia lectione, quæ ita oculum Reipublicæ, sicut lapis
9 † ille pretiosus Topacion dictus omnium gemmarũ colore vestitus, oculum Naturę delectare potest, iuxtà ea, quæ scribit Ioann. de Lignano in tract. de amicitia, sub Rubr. An expediat plures habere amicos.

Prima ratio electionis est, quia sicut campi vario genere florum, herbarumq; vestiti pulchrius attident, ità & ingenia varijs ex-
10 culta disciplinis † pulchriores fructus, & maiores edere solent, vt dicit And. Fachin. obseruationum controuers. iuris lib.9. cap.103. vers.2.pag.mi. 1245. & ita cum delectatione simul oritur vtilitas. Nam in iure nostro vtimur non solùm legibus, sed quandoque
11 auctoritatibus † testamenti veteris, & noui, Sanctorum, Historicorum, Philosophorum, Medicorum, Oratorum, Poetarum, quandoque prouerbijs & alijs similibus; de auctoritatibus veteris & noui testamenti plenæ sunt paginæ canonistarum, quorum sciẽtia principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum in casibus dubijs pertinentibus ad moralem Philosophiam, vt in procem. decretal. De auctoritatibus Sanctorum loquitur Felyn. in cap.2.num.56. de rescrip. de historicis Cronicis, & simil. aliqua scrib.t Rol. à Val. in consil.2.num.60.volum.2. Menoch. in consil.1.num.274. volum.1. de Philosophis & Medicis, meminit text. in l. si Pater. in verbo. Nam & Aristoteles. ff. de solut. & in l.septimo mense. ff. de stat. hom. de Oratoribus habemus tex. in l. Cicero. ff. de pœn. & in l. nam & Demosthenes. ff. de legl. & sernit optimè. Alciat. de verb. signific. lib.4. per totum, vbi discurrit de varijs oratorum figuris. De Poetis habetur in §. item pretiũ. Instit. de empt. & vendit. & in l.in tantum, in fi. vbi glo ff. de ter. diuis. de prouerbijs est tex. in c. etsi Iudæos ibi mus in pera. de Iud. & sunt impressæ quædam collectaneæ. Zenodoti de quibus meminit Tiraqu. de leg. connub.l.9. num 98. quas perquisiui, & inuenire non potui, sed solùm reperi ducenrũ nonaginta duo prouerbia simul congesta à Stephano Gaera. in cap. ad limina. 30. q. 1. Denium de varijs auctoritatibus loquuntur Bar. Alexan. Ias. Dec. & alij in l.j. ff. si cert. petar. & Aret. & alij in §. cumque hoc Deo propitio Instit. in proœm. quibus addo Cassan. in Catalogo Glor. Mund. par.10. consider.42.& seq. & dixi in præfat. num.69.

Huius Iridis exemplũ reliquit labeo An-
12 tistius † qui iuris ciuilis disciplinam principali studio exercuit, & cæterarum artium non fuit expers, vt tradit Gellius noct. atti. lib.13. & est tex. in l.2. in §. post hanc ibi cæteris operibus sapientiæ. ff. de orig. iur. & rẽ-

potibus

poribus nostris figura sit in ornatissimo, & 13 doctissimo Sfortia, Oddo, quē propter † varias eius virtutes vnicè diligo, & veneror.

Secunda ratio est, quia hinc etiam oritur alia maxima vtilitas videlicet grauitas mo-14 rum, quæ legendo † præcipuè comparatur, dùm in nobis emendamus, quod in alijs dānatum legendo conspicimus, quæ res quanti facienda sit, quisque inde dignoscere potest, quod Ecclesia Dei tria requirit in eli-15 gendis, ætatis maturitatem, litterarū † scientiam, & morum grauitatem. c. cum in cunctis, de elect. vbi omnes notant, & latius prosequitur Flamin. Paris. in tract. de resignat. lib. 4. q. 11. num. 11. 15. & 16. exemplum sit 16 in I.C. Petro Cantonio, quo sicut † neminē inueni huius variæ lectionis, & doctrinę magis amicum, ità nec morum grauitate magis insignem, cuius rei fama ità celebris est apud omnes, vt sicut Lylium det suauitatē, 17 † & in eo verificetur dictum Bal. in l. 1. col. 4. C. de confess. & aliorum DD. quos retulit Paris. d. num. 16.

Tertia ratio, quam vltimo loco seruare libuit, ea est, quia ad iuris Ciuilis disciplinā setiò capescendam necessaria planè est variç lectionis notitia, id quòd experientia om-18 nium Magistra † comprobatur, quia ob talem defectum multi celeberrimi legum vertices in portentosos errores inciderunt.

Primò enim Accursius, qui se tenebris iuris ciuilis occurrisse gloriatur, quòd historia-19 rum † ignarus, & politioris doctrinæ expers esset, Iustinianum ante Christum regnasse asserit, vt in Authen. vt præp. nomen Imper. in verbo. Prima indictione, cuius hæc sunt verba. Fortè currebat prima indictio tempore, quo fuit facta hæc lex, & ita Iustitianus regnabat tempore natiuitatis Christi, cum illo tempore fuit indictio inuenta. Ex quibus verbis detegitur crassa ignorantia eorū, qui imperio præfuerunt, necnon & indictionis, & quod turpius est, ipsius Euangelij, siquidem Luc. cap. 2. habetur, quòd exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, quamobrem Ioseph. ascendit à Nazaret in Bethleem cū B. Maria vxore prægnante, quæ mox peperit Iesum humani generis Saluatorem: poterat enim Accurs. vel ex eo Euangelio dicere Christum D.N. tempore Augusti Cæsaris natum esse, si aliquid vltra legum Codices intelligere voluisset.

Secūdò neque leuius errauarūt sacrorum Canonum interpretes, quorum tamen in-20 scitiam vnicò exemplo indicasse satis erit glo. enim † in c. sacris in verb. in cœmeterio, de sepult. dicit cęmeteriū dictum à Cœmen græcè, quod est aurū latinè, & teron, quod est terra; Quis enim græcarum litterarum studiosus huiusmodi voces vnquā audiuit.

Verùm audiamus de ea re disserentem 21 Ioan. † Andreæ, quem Principem Doctorum Iuris canonici, fundamentumque, ac speculum iuris dixit Gozadin. in consil. 80. num. 16. Quique melius locutus est, quàm 22 alius † de mundo, vt post alios dixit Gerar. Mazzol. in consi. 46. num. 12. Ioan. Andreę, inquam, in Rubr. de consi. Eccles. libr. 6. di-23 cit, cœmeterium † dici à Cymos, quod græcè interpretatur dulcis statio animarum, vel potius corporum, subdens; inde cœmeterium, quasi cinisterium, quia ibi cineres mortuorum terantur, vel à cis, quod est ante, quia ante ecclesias fieri soleant, Hæc ille, qui dùm imperitos auditores in admirationem sui trahere conatus fuit, Musarum sacra illotis (quod aiūt) manibus attrectare nō dubitauit. Si enim is græcè sciuisset, vtique intellexisset cœmeterium apud nos Dormi-24 torium † significare, quod fidelium corpora, ibi dormiant resurrectionē exspectantia, id quod ex veterum monumentis repetere non grauabor.

Hinc est, quod in cœmeterijs veterum Christianorum nobis passim occurrunt inscriptiones titulíq; monumentorum, ac sepulcrorū, quibus mortuos dormire, vel quiescere ostenditur his potissimum verbis. Hic.

25 † REQVIESCIT. IN. PACE. &c. vt est illud Seueriani è regione templi. D. Petri ad Lintres Mediolani, & aliud in templo D. Stephani B. M. HIC. REQVIESCIT. IN. PACE ROMANA. QVAE. VIXIT. IN. SAECVLO ANN. PL. MS. XX. DEP. PRID. KAL. IAN. &c. Aliud quoque simile, est in templo D. Cassiani apud Velatum Agri Mediolanensis. B. M. HIC. REQVIESCIT. IN. PACE HONORATA. QVAE. VIX. IN. SAECVLO ÆT. ANN. XXVI.. D...... KAL. MART. HER. ET. BAL. V. V. C. C. KONLIB. Quorum vtrunque de Musæo suo mihi impertitus est, idē Petrus Cantonius I. Consul. qui exemplum alterius existentis apud Vidum

Ma-

Mazentam I. C. bonarum artium ſtudio-
ſum mihi dedit, quod ita ſe habet. HIC.
REQVIESCIT. ACEDICEN. FIVS. QVI. VI
XIT. IN. SAECVLO. AN. PL. M.X. Dep. SVB
D.... H. IIII. KAL. MART. M XCI. VIR
CONSVL. V. Similis etiam fuit apud Græ-
26 cos† Chriſtianos obſeruatio, vt oſtendit ve
tus Lapis Ticini in fronte ædis D. Ioannis
in Burlo, & pro his quæ dicta ſunt multum
facit Atheneus vbi de conuiuijs Cretenſiũ
agit, & loquitur de loco in quo hoſpites dor-
miebant, & Concil. Antioche. car. 23. quod
27 vita † functorum quietem appellauit.

Variæ autem lectionis delectatio elici po
teſt ab uno, & altero oculo vario problema-
tum genere, quæ deſumi poſſunt ex quatuor
28 fontibus: & primò à ſitu, † ſecundò à fa-
brica: tertiò ab operationibus: quartò, & vl-
timò ex accidentalibus, quod an verum ſit
paucis experiamur.

Primò igitur quæro cur oculus ſit poſitus
29 in loco ſublimi † & alto?

Reſpondeo hoc factum fuiſſe à natura
Primò ad inſtruendum ſubditos ad honorã-
30 dum Iudicem † propter maieſtatem, quam
habet l. pen. ff. de iuſt. & iur. cum ſimilib. de
quibus Surg. in tract. de Neap. illuſtrat. lib.
1. cap. 27. num. 9.

Secundò ad monendum Principes, vt ad
31 munus iudicandi eligant † nobiliores Alex
ab Alex. dier. gen. lib. 5. cap. 28. Neapod. in
conſuetud. Neap. fol. 13. num. 174.

Tertiò ad ſuadendum iudici, vt recorde-
tur dignitatis ſuæ, quod & intelliexiſſe vide-
32 tur † Ouid. 1. met. cum dixit.

Os homini ſublime dedit cælumq; videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Secundò quæro cur oculus ſit fabricatus
33 magis ſeparatus † à corpore omnibus alijs
membris, adeò quòd de loco ad locum mo-
ueri poſsit, & quaſi extractus de capite repo
natur, abſq; eo quòd virtus ſua perimatur?


Reſpondeo id factum eſſe ad oſtenden-
dum, quòd ſicut indecorum eſt, vt in corpo-
re humano alterum membrum alterius offi
34 cio fungatur, ità obnoxum † eſt, ſi inter v-
num Iudicem, & alium promiſcuis conna-
tibus turbētur officia. l. repetita. C. de Epiſc.
& cler. l. conſulta. §. abſurdum. C. de teſta. &
facit tex. elegantiſsimus in c. 1. 89. diſtin. in
cap. eſto ſubditus. 95. diſtin. & eſt text. pre-
tioſiſsimus in cap. fin. eadem diſtin. 89. ac-
cedit vulgatus tex. in l. etſi conſtiterit. C. fi-
nium regund. & in l. fin. ff. de iuriſdic. omn.
iudicum.

Tertiò quæro, cur oculus gaudeat pauco
35 ſanguine, adeò quòd venæ, † quæ in illo re-
periuntur, nullum habeant nomen, & ibi ſo
lum nutritionis cauſa appoſitę fuerint à na-
tura?

Reſpondeo, quia oculus Reipublicæ non
quærit diuitias, quæ veniunt appellatione
36 ſanguinis, & tanto illuſtrior eſt, quantò lon
giùs diſtat à nomine diuitis, quia iuſtiſsimus
eſſe, qui cupit immenſas, nunquàm parabit
37 opes. & nullus † continuò iuſtè viuens di-
tatus eſt, vt inquit Stob. ſerm. 8. vbi iniuſtitiã
Auaritiæ aſſociauit.

Quartò quęro cur neruus opticus in ocu-
lo humano ſit poſitus in medio, in oculis ve
38 rò † cæterorum animalium in latere?

Reſpondeo, vt Iudex ſemper præ oculis
habeat, quòd virtus in medio conſiſtit, vt
proſequendo ſingulas virtutes per exempla
39 † declarat Frater Paulus Arigius in tracta.
de bon. Princip. cap. 11. pag. 128. Vbi ponit
quatuor conditiones circa virtutes; & pro
hoc facit illud, quod mediocritas in vna qua
40 que re ſemper † laudabilis eſt, l. cum poſtu-
laſſem. ff. de dam. infect. & extrema minimè
41 vitio carent. † Mant. in ſingul. nu. 308. vbi
adducit Bal. in l. antiq. ff. ſi pars hæred. pet.
vbi per illum text. medium laudabile dicit;
& quod ab eo recedit non eſt iuſtum nec
virtuoſum, glo. & Bart. in l. fin. ff. de prætor.
ſtipul. cum alijs de quibus per Mant. in d.
ſing. 308. & eſt tex. ad prædicta in cap. 2. in
verbo modũ, de offic. cuſt. & facit illud,
42 ———*Medium † tenuere Beati.*



vt in authen. de conſulib. in princ. colum. 4.
& ff. de offic. proconſ. l. ſolent. §. fina. & in-
ſtitu. de rer. diuiſ. §. ex aliena.

43 Quintò quæro, quare † oculi poſiti ſint
ſub cilijs?

Reſpondeo, vt Princeps intelligat, quòd
tenetur Iudicem bonum protegere, & tue-
ri, non autem ex quacunq; quærimonia ſub
44 ditorum † contra eum moueri: in cilijs enim
45 annuimus, negamus, & potentiæ † ſigna
gerimus, vt atteſtatur Plin. lib. 11. nat. hiſt.
cap. 37. parte prima.

Sextò quæro, quare natura addiderit in-
46 tercilia, † ideſt interpoſitionem illam ſine
pilis, inter ſupercilia?

Reſpon-

Respondeo, vt Princeps intelligat, quòd eatenus debet tueri oculum suum, quatenus non excedit iustos limites iurisdictionis suæ,
47 vt faciunt multi † stulti, qui abutuntur benignitate Principum, & tributa auctoritate, vt ipsi videantur Principes, quem excessum damnat natura, quæ in nimia longitudine
48 superciliorum inditium † posuit stultitiæ.

Septimò quæro cur oculus directa visione, de qua glos. in §. prædiorum vrbanorum
49 inst. de ser. se ipsum videre † nequeat?

Respondeo, vt intelligat Iudex, quòd ip-
50 se nõ est bonus Iudex in causa propria, † neque in causa, quam annulo particularis affectionis desponsauit, vt latissimè no. in l. cum apertissimi, de iud.

51 Octauò quæro, cur oculus offendat † fascinando?

Respondeo ex modo quo offendit id dignosci, & referri posse, vt Principes intelligant ex facili via fascinandi, quàm facilè sit iniusto Iudici opprimere subditos, & proin-
52 de quàm † periculosum sit Iudicem iniquũ
53 sedere; Nam dùm anima † vehementer affecta mutat oculos, oculi immutati immutãt aerem, aer vero, quam, siue velimus, siue nõ respirando attrahimus, nocet, vt inquit Arist. in lib. de somn. & vigil. & tenet Sanctus Thomas in summa in 1. parte quæst. 118. art. 3. vers. ad secũdum, & Martin. Irles, quẽ superius citaui, vbi ponit remedium.

Nono quæro, cur oculus reflexa visione, de qua glo. in d. §. prædiorum vrbanorum.
54 in Speculo † seipsum videat?

Respondeo, vt Iudex recolat, quòd legitur Exod. cap. 38. vbi, quòd in introitu erat vas æneum de speculis, & iuxta templum erat piscina aquæ, propter duo.

55 Primò vt discat modum seipsum † cognoscendi, introspiciendo speculum propriæ cõscientiæ, medio recogitationis annorum suorum in amaritudine animæ suæ, exẽplo Regij Prophetæ Dauid, vt in psal.

Secundò, vt similiter discat, quòd cum id egerit confugiat ad piscinam aquæ ad lauã-
56 dum † proprias maculas per Sacramentum pœnitentiæ, vt ipse, qui alios iudicat in hoc mundo, non iudicetur, & damnetur cum reprobis in futuro seculo.

57 Decimò quæro, cur oculus † non dicatur peccare?

Respondeo primo, vt intelligat Iudex, quòd, quando iniustè agit amittit nomen Iu-
58 dicis, quia † operatur, vt pessimus priuatus, & hoc non est iudicare, sed iustitiam deserendo prodere, sicut videre non est peccatum, sed malè videre, quod est deprauatę
59 voluntatis, † vt potest exẽplificari in Eua, quæ eo modo vidit lignum vetitum, in filijs Dei, qui eo modo viderunt filias hominis esse formosas, & diluuio perierunt, ut Genes. cap. 6. & in Dauid, quando Bersebeam nudam inspexit lib. 2. Regum cap. 11. vt benè animaduertendo tradidit Marquar. in specie huius nostrę quæstionis, in tract. de Cęlib. sacerd. non abrog. cap. 9. num. 14.

Secundò, vt Princeps cognoscat, quòd Iudex malè iudicando, amittit ius protectionis, quia non retinet nomen oculi, quia si generalibus volumus procedere cum Doctor. in l. 2. ff. de publ. iudic. membri nomen
60 non meretur, quod membri vitã non † habet, vt per Imol. ibi num. 7. & per Ang. de malef. in verb. membr. si ad specialia descẽdere volumus in illa quæstione, an effodiẽs
61 oculum † obscuratum puniatur pœna effodientis oculum, de qua Alber. de statu. in 2. par. quæst. 25. & Alber. in dictionario suo in verbo oculus, placet negatiua per text. in l. sed & si pupillus, in §. proscribere in vers. pro scriptum autem. ff. de instit.

62 Vndecimo quæro, cur oculus sit mobilis?

Respondeo, vt intelligat Iudex, quòd de-
63 bet manere in continuo motu † authent. vt sine quoquo suffragio collat. 2. in princip.

Duodecimo quæro, cur oculus sic fideliter operetur, vt etiam fidelis appelletur, iux
64 ta † illud Horat. in Poet.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Respondeo, ut Iudex discat videre iura
65 proprijs oculis, non † aurẽ credat relatis per Cancellarios, & minus exhibitis per partem iux. emb. oculatæ manus, de quo infra.

66 Decimotertiò quæro, cur oculus † totuo lumine respiciat?

Respõdet iustitia; Nescia sum lachrymis,
67 nec moueor precibus ullis. † l. obseruandum. ff. de offic. præsid.

Decimoquartò quæro, cur infirmitas ocu-
68 li sit maior infirmitate † alterius membri; inquit enim Martialis quid facies oculo?

Rñdeo, q̃a dignitatis gradus delicta gra-
69 uiora facit. † l. Presbyteri. C. de Epis. & cler.

Deci-

Decimoquintò quæro, cur oculus vni ho
mini tribuatur diuerso colore, respectu alte-
70 rius hominis, non† autem alijs animalibus,
vt animaduertit Plinius d.lib. 11. cap. 37.
Respondeo, vt intelligat Princeps, consti
tuendam esse differentiam inter homines,
71 & homines, † & rationem meritorum ha-
bendam esse. Quia non omnes sunt pares:
§. quia uerò in auth. de iud.
Decimosextò quæro, cur tamē in eodem
72 homine semper oculus oculo † similis sit?
Respondeo, vt Princeps constituat regu-
lam, tam pro bono Iudice, quàm pro malo,
quòd vnumquodque tale vbicunque repe-
73 riatur † semper tale, atque ideo non existi-
met mutatione officij suppleri defectus.
Decimoseptimò quæro, cur oculus flen-
74 do efficiatur colore rubeo, † vt attestatur
Boccacc. lib. 4. Filocopi, & Catull. cum dixit
Flendo turgiduli rubent ocelli,
& Torq. in sua Hierusalem Cant. 3. stāz. 18.
Che gli occhi pregni vn bel purpureo Tinse?
Respondeo, vt Iudex discat compati or-
dine vero charitatis, & amoris, quem refert
75 color ipse rubeus, non autem sit † mollis, &
effœminatus, qui moueatur ad calamitoso-
rum voces; id enim non est constantis, &
recti Iudicis, vt dicit Calistrat. in l. obseruan
dum. ff. de offic. Præsid. sed potius fœminæ,
vt auctoritate Ennij Poetę affirmat Thesau.
in dicta præfatione, num. 24. & implicat in-
iustitiam, quia dum uni parcit, multos in-
discrimen ponit. c. est iniusta. 23. q. 4.
Decimo octauò quæro, cur oculus sanus
76 contra radios † Solis stare non valeat?
Respondeo, vt Iudex intelligat, quòd nū-
quàm debet se opponere veritati, quia sicut
77 iustitia non ambulat sine veritate, † vt ex
Reg. Propheta cum dixit, Iustitia, & veritas
obuiauerunt sibi, & ex hebræorum Sacerdo
tum exemplo, de quo Exodi. cap. 28. digno-
scitur. ita oculus reipubl. non potest aduer-
sari veritati iustitiæ, & si niti voluerit Phan-
tasticas opiniones tueri, instat Machabæorū
78 ammittet † sanum intellectū, vt dicit Ias. in
l. oēs populi, in primis verbis. ff. de iust. & iur.
Decimonono quæro, cur Ciada non ha-
79 beat oculos, vt † attestatur Plin. natural. hi-
stor. lib. 11. par. 1. cap. 37. vbi etiam de alijs
animalibus non habentibus oculos?
Respondeo, vt intelligat Iudex, q. signum
cæcitatis, & ignorantiæ est loquacitas: &
propterea aduertat diligenter ad duo: alte-
80 rum est, vt ipse laconica breuitate † vtatur,
præsertim si sit iudicaturus cum aliorum vo
to, Rebuff. in l. fœminæ, in §. Senat. num. 1.
De Senat. Latè comprobat Thess. in d. præ-
fatione, sub nu. 28. in fine, vbi allegat alios:
alterum est, vt diutius, quàm par sit, non pa
81 tiatur Aduocatum † verbosum, sed illum
ex officio suo excludat, tamquam sui Audi-
torij turbatorem, 5. quæst. 4. cap. in loco. &
C. de iud. authen. iubemus. Et licet Specula-
82 tor in tit. de Aduocato. † sub Rub. de exord.
& Arengh. aduocat. vers. nam Iudex, nume.
12. argumentetur in cōtrarium, vt iudex te-
neatur patienter audire Aduocatos dicētes,
& clamantes quantum volunt, tamen hoc
non est uerum indistinctè, sed regulariter: &
regula fallit.
Primò, quando deducit ea quæ sunt ex-
83 tra quæstionem, & propositum † disputa-
tionis, quia talia nisi parent. l. quæ extrinse-
cus. ff. de verb. oblig. & includunt damnum
publicum, dum præripitur hora, & tempus
alijs dicendi, ex quo vidi sæpe resultare ma-
gna damna partium, quorum negotiorum
periculum erat in mora.
Secundò fallit, quando Iudex inclinat in
84 sententiam contrariam † Aduocato paralo-
gizanti, quia tunc honoris sui causa, quem
omni studio tueri debet, audire debet etiam
extrinseca; ne cum lata fuerit sententia lo-
cus supersit apparenti colori, conquærendi,
& uidi per summos praticos, ita seruari.
Vigesimò quæro, cur uisio quæ deficit in
uno ex oculis humanis accrescat in alio, ut
85 † experientia docet in sagittarijs, qui alterū
oculum claudunt, ut altero acutius cernant?
Respondeo primo, vt Iudex successor in
aliquo officio intelligat quantum sibi expe-
diat ab oculo, qui clauditur, ab antecessore
86 hominum mores, loci † consuetudinem, &
iudiciorum stylum diligenter sciscitari, quia
hæc omnia, tendunt ad cognitionem practi
cæ de cuius necessitate satis superque dixi.
Secundò, vt vnusquisque intelligat, quòd
non debet quis fieri oculus Reipub. idest Iu-
87 dex, qui non sit aptus † alterius oculi clau-
si, vel obscurati, alterius Iudicis dissentien-
tis à veritate opinionem subuertere, illumq;
non solùm in suā sententiam trahere. l. duo
ex tribus. ff. de re iudicata. l. si in tres. ff. de
recept. arbitr. sed etiam alios collegas,
ut

vt præripiatur locus difficultatibus in consti
88 tuēda communi, de quibus, & † medio effugiendi egregiè Thess. decis. 1. per totam.

Vigesimoprimò, & vltimò quæro, cur
89 oculorum inspectione acquiratur † possessio? l. 1. §. si iusserim. ff. de acquiren. possess.

Respondeo, vt intelligat Princeps, quantum conferat ad acquirēdam possessionem Regni cœlestis habere Virgam Vigilātem, habere Iudices, qui instar oculorum sint lucernæ ardentes, vt Luc. 11. ibi lucerna cor-
90 poris tui oculus tuus, quòd † sicut refertur ad rectitudinem conscientiæ secundū Beatum Ioannem à Capistrano in Speculo conscientiæ in principio, nume. 10. ita includit electionem bonorum Iudicum, qui munus
91 iudicandi, quod proprium est † eiusdē principis, vt ad Romanos cap. 13. vbi, quod non sine causa portat gladium, & in cap. non solùm, & in cap. Regum 23. quæst. 5. eiusdem loco subeant, vt de Moyse scriptū est. Exod. cap. 18. Deuteronom. capit. 1. & Num. cap.
92 11. & quidem, maxima † peritia. §. t. in authen. de Iudic. & integritate, & quasi ex ara
93 piè repetito Atheniensium † more, de quo meminit Plutar. in vita Periclis, solùm Deū præ oculis habentes, vt fieri debere docuit Augustus, qui statuit, vt in loco, vbi congre-
94 gabantur Iudices, prius Thure † meroq; sacrificaretur, vt attestatur Suet. apud Gel. li. 14. c. 7. & cōfirmat exemplo missę, quæ celebratur in multis locis antequā ad causarum
95 propositiones deueniatur, † vt Mediolani, tam apud Senatum Excell. quam vtriusque Magistratus Religiosissimos Iudices, & figura Ægyptiorum, qui in loco Iudiciorum ali-
96 quot sedes vacuas relinquebant † pro Angelis, & auctoritate Homeri lib. 18. Iliados curiosissimè Thess. in d. præfatione, num. 7.

Secundo, vt intelligat quantum expediat reiectio malorum, quia scriptum est,
97 si oculus † tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, quod facit ad propositū, quia non longè ab eo, eodem dicto vsus est Conrad. Brun. in tract. de Hæret. lib. 3. capit. 3. num. 14.

Sed & huius variæ lectionis maior delectatio colligi posse videtur ex Poetis, quorū munus imitari, & officium est delectare; ma
98 ximè autem si ingeniosè inducātur † in sensum veritatis vitæ iustitię, & iudicij.

Hoc igitur etiam aliquibus nouis medijs philosophandi iucundissimè experiri placet; præcipuè, quia spero fore, vt excogitanda sint grata bonis, quia tendunt ad bonum,
99 & quidquid recipitur, † per modum recipientis recipitur, vt in prægnantibus comedentibus terram, & carbones exemplificat Boer. decis. 23. num. 75. & sint apta intexta dulcedine ad decipiendū vtiliter malos, qui propter iuuentutem morum, & infirmitates
100 vitiorū consueuerunt comparari † pueris, & ægrotis, quibus hac via pietatis succurritur, vt attestatur Lucret. lib. 1. & 4. cū dicit.

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flauoque liquore.

Quem imitatus est Torquatus Tassus in 1.
101 cantu suæ Hierusalem cum dixit. †

Cosi all'egro fanciul porgiamo aspersi
Di soaue licor gli orli del vaso
Succhi amari, ingannato intanto ei beue,
E dall'inganno suo vita riceue.

de quo placuit hoc loco meminisse, quia &
102 è nostris de eo honorificè meminit † Claudi. Bertaz. ad cons. patris, consi. 228. vers. 5. volum. 1. crimin.

Et hæc via magis mihi probatur.

Primò, quia inuenio, quòd præcipuè hæc species delectationis, placuit his, qui iura nostra professi sunt, quia limites tangit mo-
103 ralitatis, vt obseruari potest ex † Modestino Iureconsulto maximò, qui fuit Poeta celeberrimus, vt apud Virgil. in argum. & ex Martial. lib. 7. Epigrammaton, ubi me-
104 minit de Silio † Italico, & describit illum celeberrimum Poetam, & Iureconsult. ibi.

Hunc loquitur grato plurimus ore cliens

Primò igitur loco poterit iudex reparandi laboris gratia considerare, quòd uix tutus est, si præclarè agit.

105 Quia vbi Perseus, vir † præclarus, caput Medusæ, amputauit, egregium aliquid fecit, statim quidem nascitur alatus equus, nascitur fama celebris, quæ illius nomen portat ad præsentias Principum, & ad remotas Regiones, cum tanto honore, ut capite Medusæ homines conuertantur in lapides: obstupescant, & videantur fieri immobiles; sed ex diffusione sanguinis, ex diuulgatione famæ, nascuntur Serpentes, apparent mille inuidi, ac detractores, & insidiatores.

Secundò poterit ad firmandum eius animum

mum

mum ſuper prædictis aliorum exemplar di-
ligenter ſibi præponere, vt mox facilius ſe
præparare valeat ad diligentem ſui ipſius tu
telam, & defenſionem, nè cum illis, qui lo-
106 co ſplendoris, honoris, quaſi Ixiones † nu-
bem, id eſt infamiam loco Iunonis, loco di-
gnitatis oppreſſerunt, adepti fuerunt, miſer-
rimè cadat; Nam id prudentis eſt, aliorum
periculis ſe cautum reddere: Nam & Cy-
107 gnus, cum vidiſſet Phœtontem † eius fra-
trem à Ioue fulmine interemptum, & ignē
timere, & loca tuta petere continuoq; circa
ſtagna, & aquas morari cœpit. vt lib. 2. Met.
Tertiò ſingula pericula præuiſurus, in pri
mis diligenter cogitabit, an contra tex. in l.
2. §. ſeruus autem. ff. de orig. iur. ſe eius iu-
ris ignarum detegat turpiter, cuius ſe magi-
ſtrum profitetur; nam cum dicatur Mono-
108 culo tū magiſtrum de cœlo † eiectum fuiſ
ſe, vt apud Virg. lib. 8. Æneid. facilè intel-
liget, ſi nouerit ſe ignarum, de loco ſuo cum
maxima infamia amoueri poſſe. iux. not. per
Menoch. de arb. in add. q. 55. præcipue nu.
19. quia non decet ad latera Principum mi-
nus videntes aſsiſtere. Bolog. in auth. habita
nu. 6. C. ne fil. pro pat. Nam ad hoc denotan
109 dum Ioui, qui typū Principis gerit, † Ao-
quila apponitur, vt dicit Virg. 1. & 5. Æn.
Quartò, ſi nouerit ſe peritum, in memo-
riā reuocabit illud antiquum prouerbium.
Quandoque bonus dormitat Homerus.
110 † & ſtatuit ſemper ob oculos ſuos habere
reſpectu veritatis facti documētum oculatæ
manus, de quo Doctiſſ. Alciatus Emblema-
te de ſtoud. pag. 15. & reſpectu veritatis in
111 ris, ſimulacrū cadaueris † Argi occiſi corā
Mercurio, vt apud Tul. ī lib. de nat. Deorū,
ne à Mercurio, qui de albis nigra, & de ni-
gris alba facit, vt per Ouid. Metamorph. li.
112 15. hoc eſt ab Aduocato bono, qui † cau-
ſam peſsimam facit videri iuſtiſsimā, vt dicit
Gloſ. in l. quod ſi nolit in §. ſi venditori in
uer. adhibuerit. ff. de ædil. edict. dulci fiſtula
decipiatur,
Quintò eadē ratione poterit Iudex conſi
113 derare ſibi cauendū à cōuerſatione † mu-
lierū, & à mediis quibus ſibi addictus paret
ad alterius thorū, quia partim ſibi prodeſſet
114 ſcire: quia Cupido Apollinē † ſagittat, car
nis cōcupiſcētia ēt magnos viros torquet, &
Omnia vincit amor.
Vt inquit Poet. Eglo. 10. & ſenſerunt An-
tiqui, quando Pan, † quē Deū Naturæ fe
115 cerunt, in colluctationibus ab amore victum
repreſentarunt, ſed præcipuè vincit iuſtitiā.
c. quatuor. 11. q. 3.
Sextò ad tuendum pariter ſcientiā ſuam
116 † aduerſus munera, poterit iucundiſſimè
cogitare fore, vt detegātur ab aliquo, ſicut à
117 Batto detecta dicuntur furta † Mercurij:
Et quòd non ſolùm de malè acquiſitis non
gaudet tertius hæres, & diues iniuſtè factus
118 † alios diuites non facit, nec ius, quod non
habet in rebus extortis, ad deſcēdentes trāſ-
mittit, qua ratione Arpiæ Virgines, & ſte-
119 riles dicuntur; † ſed ēt munera ſæpius in-
ſtar habent monilis venenati, quod Vulca-
120 nus † ad interitū Hermionis parauit, quia
ex ſenectute Saturni, cuius influentia terre-
121 na reſpicit, vt intellexerūt ij, qui opē † eius
vxorē dixere, mōq; reſultāt mortis, & ruinę,
quia rarò viuit, qui ſub eius conſtellatione
naſcitur Plin. lib. 2. natur. hiſtor. c. 8. Nā ſępe
contingit, quòd Iupiter, quòd Princeps, hos,
122 qui † aggregauerunt montes ſupra mon-
tes, eorumq; habitationes exaltauerunt iniu
ſtè, fulmine percutiat, ad extremam miſe-
riam iuſtiſsimè redigat, vt in fabula Gigātū
quā moralitate exornat Macr. li. 1. Sat. c. 20.
Septimò poterit ēt corā oculis proprijs fa
bellam proponere Acteonis, nè vt Acteon,
123 aliorū † inſectator cōuertatur in ceruū, id-
eſt cōtinuò habeat q̄d timeat, et iuſtè timeat
Arte perire ſua,
& à proprijs canibus, hoc eſt ſubditis, quos
iniuſtè oppreſsit, iuſtè opprimi. arg. tex. in l.
penul. ff. de parricid.
Octauò aduerſus timorē, cogitare pote-
124 rit non eſſe cur † ipſe timeat, quia licet Ty
phæus, vir magnus, videatur velle quādoq;
ſubuertere mūdū, dùm videt ſe grauari per
tramites iuſtitiæ: tamen non poterit excu-
tere pondus veritatis, & omnes motus erunt
ad latera, erunt vana, & apparētia; & ſi for-
tè contingat deprimi Deus exaltabit, nā Iu-
piter, ideſt Deus exaltabit vſq; ad cœlū Ca-
125 liſtonē † aīam plenā virtutibus, quā Iuno,
q̄ mēs inuida cōuerterit deponēdo, & oppri
mēdo, in Vrſam; iuxta illud Ouid. li. 2. Met.
Impoſuit Cœlo, vicinaque ſidera fecit.
Et poteſt induci etiam fabula Tireſiæ, qui
126 cum pro † opinione Iouis iudicaſſet fœmi-
nam plus viro in voluptatibus Veneris de-
lectari, vt certiſsimum eſt, & dixi in annulo
meo,

meo, à Iunone quidem indignata lumine priuatus fertur, sed inquit Ouid.lib.3.Met.

——— Pro lumine adempto
Scire futura dedit, pœnamq; leuauit honore.

Nonò omnia ad gaudiū reducere poterit,
127 & dicet; Bene facere, † & lætari: Nam si Serpentes, inuidi, à quibus, me nullatenus tutū esse agnosco, de arce Palladis, de gradu meo me deijcient sine causa, iniustè, iux. latè congesta per Menoch. d.q.50. non deficiet Dominus vt supra, & si aliud lucri nō faciam accepto referam infrascripta.

Quòd ego homunculus de limo terræ factus amplius ī eo discrimine nō cōsistā honoris, vt, quasi Antheus elatus, in superbiā faci-
128 li negotio ab Hercule † à Diabolo vincar.

Nec amplius voluntas gloriæ, quæ semper iuncta est cum dignitate, poterit deprauari, vt inordinata reddita ex intellectu ve-
129 ro capitè huius. † Nisi, huius hominis interioris, aureū crinem charitatis abscindat.


Sed interim prudentior factus, propter
130 depressiones, quasi Cadmus † conuertar in serpentem, hoc est pudore, iactura, & indignatione, sic prudentior efficiar, vt contemptor omnium, semper gaudeam.

De Tunicis. Cap. IV.

Sicut naturales humores septem tunicis in oculo humano; ità morales in oculo Reipub. septem partibus iustitiæ contineri latissimè, & vtiliter demonstratur.

S V M M A R I A.

1 *Tunicas cur natura addiderit in oculo.*
2 *Oculus obscuratus non dicitur oculus.*
3 *Tunicarum oculi numerus, nomen & situs referuntur.*
4 *Retinæ Tunica, & Religionis correlationes morales.*
5 *Iudex Christianus eligendus.*
6 *Prouerb. fatta la legge trouato l'inganno.*
7 *Conditores legū in quos eorum leges retulerint, & cur.*
8 *Statuæ imago, de quà Daniel. cap.2. ad moralitatem refertur.*
9 *Secundinæ & pietatis correlationes.*
10 *Pietatis necessitas quanta.*
11 *Crudelitas acriter in Iudice reprehenditur.*
12 *Licaonis homicidium in honorem Iouis factum ad moralitatem contra crudeles refertur.*
13 *Natura impellit ad benefaciendum.*
14 *Omnes fratres sumus.*
15 *Hominis dignitas quanta.*
16 *Homo cur paruus mundus dictus sit.*
17 *Iulij Tassoni Philosophi laus.*
18 *Matrimonium cœli, et terræ ad moralitatem refertur.*
19 *Rex apum cur aculeo careat.*
20 *Duræ tunicæ, & vindicationis correlationes.*
21 *Draco cur durissimus nuncupatus.*
22 *Correctio laudabilior quàm occisio.*
23 *Felis natura exponitur moraliter.*
24 *Equi Neptuni moralis expositio.*
25 *Araneæ tunicæ, & veritatis correlationes.*
26 *Iudex est inuentus ad veritatem indagandam.*
27 *Iudex tenetur totis viribus veritatem quærere.*
28 *Iudex nō permittens scribi defensiones reorū dānatur.*
29 *Iudex debet occurrere impedimentis veritatis.*
30 *Iudex concordando diuitem cum paupere potest aliquid de iure pauperis detrahere.*
31 *Concordia specialia.*
32 *Vueæ, & obseruantiæ correlationes.*
33 *Iudex tenetur ex ingenio dignitatem suam augere.*
34 *Aul. Gel. locus declaratur.*
35 *Iudex à quibus cauere debeat, ne contemnatur.*
36 *Zotticorum amicitia Iudici uitanda.*
37 *Thimagoras cur vltimo supplicio damnatus.*
38 *Patientia nimia per iudicem euitanda.*
39 *Iudex non debet subditos iniurijs afficere.*
40 *Iudex debet habere ratione dignitatis persona, nō uestitus.*
41 *Habitus non facit monachum.*
42 *Equum meliorem non faciunt aurea frena.*
43 *Fortuna cur cæca fingatur.*
44 *Iudex quā recipere teneatur Doctorē ad se uenientem.*
45 *Honorem exhibere est tutela propria obseruantiæ.*
46 *Domitij dictum notabile.*
47 *Situs oculi humani moralis expositio.*
48 *Corneæ & obedientiæ correlationes.*
49 *Iudex non rectè imperat si ipse prius legib. nō obediat.*
50 *Dictum Domini, eice trabem de oculo.*
51 *Interitus paratus est illi Ciuitati, in qua Magistratus præsunt legibus.*
52 *Ægyptij non obtemperabant præceptis iniustis Regum.*
53 *Romani cur calceis lunatis vterentur.*
54 *Exempla ad hoc, vt Iudex obediat legi.*
55 *Coniunctiuæ, & Gratiæ correlationes.*
56 *Iudex quomodo se ostendere possit gratum.*
57 *Gratias cur antiqui virgines dixerint.*
58 *Astrologi cū iustitiā sub virginis figura designauerint.*



HVMORES certo loco cōtineri necesse est, ideò natura tunicas
1 addidit † vt tradit Sim.Porcius d.color.ocul.ca.3.pag.13. quare de tunicis nunc videndum est, quæ sicut in oculo naturæ necessariæ sunt partes vtsupra, ità in oculo Reipub. quoniā sicut oculus nō potest sine his dici oculus, nisi æquiuocè,
2 vt oculus depictus, quia† nō posset videre, vt post Arist. in 2. de Anima. & Bal. in l.1. C.q accus. non poss. & Brun. in tract. de stat. in verbo oculus dixi supr. c.3. nu.61. ità iudex sine his partibus, quas enūciabo nomē nō meretur iudicis, vt dicit Alex. Striat. in pract. c.24. nu.29. quamobrem sicut in oculo naturæ, secundum aliquos ex medicis, quos vnà cùm Simon. Porc. in d.c.3. in fi. hoc loco sequor, necessariæ sunt septē tunicæ; ità in oculo, quē fingo, septē partes iustitiæ requirūtur. Nam sicut in parte posteriore oculi ver-

sus

3 ſus os capitis tres ſunt tunicæ, † Retina, Secundina, & Dura: & in parte anteriori quatuor, Aranea, Vuea, Cornea, & Coniunctiua, vt dicit Simon Porr. d. c. 3. in fi. itá in parte posteriori oculi, quem fingo, requiruntur Religio, Pietas, & Vindicatio: in parte verò anteriori requiruntur, Veritas, Obſeruantia, Obedientia, & Gratia.

Primò igitur Retinæ loco requiritur Religio, quia ſicut nulla tunica proximior eſt in
4 oculo †naturæ humori vitreo, quàm Retina Port. d. c. 3. itá nulla pars iuſtitiæ proximior conſcientiæ, cuius figura in vitreo conſiſtit, ipſa religione datur.

Neceſsitatē huius paniculi cognouit Imper. qui, ſicut Dominus ſolùm ex Senioribus Iſrael præcepit eligi Iudices, Nume. 11. itá
5 ſolū ex fidelibus Iudices creandos † ſtatuit, l. fin. C. de Iud. Simanch. de Cath. aſſert. tit. 46. nu. 58. Monach. in defenſ. iur. in Rubr. contra Iudicem, nu. 17. Nam contemnitur ſine religione legis auctoritas, dùm per ma-
6 litiā illuditur, iuxta illud, fatta la legge † trouato è l'inganno, de quo Oſaſc. deciſ. 42. nu. 2. Ideo ſine hac tunica arbitrati fuerunt antiqui humanam ſocietatem rectè regi non poſſe, vt proprio exemplo atteſtati ſunt, nō ſolùm Socrates, Plato, & Æthiopum Reges, vt trad. Farneſ. in d. tract. de Simulacr. Reip.
7 lib. 2. de Relig. c. 2. ſed etiam Numa † Pompilius, Lycurgus, Minos, Draco duriſſimus, Solon. Zoroaſtres, Zamoloxis, Caromdas rerum nouandarum cupidiſſimus, Mahometes, & alij multi, qui leges omnes retulerunt in aliquod prætenſum Numen, vt illis apud populos auctoritatem conciliarent, id quod etiā obſeruauit Moyſes, qui tabulas excelſo Dei digito fuiſſe ſcriptas affirmauit, & poſt eū verus Dei filius D. N. I. C. qui affirmauit ſe docere, quæ ab oīpotentis Patris numine audiſſet, & demū vtriuſq; claſsis Pontificij, & Cæſarei iuris maiores noſtri, quorū legibus vtimur, eadem rōne hoc idem obſeruarunt, 25 q. 1. c. violatores, in fi. ibi cuius nutu, & eadē cauſa q. 2. c. igitur, in prin. 8. diſt. c. quo iure ibi Deus diſtribuit, & eſt tex. etiā in l. 2. ff. de leg.

Huius rei figura elici pōt ex ſtatua, cuius
8 caput erat de auro, † de qua Dan. c. 2. vt declarat Card. Vital. in Spec. moral.

Secundò ſecundinæ locum tenet Pietas,
9 quia ꝓxima Religioni accedit. Nā † Religio, & Pietas ſunt duę partes ſuperioris cuiuſdā naturę ſuperſtitionis ab exceſſu, & à defectu impietatis reuocantes, vt patet ex earū ſimplici nomine, & ex his quæ ſcripſere Tull. in 2. Rhet. ca. 19. Thom 2. 2 q. 8. artic. 1. Guil. Bened. in c. Raynutius, in verbo, & vxorem noīe Adelaſiā, nu. 603. Caſſan. in Cat. Glor. Mun. in 5. par. cōſid. 5. Corat. in trac. de iur. ciuil. in art. redigen. par. 2. c. 6. Guil. le Rouil. de iuſt. & iure. cap. 7.

10 Hæc tunica neceſſaria † eſt in oculo quē fingo, ēt ſecundū latiorē eius ſenſum l. reſpiciendū. l. odia. ff. de pœn. Quia ſicut manſue-
11 tudo ſine iuſtitia eſt fatuitas, itá iuſtitia † ſine pietate eſt crudelitas; & ideo ſicut vera iuſtitia compaſſionē habet, 45. diſt. ca. vera, 46. diſ. c. hoc habet propriū; itá bonus iudex debet habere paternā affectionem, auth. de mand. Princip. §. pręcipuè, vt dixi in pręfat. nu. 46. Ideo contrà Iudices crudeles clamat Marſ. in conſ. 51. nu. 1. vol. 1. & Brunor. à Sole in vnico conſ. crim. ſub nume. 103. & 135. quorum dicta non repeto.

12 Prædictis ſolùm addo eorum figurā † in Licaone Arcadiæ Rege, qui Ioui, quem in ſua alebat Regia pro religione, & obſeruantia homicidiū plenū ſceleris miniſtrauit, ſatis pulchrè examinatā per Farneſ. in d. tract. de Simulac. Reip. lib. 2. tit. de ſimul. magiſt. c. 5. Et rogo Iudices, quatenus debeant amare ſubditos, non ſolū propter illā naturalem
13 inclinationem, quam † habet omnis homo ad conſeruationem proximi ſui, Vleur. in d. tract. de reg. mun. q. 3. prin. nu. 17. & ꝓpter
14 illā fraternitatē, quæ † largo modo inter oēs homines reperitur, de qua Proſd. in tract. de conſang. nu. 15. ſed etiā propter hominis di-
15 gnitatē, & præſtantiam, quam † non ſolùm acqua, terra, aer, ignis, lapides, arbores, animalia bruta, Angeli & oīs deniq; creatura, ſed ēt ipſe Deus Op. Max. atteſtatur, ex quo conſtat, ꝙ homo cū terra carnem, cū acqua ſanguinē, cū aere ſpiritum, cum igne calorē, cū lapidibus eſſe, cum brutis ſentire, cum Angelis intelligere, commune habet, & deniq; ipſius Sanctiſſ. Trinitatis exemplar continet, vt dicit Alber. in diction. ī verb. homo. Sebaſt. Med. in tract. de venat. q. 2. num. 8.

Hinc eſt, quòd homo à Philoſopho in 6.
16 Phyſ. Microcoſmus dicitur, & † paruus mūdus vt trad. Ant. de Ruſcel. ī trac. de poteſt. Imper. & Pap. in 4. par. prin. verſ. & ad præ-

dicta firmanda sub nu. 11. cui addo Iulium
17 Tassonum, virum † probitate vitæ, integritateq; doctrinæ, suis, & exteris gratissimum, in sua Microsmographia, præsertim pag. 45. vbi inter alia voluit hac ratione hominem vltima die creatum fuisse.

Hac eadem ratione homo vocatur vinculum extremorum, epilogus vniuersi, & copula creaturarũ: De hoc fabulati sunt Per
18 se sub fabula matrimonij † Cœli, & Terræ, vt pulchrè considerauit Cæsar Cald. super psal. 50. lect. 1. pag. 14.

Huius requisitæ pietatis figura est in api-
19 bus, quarum Rex aculeo † caret, c. in apibus 1. quæst. 1.

Tertiò, duræ tunicæ loco succedit vindi-
20 catio, quæ non solum conuenit in † nomine, quia dura dicitur l. respiciendum ibi du-
21 rius ff. de pœn. propter q. Draco, qui † vel minimum peccatũ mortis damnauit supplicio, fuit dictus durissimus vt sup. hoc eod. c. nu. 7. sed etiam cõuenit in loco post pietatẽ, quia sicut probabilior est medicina, quæ vitiosas corporis partes sanat, quàm quæ exu-
22 rit: ità laudabilior est correctio, quàm † occisio, pietas quàm vindicatio l. Imperialis C. de nupt. Greg. in pastor. c. 78. & ideò anteponenda est, pietas vindicationi exemplo naturæ vt supra.

Hæc tunica vindicationis necessaria est,
23 quia sicut fel † morsu suo, & acritate ad purgandos despprauatos humores animalibus à natura est insitum, vt affirmat Gal. in 4. de vsu par. c. 4. & Curt. ad Mund. tit. de Anatom. Chysti fellis pag. 140. ità vindicatio oculo, quem fingo, inesse debet ad abstergendum perniciositates morum, text. est in auth. de manda. prin. §. si verò, versic. neque autem, cum simil.

Huius tunicæ figura, sit equus ille, quem terram tridente concutiens Neptunus, ex
24 eiusdem terræ faucibus † enocauit, vt elegantissimè cõsiderauit Henr. Farn. in d. trac. de simulac. reip. tit. de simulac. vindic. c. 1.

Quartò Araneæ tunicæ loco succedit veritas, quia sicut illa proximè accedit humori albugineo secundũ Cur. in d. c. 3. ita ueritas,
25 q̃ in oculo meo † requiritur, praxi adhæret. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid.

Hæc tunica necessaria est, imò Iudex in-
26 uetus est solùm causa veritatis iustitię † inuestigandæ, vt dicit Paul. de Cast. cõs. 293. & Nicel. in concord. glo. concord. 6. fallen. 121. vers. 7. facit, & admodũ elegãter Rol. à Val. cons. 47. nu. 9. cum seq. vsq. ad fin. vol. 3.

Ex hac tunica colligitur, quòd Iudex tenetur præcipuè ad duo.

Primò, q; tenetur inuestigare veritatẽ to-
27 tis † viribus l. is apud quẽ, ff. de eden. & est tex. Deutor. c. 14. & simulãdo Pract. Blan. in verb. datis defensionibus nu. 31. & 32. cũ sequen. prospiciẽdo ne quid per calumniã fiat l. 2. C. de fals. cũ alijs, de quibus Prac. cri. Foller. in princ. nu. 29. & 30. Clar. in §. fi. q. 23. vbi iustissimè inuehit cõtra illos iudices, qui
28 non permittunt † scribi depositiones testiũ examinatorũ pro curia, qñ sunt ad defensã.

Secundò, ex hac eadem tunica colligitur, quòd iudex tenetur occurrere omnibus his,
29 quæ veritatis † indaginẽ possunt impedire. Hoc loco occurrũt pulchra, & curiosa exempla relata per Blanc. in prac. cri. in vers. solec cõi sentẽtia dici. nu. 23. 24. & seq. & Nouel. tract. ad defens. tit. Homic. ex qui. ca. à pœn. mor. exc. nu. 11. sed illa simpliciter indicasse sufficiat. Huius rei exemplum deduci potest ex Ind. Danielis, qui tanta cũ diligentia veritatem perquisiuit, & inuenit, vt in lib. Dan. c. 13. Accedat iudiciũ sapientissimi Salomonis, de quo in c. afferte. de præsump.

Hęc omnia declarantur, vt nõ procedant ratione concordiæ, quia Iudex cõcordando
30 † diuitem cũ paupere, potest detrahere aliquid de iure pauperis sine peccato, vt post Io. And. & Card. trad. Nouel. in pract. crim. vers. quoniam, vt decet, num. 22. vbi alia specialia ponit, quæ conceduntur concordiæ
31 † causa, fol. 181.

Quintò Vueæ correspondet obseruantia, quia vtraque mollis est, de Vuea attestatur
32 † Port. d. cap. 3. de obseruantia est tex. in c. sunt nonnulli, ibi molliter conquiescat 46. dist. & sicut Vuea vccino vuæ nigræ colore persimilis est, vt dicit Port. in d. loco, ità obseruantia debet esse ornata nigrore reuerẽdæ cuiusdam tristitiæ, quam habere debet
33 iudex, vt ex ingenio † dignitatem augeat. l. 1. ff. de postul. vbi gl. in verb. dignitatis, alia iura adducit.

Huc spectat descriptio institiæ quam suo
34 confinxit † ingenio .... in lib. 1. de honest. & volup. & ita saluatį potest cõtrà Aul. Gell. noct. att. li. 4. c. 4. cõcordat tex. in auth. de mand. princ. in §. tale, & Foller. in pract. crim.

crim. in princ. num. 46. figura est in tunicis
durioribus ocul, quæ sunt exteriores.

Hęc tunica necessaria est; vt autem iu-
dex honoretur, iuxtà huius tunicę effectum,
qui in eo consistit, vt homines in aliqua di-
gnitate constituti cultu quodam honoren-
tur, vt trad. Cic. d. loco S. Tho. 2. 2. q. 102.
art. 2. & Guil. le. Rouil. d. c. 9. ipse tenetur
35 omnino† sibi cauere ab omnibus illis rebus,
ex quibus personę suę oriri potest contem-
ptus, & maximè ab infrascriptis.

Primò ab amicitia Zoticorum, seu ven-
36 ditorum † fumi, de quibus Menoch. de ar-
bitrar. Iud. cas. 344. per totum.

Secundò à conuiuijs Gell. lib. 2. cap. 23.

Tertiò à nimia humilitate, propter quam
37 Timagoras † Legatus Atheniensium vlti-
mo supplicio damnatus fuit, vt post Plu-
tarc. Erod. & alios refert summè moralis, &
eruditus Doctor Fulu. Pacian. de probat.
lib. 2. cap. 33. num. 83.

38 Quartò à nimia patientia cũ illis † aduo-
catis, qui temere allegant. Bal. in l. 1. C. de
leg. & ab alijs simil. vt notat prac. Foler.
crim. in prin. num. 50. cui addo, quæ ex va-
rijs authoribus, & locis ad propositum cu-
mulauit Io. Baptista Asin. in d. tract. de exe-
cut. §. 3. c. 88. num. 1. cum seq.

Quintò debet sibi cauere ab iniuriosis
39 † verbis l. minimè. C. de appellat. immò vt
nobilis benignè ad se venientes admittere
40 respiciendo † non ad bona fortunæ, neque
ad vestes, sed ad conditionem personę, quia
41 † habitus non facit Monachum, vt not. in c.
de vidua de regul. & sicut equum non fa-
42 ciunt meliorem aurea † frena, ita nec ho-
minem præstantiorem vestes, & ornamen-
ta, vt trad. Farnes. d. tit. de simulac. vindic.
43 cap. 8. & ipsa fortuna cęca † est, vt inquit
Tul. in lib. de amicit. & sequitur Io. Leci-
rier in trac. de primog. lib. 1. q. 11. concl. 4.
nu. 1. vbi alia pulchra ad propositum ponit.

Exemplum sit in Doctore, quem iudex
44 tenetur salutare, & inuitare ad † sedendũ,
tex. est in verbis in l. fin. C. d. offic. diuers.
iud. Laud. de priuil. Doct. in 2. par. §. 20. nu.
24. Cassan. in Catal. Glor. Mun. in 10. par.
consider. 40. vbi limitat dictum in hora pro-
priæ causę, illudq; declarat ex Purpur. in l.
1. num. 166. cũ seq. ff. de off. eius cui mand.
est iurisd.

Nam non solùm est species iustitiæ ho-
norem cuique debitum tribuere, sed etiam
45 tutela propriæ † obseruantię, quia con-
temptus contemptorem suum contemnit,
46 iuxtà illud Domitij, si non † habes me in
Senatorem, quomodo habebo te in Prin-
cipem 95. dist. cap. esto, de quo meminit
Vgo de offic. quat. prælat. sub Ru. de super.
dil. in subd. num. 2.

Huius requisiti figura est in situ oculi,
qui positus est in alto in testimoniũ huius
47 debiti cultus, de quo † multa ponit pract.
crim. Foler. in vlt. par. in princ. & dixi supra
cap. 3. num. 29. cum seq.

Sextò Corneæ locum sibi vendicat Obe-
48 dientia, quia † sicut illa chrystallinum tue-
tur, secundum Port. in d. loco: ita per Obe-
dientiam, scientia quæ chrystallini locum
occupat, vt supra dictum est cap. 2. num.
1. cum seq. conseruatur.

Necessaria est Obedientia in iudice, non
solùm quia nullus est qui non teneatur ali-
cui Obedire cap. nulli, & cap. seq. 93. dist.
49 sed etiam quia † non ante honestè quis im-
perat, & curat vt sibi secũdum ius suæ pote-
statis subditi obediant, iuxtà l. 1. ff. si quis
iusd. non obtemp. quam ipse legibus obe-
diat, vt probat Paulus Apost. 1. ad Rom.
cap. 2. prope finem, & ne vel parum à ter-
minis lucis, & tenebrarum recedat oratio,
facit quod legitur de Phariseis apud Mat-
th. cap. 23. vbi D. N. Pluries eos vocat cę-
50 cos; & illud eijce. † Trabem de oculo cap.
ea quæ de stat. Monach. c. quia frustra, de
vsur. 2. quæst. 1. cap. multi. no. Ioan. And. in
cap. 1. de accusat.

Propterea Arist. in Polit. ait, qui legem
præesse iubet, videtur iubere Deũ præesse,
& leges: qui autem hominem iubet præesse,
adiungit, & Beluam; & Plato ait, interitũ
51 paratum † illi Ciuitati video, in qua non le-
ges magistratibus, sed legi magistratus prę-
sunt; salutem verò illi Ciuitati, vbi lex, ser-
uientibus Magistratibus, dominatur, vt re-
fert, & latè prosequitur Claud. Catiuncul.
d. tract. de offic. iud. lib. 2. cap. 6. num. 2.
cum seq.

Hoc benè norũt Aegyptiorum Reges, qui
52 iudices compellebãt iurare, quod nõ † obe-
dirent eorum præceptis, nisi ea cognosce-
rent iusta, vt refert Ioan. Boter. in d. tract.
fol. 24. adducit etiã alia exempla ad hoc pro
positum ibi, & fol. 37. quæ non repeto.

Hęc docet natura, secundum cuius ordinẽ minus digna, magis dignis obediũt, vt pater in anima, quæ corpori, vt seruo imperat.

Hęc arrestati sunt antiqui Romani, qui
53 calceis lunaris vtebantur, vt declarat† Mãt. in suo Enchyrid. capit. 202. vbi alia etiam ponit ad propositum facientia: optimum exemplum deduci potest ex Moyse, qui sicut
54 fuit † primus legislator, ità fuit primus obseruator & poni potest in Paulo, qui tãta cum diligentia studebat seruare ea, quæ docebat, & optimum omnium in D. N. qui circuncisione, oblatione, pascali cibo, ac denique morte hanc obedientiam docuit, vt per Mant. in d. c. 202. & per Verat. ad carm. Caton. fol. 89.

Septimò coniunctiuæ demum tunicæ locum sibi vendicat Gratia: sicut enim il-
55 la † prędicta omnia coniungit, vt trad. Port. in d. loco, ità Gratia est morale vinculum cœterarum partium oculi mei; continet namq; remunerandi voluntatem l. sed etsi §. consuluit, vbi glos. in vers. obligauerit. ff. de pet. hæred. Albet. Bologn. in tract. de leg. iut. & æquit. cap. 18. num. 3. & Guil. le Rouil. in d. trac. de iust. & iu. cap. 10. nu. 2. & talis voluntas sola iustitiæ administratione expleri potest.

Hæc tunica necessaria est, quoniam pro-
56 pter honorem † ex auctoritate attributum, qui magnus est, l. omnem honorem C. quan. prouoc. non est necess. c. vt debitus de appell. Pract. crim. Folet. in 7. par. princ. titu. de laud. & fruct. offic. nu. 1. iudex tenetur Deo scilicet, & hominibus inuiolabili iustitiæ ministerio se gratum præbere.

Huius rei figura sit in Gratijs, quas anti-
57 qui † virgines effingebant: nam, & virginitas incorruptam significat iustitiam, vt atte-
58 stati sunt astrologi, qui illam † sub virginis figura designarũt, vt docet Farnes. in d. trac. de simulacr. reip. titu. de simulac. Piet. c. 1.

De Musculis. Cap. V.

Musculorum oculi humani loco voluntates benè dispositę in oculo Reipub. requiruntur.

SVMMARIA.

1 *Musculi, & Nerui inseruiunt humoribus, & tunicis.*
2 *Musculorum, & voluntatis correlationes.*
3 *Voluntatis imperium.*
4 *Musculorum materia ad moralitatem refertur.*
5 *Voluntas duplex.*
6 *Caro pro littera.*
7 *Somnium reputatur dictum Doctoris sine auctoritate.*
8 *Aequitas pro venis.*
9 *Iudex æquitatem pro oculis debet habere.*
10 *Iudicis boni descriptio.*
11 *Prouerb. Quid quid alij cantarunt. &c.*
12 *Aequitatis, & Iustitiæ quanta sit societas.*
13 *Aequitatis, & iustitiæ temperamentum quale.*
14 *Terminorum æquitatis declaratio.*
15 *Rationes sunt Arteriæ oculi Reipub.*
16 *Arteriarum, & rationum legum correlationes.*
17 *Modus ponderandi dicta Doctorum.*
18 *Virtus legis in ratione consistit.*


HVMORIBVS, & tunicis inseruiunt musculi, & neruiindeq
1 prius de musculis † & postea de neruis videndum est.

Sicut igitur in oculo naturæ dantur musculi, qui inseruiunt neruis mouentibus oculum, ita in oculo reip. requiruntur volun-
2 tates † inseruientes partibus representantibus neruos ad varios motus, idest ad varias actiones.

Voluntates obtinẽt locum musculorum, quia sicut motus neruorum à musculis, ita actiones iudic s ab Imperio pendent voluntatis, quia voluntas imperat membris circa executionem cuiusque assequendi, ipsa ani-
3 ma † remanente libera, vt pulchrè tradit Ant. de Rossel. in trac. de pot. imper. ac Pap. in 1. par. princ. ver. ad prædicta firmanda num. 12.

Præterea sicut musculi ex carne, venis,
4 & arterijs à corde venientibus † constant; ità hæ voluntates debent esse compositæ ex carne litteræ, ex venis æquitatis, & arterijs rationum, à corde nõ à fraude venientium.

Nam voluntas potest considerari dupliciter, vno modo, quando aliquid vult ratione
5 regulata, vel non † regulata, quòd contingit, quando homo suum sequitur apetitum, quæ voluntas dicitur voluntas libera; Alio modò volũtas hominis consideratur, prout quando vult aliquid clara, & recta ratione Lanfranc. de Orian. in trac. de arb. in princ. nu. 25. & latius, ac melius vtrunque, dictum prosequitur Mant. de coniec. vlt. volunt. lib. 1. tit. 3. voluntas quid sit, per totum: & quod dictũ est, de voluntate regulata intelligendũ

est,

est, quæ ad sui compositionem requirit prædicta omnia correspondentia, ad compositionem musculorum, vt sup.

Primò requiritur caro, i. littera, quæ stat
6 pro † carne secundum Ludouicum Carbonium in tract. de sui ipsius cognit. c. 34. in fi. pro quo facit text. in c. sedulo 38. dist. Quoniam Iudex debet moueri aliqua auctoritate adiutrice, quia dictũ Doctoris non allegã
7 tis reputatur † somnium Alb. de agnoscen. assert. q. 28. num. 3. etiamsi ille Doctor esset magnæ auctoritatis. Archid. in cap. nolite il 2. ad fin. 11. quæst. 3. Alb. de pontif. pot. num. 192.

Verùm quoniam nõ omnes auctoritates sunt æqualis virtutis, iudex debet potiores eligere secundum ea, quę dicam in tract. de modo iudicandi.

Secundò requiruntur venæ, hoc est requiritur æquitas in hac morali compositione,
8 quæ pro venis † ponitur, vt tradit Lactant. Firm. in lib. quę scripsit de iust. fo. mihi 170. in 2. faç. Nam Iudex debet semper æquita-
9 tem prę oculis † habere l. quod ephesi ff. de eo, quod cer. loc. ideo perfectus Iudex dicitur vir bonus, iuris dicendi & æquitatis statuendæ peritus, ad id muneris publica au-
10 ctoritate † vocatus, vt tradit Cant. in d. trac. de off. iud. in princ. & latius prosequitur in eo tract. lib. 1. c. 6. vbi plura de æquitate ponit, quæ aliter non repeto, quia non placet notari illo prouerb. quicquid alij cantarunt
11 †&c. de quo Host. ĩ sum. d. postul. prelat. §. fi. ad fin. illud solùm addo, quòd si Iudex debet esse iustus, debet eadem ratione habere
12 æquitatem, quia † iustitia est ars boni & æqui. l. 1. ff. de iustit. & iu. imò est æquitas ius suum vnicuiq; tribuens, vt tradit Tul. lib. 3. officior. & suaue quoddam temperamẽtum ex ratione legis deductum, quòd non solùm non contrariatur iustitiæ, nec iuris rigori li placuit, ibi iustitiæ, æquitatique scriptæ C. de iud. sed imò illam eodem modo, quo exceptio regulam temperat, atque moderat
13 † vt per prædicta post Couar. Sotum, & alios, pulchrè tradit Aluar. Val. in tractat. de iur. emphyt. quæst. 5. sub num. 3. & 4. vbi sa
14 tis eleganter declarat † terminos, de quibus eleganter quoque Strach. in tractat. de mercat. in 1. par. vlt. par. princ. sub Rub. quomodo procedendum sit in causis mercatorum, nume. 1. cum multis sequent. vbi præsertim ostendit quomodo ęquitas à iusto distinguatur; & perpensis septem illis circunstantijs de quibus I.C. in l. aut facta. ff. de pœnis, miro ordine rem ipsam explicat.

Tertiò, loco arteriarũ requiruntur reales
15 rationes, quia sicut naturales arteriæ † sunt semitæ in quibus spiritus vitales habitant, vt ait Plin. lib. 11. natural. hist. cap. 33. ità in rationibus spiritus vitales legum (vt ita di-
16 cam) consistunt: † & sine rationibus leges viuere non possunt, sicut corpus viuum absque anima esse non potest, Bal. in l. si quis. C. de fur. & ser. cor. Anchar. in c. canonum statuta. col. 2. de const. & est text. in d. cap. sedulo 38. dist. Quamobrem Iudex semper se debet restringere ad rationem, & ponde
17 rare † dicta non solùm Doctorum secundũ iura quæ allegant, ut trad. Bart. in l. non solùm, in §. liberationis. ff. de liber. leg. cum simil. vt per Dec. in consil. 189. lætatus sum. sub nu. 1. quibus addo Cauale. decis. 41. nu. 27. in prima par. Alb. de Pot. Pap. in 2. par. num. 63. & 137. & 169. Ioan. Lecir. de primogenit. lib. 3. q. 1. num. 24. & q. 6 nume. 1. Henric. Bott. de Sinod. Episcop. in 2. par. nu. 19. Bon. de Cur. de Nobil. in 3. par. num. 34. sed etiam secundum rationem iurium allegatorum, quia virtus cõsistit in ratione, me-
18 dulla, & mẽte † legis l. scire leges. C. de leg. cum simil. vt latè prosequitur Euerard. in cent. in loco à ration. leg. vbi ad saturitatem loquitur.

De Neruis. *Cap. VI.*

Loco neruorum, qui reperiuntur in oculo humano, colere Deum, misereri animabus, & corporibus subditorũ, piè sæuire in delinquentes, pauperis, & diuitis æquam rationem habere, parcere, & abstinere loco, irascibili, & concupiscibili dominari, assiduèque studiorum laboribus incumbere, in oculo Reipublicæ requiri, varijs eruditionibus piè, practicabiliter, & latè ostenditur.

SVMMARIA.

1 *Nullus infidelis potest esse Iudex.*
2 *Adorationum materia.*

Re-

3 Rectitudo hominis ad moralitatem refertur.
4 Imagines piæ indecenter pinguntur ad impediendum ne parietes deturpentur.
5 Constantini magni laus.
6 Misericordiæ spiritualis opera maiora dicuntur.
7 Iudex cauillosè interrogans reos damnatur.
8 Exempla iudicum per fallaciam interrogantium remissiuè.
9 Offendiculum ante cæcum ponere nimis graue.
10 Iudex tenetur instruere reum, vt intelligat interrogationes, quas facit.
11 Iudex debet recurrere ad Principem pro interpretatione dubiæ legis.
12 Iudex debet parcere sumptibus partium.
13 Iudex qui recurrit ad Principem pro declaratione legis quandoq. reprehendendus, & quando.
14 Remedium can. Redintegranda 3. q. 1. imprescriptibile esse latissimè defenditur.
15 Tex. in c. redintegranda. 3. q. 1. ibi quacumque tem poris conditione perpenditur.
16 Glo. in c. sollicitè de restitut. spol. examinatur.
17 Rot. Rom. decis. multæ adducuntur ad proban. remed. d. cap. redintegranda imprascriptibile.
18 Inuadentium aliorum possessiones, & bona detestatio.
19 Actiones omnes tolluntur præscriptione 40. an.
20 Tex. in c. ad aures de præscript. ponderatur.
21 Dominia in suspenso stare leges abhorrent.
22 Litium immortalitas legi odiosa.
23 Actio possessoria leuis dicitur præiuditij.
24 Possessorium absorbere petitorium absurdum est.
25 Tex. in c. redintegranda 3. quæst. 1. constructio iuridica quæ.
26 Gratiani summarium ad tex. in d. c. redintegranda perpenditur.
27 Verisimile non est Principem vna vocula obscura velle radicitus tollere aliquam prouisionem legis multis vigilijs excogitatum.
28 Doctoris dictum tollitur sublato eius fundamento.
29 Dictionis perpetuò natura, & sensus.
30 Differentia vna sola reperitur inter ius canonicū, & ius ciuile, in materia præscriptionis, & quæ.
31 Possessio facilius amittitur quàm dominium.
32 Præscriptio, an propter possessionem inuenta, vel dominium.
33 Rot. Romanę auctoritati præualere debet ratio, & veritas.
34 Præscriptio aduersus dolum, & malam fidem opponi non potest.
35 Imol. in cap. 2. de restit. spol. locus perpenditur.
36 Iudex quot. & quæ obseruare teneatur in relationibus faciendis Principi pro declaratione alicuius art. dub.
37 DD qui tenuerunt remedium cap. redintegranda 3. q. 1. præscriptibile referuntur.
38 Doctores qui tenuerunt contrarium referuntur.
39 Obiecta confutanda, & quo loco.
40 Princeps, quando debeat declarare aliquem articulum.
41 Remedium cap. redintegranda. 3. q. 1. quibus modis possit defendi, vt dicatur imprascriptibile latè.
42 Negligens nō potest dici, qui scit ius suum durare.
43 Actio ex tex. in d. c. redintegranda, quæ & qualis.
44 Verba dicuntur superflua, quando operantur idem, quod ius commune.
45 Priuilegia inserta in corpore iuris ciuilis generalibus regulis non tolli.
46 Ius ciuile, quando seruandum in foro canonico.
47 Remedium can. redintegranda 3. q. 1. esse fauorabile.
48 Conditio qualiter in iure accipiatur.
49 Ius ciuile minus strictè considerat malam fidem in materia prescriptionis, quàm faciat ius canonicū.
50 Verba quacumque temporis conditione sunt apta significare quantitatem temporis.
51 Modus construendi tex. in d. c. redintegranda.
52 Potiora sunt quæ per se subsistunt.
53 Verba quacumque temporis conditione sunt apta copulatiuè qualitatem, & quantitatē includere.
54 Tex. in cap. redintegranda. 3. q. 1. excludit præscriptionem etiam si uerba quacumque temporis conditione referantur ad qualitatem.
55 Glo. in cap. sollicitè, de restit. spol. sensus.
56 Doctores tenentes remedium cap. redintegranda 3. q. 1. præscriptibile qualiter loquantur.
57 Dictionis quacumque natura.
58 Vitium reale semper concomitatur rem.
59 Iudex debet pauperibus prouidere de Aduocatis, & procuratoribus.
60 Pauper non habet sublevantem.
61 Iudex potest compellere Aduocatos, & procuratores ad prestandum patrocinium pauperibus gratis.
62 Pęna Aduocati nolentis obedire iudici præcipienti, vt incumbat causæ pauperis gratis quæ.
63 Casus in quibus Aduocatus potest priuari officio.
64 Iudex tenetur supplere ea, in quibus Aduocati deficiunt.
65 Aduocatorum multitudo quanta, & cōditio qualis.
66 Breuitatis ratio exigit, vt iactis seminibus aliqua cęteris excolenda relinquantur.
67 Opera misericordiæ corporalia minora dicuntur.
68 Iudex tenetur inuisere carceratos.
69 Iudex tenetur curare ne carcerati patiantur famem, sitim, vel frigus.
70 Iudex tenetur occurrere extorsionibus custodum.
71 Carcer debet seruire ad custodiam, non ad pęnam.
72 Iudex tenetur proficere exemplis.
73 Iudex debet vti seueritate, & quando.
74 Seueritate adiuuatur; quies pub.
75 Casus dormientis correctio sapientis.
76 Pęna vnius terror & salus multorum.
77 Veniæ facilitas damnatur.
78 Seueritas dicitur pietas publica.
79 Victima pinguis vir iniquus.
80 Seueritas exemplis suadetur.
81 Heli cur animaduersionis Diuinæ vindictā recepit.
82 Lachrymæ non conueniunt Magistratibus.
83 Simulacrū Iustitiæ in moralitatis sensum remissiuè.
84 Oculi subalbidi, & varij laus, & moralis expositio.
85 Tabularum, & manna in arca moralitas.

86 Exa-

86 *Examen apum ad moralitatis sensum.*
87 *Melis inuenti in ore Leonis moralis sensus.*
88 *Virga Ionatæ moralis expositio.*
89 *Vini, & olei sensus moralis.*
90 *Virga et Baculus Dauidis moraliter interpratatur.*
91 *Modus quo sedebat Iob moraliter perpenditur.*
92 *Rex apum cur aculeo careat.*
93 *Regum sceptra cur ex auro.*
94 *Sanguis quo nutritur chrystallinus humor in oculo humano ad moralitatem interpratatur.*
95 *Mansuetudo plus debet operari, quàm rigor.*
96 *Epithetum magnitudinis cur in sacris litteris cum misericordia non cum iustitia conuictum.*
97 *Orphei, & Euridicis fabula in sensum moralem.*
98 *Intellectus moralis ad tex. in l. per hanc. C. de app.*
99 *Misericordiæ Dei exempla in auctorem.*
100 *Tunica durior cur magis distet à pupilla, moralis traditio.*
101 *Oculi natura ad moralitatem relata.*
102 *Lachrymę in moralitatis sensum.*
103 *Consilii Iouis moralis expositio.*
104 *Tex. Gen. cap. 2. moralis expositio.*
105 *Tex. Euangel. apud Luc. c. 5. moralis expositio.*
106 *Iudex debet æqualiter se habere cum subditis.*
107 *Acceptatio personarum quatenus prohibita.*
108 *Mos eligendi Iudices exteros laudatur.*
109 *Oculos sphericos cur natura fecerit.*
110 *Seleucus cur oculum sibi, & filio erui fecerit.*
111 *Præcepta iuris, an & cur tria, egregia expositio.*
112 *Virtus consistit in difficili.*
113 *Nerui optici moralitas.*
114 *Exempla ad suadendum labores.*
115 *Tex. Exod. c. 16. in moralitatis sensum refertur.*
116 *Mons simulacrum virtutis.*
117 *Mineruæ nomin. ex Reuerendiss. Episcopo Sormano moralis sensus.*
118 *Iustitia cur Auroræ filia.*
119 *Videre cur fiat patiente sensitiuo.*
120 *Oculi figura spherica cur, alia moralitas.*
121 *Aristhei, & Prothei fabulæ moralis sensus.*
122 *Arbores docent laborem secundum Ouid.*
123 *Labor qualis esse debeat.*
124 *Oculus plus confert ad cognitionē veri quā aures.*
125 *Iudices nolentes uidere scripturas, sed iudicare ex his, quæ audiunt a partibus in contradictorio damnantur.*
126 *Iudex tenetur supplere pro partibus.*
127 *Tex. in cap. bonæ memoriæ, cum glo. in ver. curauimus, moralis intellectus.*
128 *Homericus Griffus ex Alciat. ad moralitatem refertur.*
129 *Neruus opticus cur in oculo homini in medio situs sit, alia moralis resolutio.*
130 *Prouerbium, ne quid nimis.*
131 *Meditatio carnis afflictio.*
132 *Damna immodici laboris.*
133 *Animus immoderato labore obruitur.*
134 *Animalia quæ non habent cerebrum, cur non dormiunt, moralis resolutio.*
135 *Mediocritatis laus.*
136 *Oculorum Phisiognomiæ moralis expositio.*
137 *Extremorum vitium.*
138 *Stulti facti sunt multi ob scientiam.*
139 *Modus laborandi.*



Diximus de Musculis in præcedēti capite, Nunc ergo iuxta receptum ordinem dicēdum est de neruis.

Primò igitur, sicut in oculo reperitur vnus neruus, qui illum mouet ad superiora; ità in oculo quē fingo, requiritur moralis neruus amoris erga Deum, qui moueat ad sacrosanctæ fidei cognitionem, quia nullus infidelis
1 † potest esse Iudex, cap. fin. de hæret. lib. 6. l. fin. C. de Iud. Simanc. de Cathol. asser. tit. 46. nu. 58. Monach. in defens. iur. in excep. contrà Iudicem, num. 17.

Item, & qui moueat ad debitas adoratio
2 nes de quibus † gl. in cap. venerabilis, de cōsecrat. dist. 3.

Hæc omnia docuit natura in hominis fi-
3 gura, quam ideò rectam esse † voluit, secundum Ouid. de quo meminit gl. in §. fin. instit. de iur. nat. gen. & ciu. & retuli supra ad aliud propositum cap. 3. num. 32.

Hæc no. illi Iudices, qui patiuntur imagines Christi, Beatiss. Virginis, Crucis, & San
4 ctorū poni in vilioribus locis † ad impediendum ne parietes deturpentur contra text. in cap. perlectum, & in c. sequenti, de consecr. dist. 3. & in cap. si Canonici, in §. cęterum, de offic. ordin. libr. 6. l. Titia. §. fin. ff. de aur. & argē. leg. alia allegat post Franc. Tigr. & Ioan. de Anania Boer. decis. 23. num. 78. circa mediū, vbi allegat tex. in l. vnica. C. nem. lic. sig. sal. Christi hum. vel ī silic. seu marm. aut insculp. aut imping. pro quo facit aucto-
5 ritas Cōstātini magni, qui singulariter † Crucem Domini honorabat, vt tradit Io. Bot. in d. tract. fol. 91.

Secundò sicut in oculo reperitur alius neruus ī parte lachrymali maiori, ita in oculo meo requiritur moralis neruus amoris proximi circa spiritualia, ad misericordię spi
6 ritualis opera, q̄ maiora † dicūtur per theologos, vt in sum. Ant. par. 4. tit. 5. c. 18. §. 7. & trad. S. Th. 2. 2. q. 32. art. 3.

Huius nerui figura monet Iudicem, vt caueat ne decipiat reos per cauillationes, fallacias, sophisticas interrogationes, blanditias,
7 simulationes, speciales † interrogationes, seu suggestiones, & similia, vt potest exēplifica-
8 ri in illo Prætore, qui † iure meritò ab Excellen-

ecellentiſs. Senatu Mediolanenſi fonte iuſti-
tiæ,& æquitatis, grauiter fuit reprehenſus,
de quo meminit Clar. in prax. §. fin. q.21.
nu.6.& in illis Iudicibus, de quibus mentio-
nem facit Ioſeph. Lud. deciſ. 13. num.62.&
pulchrius, ac omnium latius in omnibus illis
caſibus, quos non minus doctè quàm ſum-
ma cũ pietate ex Fran. Pegna,& ex alijs, cõ
geſtos retulit Cartar. in pract. interrogand.
reor. lib.2. cap.1. per totum, vbi pulcherrimis
exemplis, hiſtorijs, & auctoritatibus hanc
materiam ponit, & declarat.

Nimis enim graue eſt ante cęcum pone-
9 re offendiculum, † vt legitur in Leuit. c.19.
Immò iudex tenetur reo nõ intelligenti vim
interrogatorij exprimere, & declarare, ità
10 vt ipſe intelligat quid † ab eo petatur. Hoc
eſt docere ignorantes ad quod hortatur Pau
lus ad Ro. c 12. ad Galat. cap.6. & habetur
in vet. teſt. Dan. cap 12.& Eccle. c.12.

Secundò monet hæc figura Iudicem, vt
conſulat Principẽ, vt declaret leges dubias
11 ad † tollenda dubia, quæ ex his oriuntur,
vt docet experientia,& tradit in epiſt. ad le-
ctorem ſuper comment. ad inſtit. Ang.& eſt
tex. in l. fin. C. de pact. vbi Dec. ſub nu.1. Go
zad. ſub nu.1.& 2. Cagn. nu.10. 11. & 12.
qui poſt Iaſ. declarat dictũ, & ad tollendum
expenſas ſubditorum, quibus Iudex occurre
12 re debet §. vt tibi, in auth de † mãd. Princ.
Caſtrenſ. in l.& ſi condemnatus. ff. de nox.
Dec. in l. age, num.7. de tranſac.& rurſus in
l. quidam æſtimauerunt. num.1. ff. ſi certum
petat.& in l. ſi idem cum eodem nume.4. ff.
de iuriſdict. omnium iud. vbi habes quatuor
exempla.

Hoc documentum eſt intelligendum ſe-
cundum ea, quæ trad. Lancellot. in templo
Iud. li.1. c.1. de interpretat. §.3. in verb. dubi
13 tationes † iudiciorum. Nã iudex qui recur-
reret ad Principem, eo in caſu, in quo ipſe te
neretur declarare, eſſet dignus maxima re-
præhenſione. l. vn. C. de profeſſ. qui in vrb.
conſtant. lib.12. Menoch. de arbitr. iudi. lib.
2. q.23. ſub num.1. & optimè ſeruit Vant. de
nullit. ex defec. iuriſd. num.14. niſi à Princi-
pe requireretur quo caſu q̃ iudici ſint obſer-
uanda exemplo Ro. Rom. ex deciſ. cuius te-
nor ſequitur dignoſci poteſt.

R. P. D. Seraphino Mercurij 17. Maij.
1600. Nullius, ſeu Mediolanen. remedij re-
dintegranda.

Fuit mihi per memoriale S.D.N. Cõmiſ-
ſum, vt arduam illam quæſtionem, & adeò
inter iuris interpretes controuerſam in Ro-
14 ta proponerem. An † remedium, c. redinte-
granda, 3. q.1. ſit impreſcriptibile, vel potius
aliqua præſcriptione tollatur. Et cauſa per
Dominos exactiſſimè diſcuſſa, fuit conclu-
ſum, omnibus idem ſentientibus (vno tan-
tum excepto) hoc remedium præſcriptione
tolli, quemadmodum, & cæterę actiones
quantumuis priuilegiatæ. Sed antequàm ad
rationes deciſionis veniam, non erit inutile
rationes, quæ mouerunt Doctores contra-
rium ſentientes deducere, ut earum cũ con
trarijs argumentis collatione facta, veritas
facilius eruatur.

Primùm itaque, & præcipuum fundamẽ
tum huius ſententiæ fit in d.c. redintegran-
da, in illis verbis, quacunque temporis con-
15 ditione, † Ex quibus colligunt, nullo tempo
re hoc remedium præſcribi.

Secundò deducitur auctoritas gloſſæ fin.
& Doctorũm, qui eam ſequuntur in cap. ſol
licitè, de reſtit. ſpoliat. quę uult perpetuò agi
16 poſſe † hoc remedio.

Tertiò nituntur auctoritate Rotæ quę ſæ
pius hanc ſententiam eſt amplexa, ut uide-
re eſt in deciſ. Caſſad.6. de reſtit. ſpolia. Put.
118. lib.1. Mohed.18. de reſtit. ſpol. Simon.
60. Veral.296. libr.1. & Mohedanus ait te-
17 pertam † fuiſſe annotationem Ludouici Ro
mani atteſtantis, idem antiquis temporibus
Rotam cẽſuiſſe, & deinceps in pluribus cau-
ſis auctoritatem antiquarum deciſionũ Ro-
ta eſt ſequuta.

Quartò uidetur hæc opinio niti ratione
tationabilis odij, quo digni ſunt illi, qui alio-
18 rũ bona, & poſſeſſiones inuadunt, qui † ideo
nulla tuti ſunt præſcriptione, quæ neque da-
ri poteſt etiam poſt decurſum tempus mille
annorum, ſi à principio ſpoliator fuit dolo-
ſus, uel uiolentus, iuxtà receptiſsimam Ca-
noniſtarum opinionem.

Poſtremò allegantur auctoritates pluri-
morum Doctorum, qui hãc ſententiam de-
fendunt, quorum fiet mentio in ſolutione ar
gumentorum huius partis.

Contraria uerò opinio nititur multis ur-
gentiſsimiſq; argumentis, & auctoritatibus.

Et primò, quia tam iure ciuili, quam Ca-
nonico omnes actiones tollũtur pręſcriptio-
19 ne quadragenaria, ut probatur † in l. ſicut,
& l.

& l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. c. ad aures, & c. illud, & c. quia iudicante de præscr. c. placuit il primo, & c. post quingentos 16. q. 3. in quibus iuribus ponderantur dictiones vniuersales qualemcunque actionē tollentes, & maximè in c. ad aures,
20 vbi omnis prorsus excluditur † actio, quæ verba ponderat, Ruin. consi. 103. num. 7. lib. 5. & facit Ias. consi. 115. num. 27. lib. 4. Aym. cons. 294. Roland. cons. 72. num. 20. lib. 2.

Secūdò leges abhorent dominia rerum
21 stare † semper in incerto, l. prima de vsucap. §. 1. insti. eo. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. ann. & etiam litium immortalita-
22 tem, l. fin. & ibi glos. in verb. finis † pro suo.

Tertiò cum temporis præscriptio tollat dominium, quod est maximi præiudicij, vt per Bart. in l. rem alienam de pig. act. multo magis debet tollere hanc actionem possesso-
23 riam leuioris † præiudicij, vt arguit Castrē. cons. 105. num. 3. lib. 1. Socin. in l. rem quæ nobis, num. 18. de acq. possess. Paris. cons. primo num. 115. lib. primo Balb. de præscr. 4. par. prin. q. 20. num. 1. Rolan. cons. 72. num. 19. lib. 2. & cons. 6. num. 8. lib. 3.

Quartò multum hanc sententiam comprobare videtur, si consideremus quid in hoc remedio, & quomodo veniat probandum: nam cum sufficiat probare duo extrema, nempe possessionem antiquissimā actoris, & possessionem recentem rei, & illa probari possit etiam per testes de fama, & de auditu, qui in antiquis admittuntur, & sæpe eueniat, vt propter antiquitatem, & sinistros casus bellorum, incendij, pestis, & similium Instrumenta, quibus possessores sese tueri possent sint deperdita, vel etiam vetustate consumpta, certe ex tali perpetuitate huius remedij facile Domini proprijs bonis iniustè priuabuntur in maximum præiudicium Reipublicæ, & per Mohed. decis. 17. de restit. spol. Sarmien. de redditib. Eccles. p. 1. c. 4. num. 11. & select. interp. lib. 2. cap. 13. num. 2. & quod est valde absurdum remedio possessorio adeo priuilegiato circa probationum qualitatem tollitur dominium legitimè præscriptum, & redditur inutile aduersus omnes iuris regulas, quibus perpetuò
24 traditum est † petitorium absorbere possessorium, & nihilominus hic contrariū eueniet.

Quintò negari non potest si enumeremus auctores hanc opinionem sequentes hanc esse magis communem, prout testantur, Gabr. conclu. 5. num. 64. de restit. spol. Contard. de momēt. possess. § 4. limit. 2. nu. 26. vsque ad num. 29. Pontan. de spol. lib. 3. cap. 2. num. 19. Deciā. cons. 53. nu. 2. lib. 5. Crot. cons. 47. num. 29. lib. 1. Honded. cons. 82. num. 49.

His rationibus adducti Domini hanc sententiam amplexi sunt. Superest solum respōdere his, quæ in contrarium deducta fuerunt.

Et primò, quia basis contrariæ sententiæ tota constituitur in cap. redintegranda, videndum est de intellectu illorum verborum, quacunque temporis conditione, quæ reguntur ab illis verbis in fine positis, perdidisse noscantur, & certum est naturalem,
25 & verum sensum conditionis temporis † referri potius ad qualitatem amissionis quàm ad temporis quantitatem, l. prima §. deniq; ait de aq. plu. arcen. l. testium in princ. de testib. Rebūff. in l. conditionales 62. vers. quarto, de verb. sign. quod eo magis dicendum, quia referuntur ad perditionem, quæ non temporis cursum, sed initium amissionis respicere videtur, prout, & aliæ qualitates ibi appositæ captiuitatis, doli, violentiæ, & quarumcunque iniustarum causarum, quod sensisse videtur ibidem Archid. dum dicit forte ibi erat guerra, vel metu latronum nemo audebat ibi morari, & hæc verba importare qualitatem temporis, & non præscriptionem, de qua in eo tex. non agebatur, tradit Contard. de moment. poss. §. 4. limit. 2. nu. 28 post Bellamer. & Io. de Turrecrema. Castren. cons. 105. num. 3. par. prima, & bene Galles. de exercit. Iurisc. lib. 3. num. 56. Moder. in remedio 15. recuperan. num. 422. Et demum ita videtur sensisse Gratianus huius Canonis Compila-
26 tor, qui in Summario suo ante † hunc Canonem non apponit dictionem temporis, sed simpliciter ait ablata quacunque conditione in eodem loco, vnde surrepta fuerant reuocanda esse, & hunc verum, & germanum sensum appellat. Nic. Grauatius ad Vestrium lib. 7. cap. 3. num. 41. Neque est veri-
27 simile Pontificem vna vocula † eaque ambigua voluisse totam materiam præscriptionum subuertere, vt in hac eadem materia

præscriptionis tradit glos. in cap. 1. §. præterea in verb. præscriptione, de Capitul. Conradi, vbi verba illa, nulla obstante præscriptione interpretatur, de decennali, vel vicēnali non autem de 30. aut 40. annorum præscriptione, hac ratione mota, ne totam materiam præscriptionum multis vigilijs excogitatam subuertere, & radicitus euellere videatur, quam glosam communiter esse approbatam, constat ex traditis per Tiraq. de retract. Conuentio. §. 1. glo. 2. num. 12. Quod ex eo confirmatur, quòd posteriores Pontifices in c. ad aures, & alijs supra allegatis trigenariam, & quadragenariam præscriptionem omnem prorsus actionem excludere voluerunt, adeo quòd, & si verba illa conditione temporis importarent præscriptionem, nihilominus ijs ex sequentibus Constitutionibus derogatū fuisse appareret.

Secundò non obstat auctoritas glosæ, & sequacium in cap. sollicitè de restit. spol. vbi ait, ad damnum, siue pœnam perpetuò agi posse, quia nulla conditio temporis opponi potest, cap. redintegranda 3. q. 1. Nā
28 sublato † fundamento, quod fit in d. c. tollitur etiam opinio glosæ, quæ illi innititur. Præterea cum vtatur dictione perpetuò, ea est intelligenda, prout in similibus terminis passim vsurpatur, vt ista perpetuitas includatur spatio 30. vel 40. annorum, quemadmodum actiones perpetuæ dicuntur illæ, contra quas sola præscriptio 30. vel 40. annorum opponi potest Insti. de perpet. & temp. act. & concordantes textus desumi possunt apud Brisson. de verb. signif. in verb. perpetuæ actiones. Et potest etiam intelligi de actionibus, quæ competunt aduersus violentos, & dolosos, cum loquatur de damno illato, & de pœna, qui non est casus, de quo agitur, vt infra dicetur. Quare Doctores, qui simpliciter referunt, & sequuntur hanc glosam, non multùm faciunt pro hac parte cū sint intelligendi, iuxta vulgarem significa-
29 tionem † dictionis perpetuò, in hac eadem præscriptionis materia non obstante quacunque vniuersalitate, & prægnantia verborum, vt in pacto de retrouendendo quādocunque, & perpetuò censuit Rota spatio 30. annorum excludi, ex cons. Bal. 303. lib. primo in causa Reatina tenutæ 13. Aprilis 1579. coram Illustrissimo Lancelotto, & 12. Decembris 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio, & glosam ita sensisse est verisimile, postquam fecit mentionem temporalium, & perpetuarum actionum, iuxta iuris Ciuilis dispositionem, quiæ clara est, nec ab ea recedit ius Canonicum, vt ex allegato c. ad aures, & alijs apertè colligitur, & in materia præscriptionis, excepto casu malę fidei, nulla est differentia inter ius ciuile, &
30 Canonicum, vt tradunt † Abb. & alij in c. de quarta de præscr. Neq; obstat, quòd præscriptio, secundum aliquos fuerit inuenta propter dominium, non propter possessionem, quia hoc esse falsum conuincitur, ex c. iubemus 16. q. 3. & ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & ex l. competit. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Imò multo debilior est pos-
31 sessio, & minori tempore † amittitur, vt per Innoc. in c. querelam, & ibi Bellam. num. 10. & alios relatos per Contard. vbi supra, num. 51. Neque obstat, quòd in iudicio spolij non admittatur exceptio dominij; quia exceptio præscriptionis non solùm
32 dominium, sed etiam possessionem † respicit, & ideo non minus est admittenda quàm exceptio illa, quòd quis facto suo ceciderit à possessione.

Tertiò loco non obstat auctoritas Rotæ, quia si bene considerentur decisiones allegatæ apparebit contrariam sententiam obtinuisse cum magna controuersia, & difficultate, & eorum Compilatores, pro maiori parte contrarium sensisse: quare non est habenda ratio eorum, qui; auctoritate Rotæ moti hanc sententiam amplexi sunt, quæ quamuis plurimum semper valuerit, præua-
33 lere tamen debet ratio, & † veritas tot alijs non contemnendis fulcita auctoritatibus.

Non obstat ratio odij rationabilis aduersus inuasores rerum alienarum, quia hanc præscriptionem intelligunt Domini procedere contra actionem spolij simplicis prouenientis, ex probatione duorū extremorum, iuxta stilum Rotæ, non autem vbi constaret de vi, dolo, & mala fide, cum nulla præscriptio aduersus dolum, & malam fidem
34 † opponi possit, cap. fin. de præscript. & hoc fortasse sensit Papa in illo Canone in illis verbis per quascunque iniustas causas, & hanc exceptionem admittunt Doctores allegati per Contard. in d. limit. num. 34. & 35.

Quantum ad auctoritates, quæ deducuntur

cuntur si tollantur è medio Doctores, qui ex professo hanc quæstionem non tractant, & qui simpliciter sequuntur glos. in cap. sollicite, dicētes illud remedium esse perpetuum, quæ verba non excludunt præscriptionem 30. vel 40. annorum, vix reperietur aliquis, præter solum Imol. in cap. 2. de restit. spol.
35 qui † contrarium apertè senserit ante decis. Cassadori, vt fuit animaduersum per Gallesium. Rursus si tollantur Doctores, qui potius auctoritatem Rotæ sequuti sunt, quàm pondus rationum in cōtrarium facientium, apparebit longè pluribus auctoritatibus fulcitā esse partē contrariā, & id fatentur Doctores supra allegati dicentes hanc esse magis communem. Et ita recedendo ab antiquis decisionibus fuit per Dominos conclusum hanc opinionem æquiorem, & veriorem esse, & dignam, S. D. N. approbatione. Ita resolutum fuit me proponente in plena Rota. 17. Maij. 1600. Seraphinus Oliuarius Decanus.

Ex tenore d. decisionis colliguntur multa obseruanda per iudicem in relationibus huiusmodi faciendis.

36 Primò quòd † debet primo loco allegare ea quæ faciunt pro illa opin. à qua discentit, l. quingenta. ff. de probat.

Secundò quòd non debet inniti multitudini allegationum, sed laconicè loqui addocendo potius rationes, vt obseruauit Rot. quæ ommisit allegare nuncupatim DD. qui
37 tenuerunt negatiuam: illam † enim tenuerunt Gabriel. conclus. 5. numero 54. & 55. eo. tit. de resti. spoliat. Io. Bapt. Bo. in trac. de stat. vrb. præscript. numero 236. Gomez. de cis. 41. Simonet. decis. 60. & 64. & 83. Pur. de præscript. decis. 2. Casad. decis. quinta. decis. 6. de rest. spol. Alex. consilio sexto. numero 16. lib. 3. Sarnen. in reg. de triēnal. q. 11. sub numero 7. ver. sed his non obstantibus ad fin. Mohed. decis. 342. aliàs 18. de restit. spol. Put. decis. 14. & 115. lib. 1. Veral. decis. 296. lib. 1. in manuscript. Mohed. decisio. 341. aliàs 345. Contard. de Moment. possess. ratione mixturæ §. 4. numero 23. & seq. & cum ista opin. videatur verior de iure canonic. vt non obstet præscriptio, nec etiam mille annorum, vt per Put. decisione 115. numero 13. & 22. libro primo. Rota Romana illam amplexa fuit in vna Placentina coram Io. Paulo de mense Martij 1545. vt attestantur Gomez. & Simonet. & Io. Bapt. Bo. in dictis locis, & de mense Ianua. anni 1594. in vna Sabinensi Spolij Molendini coram Illustris. Mantica, & de mense Maij anni 1588. in vna Med. coram Illustris. Paleoto, & pluries id contigisse affirmat Gab. d. loco, vbi ad hanc eadem opin. citat Sarn. Venafr. Prob. Gozad. & Crau. & attestatur illam esse communem.

Tertiò quod debet Iudex allegare ea quæ fundant veritatem, quā tuetur similiter per rationes non per quotas DD. vt obseruauit Rot. quæ ommisit congeriem eorū,
38 qui † tenuerunt affirmatiuam. Nam illam tenuerunt Socin. sen. consil. 29. numero 5. in fine lib 3. Abb. in cap. 2. numero 14. & in cap. 1. colum. vlt. versiculo oppono vlterius, de restitutione spoliatorum, Castrens. in consilio 105. colum. vltima. lib. 1. Aretin. in §. quadrupli. numero 32. in fine institut. de actionibus Bellamera in capit. cum ad sedem. num. 11. de restitut. spoliat. Riminal. Senior in cons. 54. colum. 6. versiculo circa secundum. libro primo. & consilio 428. numero vndecimo. libro tertio. Crot. consilio 47. numero 19. libro primo. Socin. sen. in l. rem quæ nobis. ff. de acq. possess. Claud. Seyssell. in d. l. rem quæ nobis. numero 7. in fine. ff. de acquir. possess. Ruin. consilio 69. num. 14. lib. 1. consil. 44. nu. 16. lib. 4. & consi. 103. nu. 7. lib. 5. Dec. consi. 301. sub nu. 22. Balb. in tract. de præscript. in 4. parte. quartæ partis princip. quæst. 24. Berous in cap. 2. num. 39. de restitut. spoliat. & in cons. 56. nu. 40. & consilio 61. numero 20. libro tertio. & in consilio 82. numero 4. eodem volum. 3. Neuizan. consilio 78. num. 25. Grat. in consilio 70. numero 18. libro secundo. Purpurat. consilio 374. numero 13. lib. 2. Matanc. in Specul. distinct. 7. numero 50. in fine, Ant. Math. in l naturaliter. in §. nihil commune. ampliat. 35. ff. de acquir. possess. Laurent. de Pinu consilio 62. numero primo. Alba consilio 416. numero 14. libro 3. Bellon. consilio 36. num. 2. Crauet. consil. 124. numero 14. & consilio 425. libro primo. Roland. consilio 72. numero 19. lib. 2. Colleg. Pap. inter consilia Pauli de Monte Picco consilio 97. nu. 120. Galef. de exercitatione iurisperitorum lib. 3. numero 56. Petrus Antonius Anguisciola consilio 13. numero 26. libro 4. Contardus in l. vnica in 2. limitat.

§.4.num.28.verſ.vltima opinio C.ſi de mo-
mentanea poſſeſſione, Decian.conſ.63.nu.
2.lib.5.Grauat.ad veſtrium lib.7.c.30.num.
4.Beltram.conſ.44.num.8. parte 3. Hiero-
nymus de Monte quæſt.22.nu.38.Federic.
Scot. reſponſ.27. lib.4. Thom.1. Cœphal.
conſ.235. num.29.lib.2.& conſ.315.num.
5.lib.3.Plot.in l.ſi quando.nu.71. verſiculo
durat tamẽ C.vnde ui, Franciſcus Sarmiẽt.
lib.2.Select. interpret.cap.13.num.4. Ioan-
nes Petrus Surdus conſ.28.nu.8. lib.1. Me-
noch.de recuperan.poſſ.remed.15.nu.418.
Alex.conſ.167.num.8.lib.6. Aldobrand. in
conſ.49.num.18.Emanuel Coſta in ſuis cõ-
munibus opinionibus, in verbo ſpoliatus,
Burſat. in conſ.124.num.17. vol.4. Turet.
conſ.54.num.2. & conſ.18.num.21. Vinc.
Catoc.in tract.de locat. & conduct.in tit.co
lon.recuperan.num.59. & 41.Gallia Alex.
in conſ.74.num.84. Ioannes Gutier.in ſuis
Canon.quæſt.cap.34.num.67. Gabriel de
reſtitut.ſpoliat. concluſ.5.num.64.Rota Ro
man.deciſ.11. aliàs 259.de reſtitut. ſpoliat.
in nouiſſimis, Rota Bonon. per Benintend.
deciſ.10.nu.3. Rota Peruſ.per Ioſeph.Lud.
deciſ.59.num.9.parte 1. Rota. Maceraten.
per Sebaſt.Med.deciſ.18.Theſaur.deciſ.Pe-
demont.deciſ.19.num.2. Borgnin. deciſ.23.
numero 42.parte ſecunda, & hanc eſſe com
munem opinionem atteſtantur Soc. Berous,
Grat. & Roland.

Quartò quod iudex poſtquam ſua fun-
39 dauit, debet obiecta † confutare, vt docet
Ariſtotel. in 2.Reth.& glo.in capit. Abbate
ſanè in §.allegabatur in verſic.multùm quo-
que diſtabat de elect. in 6.

Quintò quòd Princeps non debet ad
hoc præceptum deuenire, niſi in caſu, in
40 quo vix † inueniri poſſit certa veritas,prout
in eo caſu Ro.in quo vix videbatur tutò re-
cedi poſſe à negatiua etiam perpenſis ratio-
nibus Rot.

41 Prima enim ratio illa, † quam deſumunt
à negligentia non proſequentis iura ſua, in
cuius pœnam pręſcriptio emanauit cap.vigi
lanti de præſcrip. vix poteſt adduci contra
42 actores, † quia non poteſt dici negligens,
qui ſcit ius ſuum durare,vt in his præciſis ter
minis cõſiderauit Grat. conſ.70.numer.11.
libro ſecundo, prout actores reſpicientes ad
antiquam illam Rot. Rom. conſuetudinem
credere poterant.

Secundò oẽs inſtantiæ, quas DD. deſu-
munt ex actionibus perpetuis præſcriptibi-
libus ſpatio 30. annorum §.primo ver.ali-
quando inſtit. de perper. & tempor. action.
iux.Caſtrenſ. in d.conſ.105.ſub numero 3.
Pariſ.d.conſilio 155.lib.primo. & Menoch.
d.rem.15.nu.422.licet plures ſint, tolli poſ-
ſe videntur vnica reſponſione, ſi dicamus,
quòd remedium d.cap.redintegranda,dici-
tur condictio ex canone, Caſtrenſ. d.conſ.
43 105.num.2.quæ actio † non eſt prætoria,&
conſequenter perpetua,vt in ter.aduertit Be
ro.conſilio 56.numero 40.lib.tertio, & not.
Angel. & alij inſt. de perpet. & temp. act.
in princ. & curſu triginta annorum tollitur
regulariter l. ſicut l. vt notiſſimi. C. de præ-
ſcript. triginta, vel quadraginta annorum,
& tradit Balb.in dicto tractatu de præſcript.
quarta parte princ.quæſtione prima,in prin
cip. & Boer. quæſtione 182. numero 6. &
proinde neceſſario, oſtenditur,quòd niſi vl-
terius procedamus intelligendo verba dicti
capit.redintegranda prout ſonant, ſimplici-
ter, remanent ſuperflua, quia verba, nihil
44 dicuntur operari quando diſponunt † idem
quod ius commune,Gallin.de verborum ſi-
gnific. lib.primo,capitulo decimotertio,nu-
mero nono, cum tamen in iure nihil ſuper-
fluum admittere debeamus, vt not. in l. ſi
quando.de legat.primo. Ceſſet ergo.funda-
mentum ſuper inſtantia deſumpta ex l.1.C.
de bonis mater. ex ordinaria natura condi-
ctionis ex lege, quam ſupra retulimus,& ſi-
militer, & deſumptum ex illa concluſione,
quòd pactum venditori factũ,ut poſſit quan
docunque redimere, tollatur ſpatio triginta
annorum, ut tradidit eruditiſsimus Me-
noch.conſilio 692. numero trigeſimonono,
libro decimo.

Tertiò licet ſecundum hiſtoricos,& chro
nicas apparere dici poſsit, quòd diſpoſitio
text. in capitulo de quarta, in capit.uigilan-
ti, in capit.ad aures, & in capit. quia iudi-
cante de præſcript. quæ uidentur confor-
mia imperatorijs legibus, uidelicet, legi ſi-
cut, legi omnes, & l. competit. C. de præ-
ſcript. triginta annorum ſit poſterior: non
tamen videtur dici poſſe dictorum Cano-
num diſpoſitionem, tanquam ultimam de-
rogare diſpoſitioni, dicti capituli redinte-
granda, quoniam illud, quod dicitur in di-
cto capitulo redintegranda eſt priuilegium
in-

insertum in corpore iuris, vt apertè firmat Paul. de Castr. d. cons. 105. sub num. 3. circa med. par. 1. & certũ est similia priuilegia nũquam, nullisque generalibus regulis sublata
45 † censeri, vt tradit Ias. in l. 1. num. 16. ff. de constit. princip. Rip. in cap. 1. num. 55. de rescript. Soc. Iun. qui alios adducit in cons. 131. nume. 46. lib. 1. Non ergo potest inferri ad correctionem d. c. redintegranda, quia generalia verba non sufficiunt, vbi specialia requiruntur, glo. in clem. 1. in vers. specialiter de iud. in c. inquisitores de hæret. in 6. Bar. in l. si. in §. omnem, per illum tex. C. de administr. tut. Alex. cons. 122. vol. 4. refert con ciuis Gozad. cons. 43. num. 10. & multis instantijs veritas hæc adiuuari posset, quas omitto.

Quartò ex prædictis patet, quòd obesse non videntur text. in d. l. sicut cum alijs supra allegatis, quia ità demùm in foro cano-
46 nico attenditur ius ciuile, in quantum † vel non reperitur decisio iuris Pontificij, vel reperitur concordia inter vtrumq; ius, vt not. omnes in cap. 1. de nou. oper. nunc.

Quintò, non etiam facere videtur illa ratio, quòd quando aliquid est dubium de iure canonico, & reperitur clara decisio de iure ciuili, debeat attendi ius ciuile, & illi standum sit, vt tradit Ias. in l. quoties num. 23. vers. secundo moueor C. de rei ven dic.

Quoniam in primis verba tex. in d. cap. redintegranda videntur esse clara: & si rationibus, vt mox dicetur certare debeinus, dicitur in dubio capiendam esse interpretationem extensiuam dispositionis d. cap. redintegranda, quia illud est fauora-
47 bile, & † tendit ad animæ nostræ salutem, vt in terminis dicit Bero. cons. 56. num. 4. & num. 10. lib. 3.

Sextò interpretatio illa data ad verba tex. in d. cap. redintegranda, ibi quacumque temporis conditione, vt referantur, ad qualitatem, non ad quãtitatem, quia qualitatem propriè significent. l. 1. §. denique ait. ff. de acqua pluuia arcen. l. testium in prin. ff. de te stib. latè Rebuf. in l. conditionales vers. 4. & conditio accipitur, & vers. seq. ff. de verb. signif. pro qua Contard. de moment. possess. §. 4. limit. 2. nu. 28. & adduci potest Castrens. in d. cons. 105. sub num. 3. par. 1. Gales de exercit. iurisperit. lib. 3. sub num. 56. Grauat. ad Vest. lib. 7. c. 3. nu. 41. Menoch. d. remed. 15. num. 422.

Primò non est indubitata, & proinde nõ recipiẽda, quia, & cõditio alijs diuersis mo-
48 dis † accipitur, & inter alios accipitur pro causa, vt not. idem Rebuff. in eodem loco ver. Tertio, & c. secundum quam significationem sensus erit, vt redintegranda sit possessio bonorum, quæ noscuntur amissa, quacunque conditione temporis, idest quacumque præscriptione, quia tempus nõ potest aliquam causam parere amissionis, præter ipsam præscriptionem, quæ ideo rectè diei potest causa temporis. Ias. in l. quãuis. num. 6. C. de fideicom.

Secundò non minus est ratio dicti contrariæ classis, quàm d. ipsum, cum tamen ratio debeat distingui à dicto, nec debeat esse eadem cum dicto Ias. in l. curatores. nu. 2. ff. de offic. procurat. Gas. & in l. re coniuncti. num. 33. ff. de leg. 3.

Tertiò, finis dict. Canonis est tollendi peccatum, vnde si referi debent ad rationẽ, illa verba quacumque conditione temporis, referi debent ad quantitatem temporis, quia ea mediante nutriebatur peccatum de iure ciuili, quod cursum temporis, non au-
49 tem sic strictè malam fidem † considerat, vt aduertit Abb. in cap. de quarta. numero 14. versic. ego præmitto de præscript. Balb. de præscript. d. par. 4. quæst. 24. numero 60. & verba debent intelligi eo respectu, quo pbara fuerũt Rol. à Val. de dot. q. 32. nu. 10.

Quartò, quòd illa verba quacumque tẽporis conditione sui natura sint apta significare quantitatem in indiuiduo sensit Ca-
50 strens. quem in contrarium † adducunt in dicto cons. 105. dum dicit, quòd si ille tex. diceret, quòd quacumque conditione temporis non obstante debeat redintegrari possessio, procederet hæc opinio negatiua: & licet Castrens. dissentiat, quia tex. ità non dicit: tamen idem est, vt supra, & infra.

Quintò sensus est planus, si verbum noscuntur; referatur ad illa verba quacũq; cõditione tẽporis: & illud verbũ perdidisse referatur ad illa verba, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, aut per quascumque iniustas causas. sensus enim erit, vt
51 quandocumque noscatur, etiam † si id contingat post mille annos, sit locus redintegrationi, & sic excludatur omnis præscriptio: &

absurdum est cum pace Castrens. quòd illa verba perdidisse noscũtur, distinctas habentes causas, & clausulas separatas à suis causis distinctè non regantur l. Pola. C. de his quibus vt indeg.

Sextò verba in potentiori significatu sunt accipienda, vt latè tradit Petrus Leon. de substit. ver. cuncti numero 128. & potentior est significatio, quæ signat quantitatem,
52 quàm illa, quæ signat † qualitatem, quia potiora sunt ea, q̃ per se subsistunt, & quale non potest esse sine quanto, Petrus Bellin. de re milit. par. 9. sub Rub. de saluis conduct. tit. vn. numero 46.

Septimò ex prædictis habemus verba illa, quacunque temporis conditione, esse apta ad significandũ, & quantitatẽ, & qualitatem; propterea non erit inconueniens, vt illis verbis, & qualitatem, & quantitatẽ simul considerari admittamus, quia quanti-
53 tas, & † qualitas idem propemodum respiciunt, vt post Tiraq. adnotauit Bellin. d. numero 46. vbi & ipse de intellectu cuiusdam legis agit.

Octauò si de sola qualitate agendum sit, præscriptio excluditur, quia non est tempus, quod operetur præscriptionem; sed qualitas illa, & aptitudo illa, quæ legis auctoritate tempori accedit, & erit sensus, quacumque
54 conditione† temporis, siue apto ad præscribendum siue non.

Nonò glos. in cap. sollicitè de restit. spol. non patitur illam interpretationem, vt dicamus eam sentire de perpetuitate iux. na-
55 turam actionis, vt voluisse † videtur Ruin. consilio 44. numero 16. vers. & ita etiam volum. 4 Bero. cons. 56. nu. 40. lib. 3. Castrens. d. cons. 105. sub nu. 3.

Nam glo. non contentatur auctoritatibus iuris ciuilis, vt secundum illas, possimus d. illationem facere, sed innititur tex. in d. c. redintegranda, quem hunc sensum habere supra demonstrauimus.

Decimò magna sanè est multitudo DD. tenentium affirmatiuam partem: cæterum plerique eorum perfunctoriè loquuntur, vt
56 Ruin. d. cons. 69. nec examinant † punctum vt Grat. d. cons. 70. & Crau. d. cons. 124. alij non ausi sunt confirmare hanc opin. & ideo ad alia media, & fundamenta confugerunt, vt facit Bur. d. cons. 103. nu. 8. alij si bene videantur in fonte, huic opinioni assistunt, vt Gab. d. cõclus. 5. alij à dd. DD. arguũr, quòd in iure nostro damnatur, Bero. consil. 3. numero 5. volu. 1. & propterea, cum sciamus quòd DD. faciunt, quandoque, vt aues, & oues sequentes aliorum dicta, latè Caual. de cis. 41. nume. 29. par. 1. debemus attendere rationes, DD. non autem eorum numerum, recolentes illud, quod Alexander Magnus de Vespis dicere consueuerat.

Vndecimò facit natura illius dictionis quacunq; de qua Ias. in cons. 147. nu. 6. lib.
57 4. & facit glos. in clem. secunda † in versic. quauis de reb. Eccles. non alien. & multa in id cumulat Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glos. 7. numero 23. & 24. quibus addo Rimin. in l. quicũque. C. qui admit. qua opinio negatiua non magis videtur ex auctoritate DD. probabilis, vt not. in l. illam. C. de collat. sed ex casu legis indubitabilis glos. in l. ancillæ. C. de fur. & pro hoc sensu huius canonis, qui litteram non lædit, facit text. in auth. de non alienans, permutan. reb. Eccles.

Duodecimò accedit, quòd probatis in hoc remedio extremis præsumitur spolium, & præsumptio est iuris, & de iure, quia lex nedum præsumit, sed disponit, vt simul admittimus, dùm dicimus spolium probari ex eo solo, quòd appareat de antiqua possessione agentis, & de recenti rei conuenti Alex. consil. primo lib. 6. cum alijs, vt Gab. d. conclus. 5. spolium autem præsupponit rem esse affectam vitio reali, quod semper concomi-
58 tatur ipsam rem, quo † casu res est in præscriptibilis etiam ex immemorabilis temporis lapsu, præsertim de iure canonico secundum cuius terminos quæstio nostra decidenda venit, vt in regul. iur. quod malè fidei possessor nullo vnquam tempore præscribit, & ità aduertit Balb. & alij plures ex adductis in contrarium, licèt quandoque velint dari casum, in quo vitium huiusmodi reale non cadat, quod tamen implicat contradictionem per prædicta, cum sit remedium in rem, vt patet, & post alios aduertit Ioan. Bapt. Bon. in dicto tract. de stat. vrb. præscript. dicto num. 236. semper verificatur suppositum, sicut dicimus de re furtiua, & facit Innoc. in cap. verum de foro comp. facit text. in cap. nulli liceat 12. q. 2. & Afflict. decis. 361. num. 22.

Hac rõne dicimus dari hoc remediũ cõtra pos-

possessorem cum titulo, & bona fide secundum magis communem opin. Abb. in cap. cum ad sedem numero 26. & 28. Rip. in cap. sæpe sub numero 28. de test.spol. DD. in l. rem quæ nobis, vbi præcipuè Alexand. numero 7. & Ias. numero 19. ff. de acquir. possess. idem Alexand. consilio 117. numero 3. consilio 91. numero 6. volum. 5. Lap. alleg. 52. numero 7. Afflict. decis. 361. numero 3. Boer. decis. 229. sub numero 4. Soc. iun. consilio 34. numero 12. lib. 3. Rob. in Specul. aur. pat. 4. distinct. 7. sub numero 50. Gabr. d. conclus. 5. numero 31. & consilio 56. numero 3. volum. 1. quibus in locis attestatur hanc nedum veram, sed receptissimam esse opin. & seruari in Rot. Cassad. decis. 7. de testitut. spol. & in impressis nouiter decis. 344. numero 2. par. 1. & vt communis relata est in 2. lib. cōmun. opin. fol. 310. col. 1. in fine, est. n. generale quod vitiū reale sequatur rem,

Tertiò monetur Iudex, vt curet, quòd pauperes, & miserabiles defendantur per
59 Aduocatos ad id specialiter † deputatos secundum ritus multarum ciuitatum, vt obseruatur in patria mea, vbi ego tale onus pluries libentissimè subiui, ad prædicta facit tex. in l. nec quidquam. in §. obseruandum. ff. de offic. procons. in l. 1. in §. ait prętor, ibi aduocatum dabo. ff. de postul. in l. illicitas in §. ne potentiores; vbi Bar. ff. de offic. pręsid. & optimè seruit Ias. in § tripli. num. 54. instit. de action. Mysing. obseruat. 32. centur. 4. Tiraquel. de nobilit. capit. 29. numero 39. Roland. à Valle consilio 87. numero 23. 57. & 58. volum. 2.

Hæc diligentia in Iudice est valdè necessaria, quoniam hominum malitia creuit, & multitudo, & paupertas, & ideo pauper ho-
60 mo non habet † subleuantem, iux. not. in capit. pauper. 11. quæst. 3. & per Beninc. in tract. de paupert. quæstione septima. numero 19. vbi præcisè de hoc loquitur.

His addo vnum notabile, quòd poterit iudex in illis locis in quibus hæc sancta prouisio non reperitur, eligere Procuratorem, & Aduocatum, & Notarium, & illos compellere ad præstandum eorum officium gra-
61 tis pauperibus, quia † tenentur etiam sub pęna peccati, vt ex Diuo Gregorio, & alijs tradidit Beninc. d. q. 7. nu. 10. & latius hanc conclusionē prosequutus est Dominus Ioannes Petrus Ala in suo tractat. de Aduoc. & Causid. Christian. q. 9. vbi benè, copiosè, & summa cū pietate loquitur: & modus cogendi poterit concipi etiam sub pęna priuatio-
62 nis, quia † eo in casu talis pęna à iure recipitur l. prouidendum. §. 1. vbi Bal. C. de postul. Bolognin. in auth. habita numero 126. vbi reponit casus in quibus aduocatus potest
63 munere suo † priuari. C. ne filius pro patre, & in effectu prædicta omnia verissima sunt, & firmarunt etiā Blanc. in pract. crim. in verbo datis defensionibus. nu. 102. & Rauaud. in Specul. iud. nu. 9. & melius seruiunt latissimè congesta per Io. Bapt. Asin. in tract. de execut. §. 3. cap. 90. & e. seq. per totum, vbi ad saturitatem loquitur de hoc.

Quartò, monetur iudex, vt si quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotijs assistunt
64 † minus fuerit dictum, id suppleat. iuxtà tex. in d. l. 1. C. vt quæ des. aduoc. part. iud. sup.

Super hoc puncto multa dicenda forent; quia hæc necessitas iudici quotidiè occurrit his miseris tēporibus nostris, in quibus plures sunt aduocati, quàm tempore Aristarchi
65 Theodectis † patris sophystæ, imò quàm causæ, vt trad. Lud. Montal. in tract. de reprobat. sent. Pilat. in 3. part. num. 34. & multi sunt casus, qui adduci possent; sed cætera videat, qui vult penes Ioan. Bapt. Asin. in dicto §. tertio. per totum; Promissa enim breuitas, vt iactis seminibus multa cæteris
66 † excolenda relinquam, compellit, exemplo Cic. de quo meminit Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 17. pag. mihi 73.

Tertiò, sicut in oculo reperitur alius neruus positus in parte lachrymali minori, ità in oculo Reip. requiritur alius neruus moralis amoris proximi circa corporalia, qui illum moueat ad partem lachrymalem minorem, hoc est ad opera misericordiæ cor-
67 poralia, quæ minora † dicuntur, vt per S. Thom. & S. Anton. in d. locis. Nam dicitur Ecclesiastic. ab inope non auertas oculos tuos.

Ab hoc neruo monentur Iudices ad inuisendum carceratos, & ad inquirendum,
68 † an aliquid illis desit l. Iudices. C. de Episcop. aud. ad curandum nè esuriant, ne si-
69 tiant, & ne frigore ob nuditatem † pereant, l. prima. §. finali. vet. non enim. C. de custod. reor. ad occurrendum extorsionibus custodum. dicta l. fin. l. vbi pactum.

de transact. l.illicitas. ff.de offic.præsid. Fo-
70 ler,in pract.crim.in † princ. num.35. & (vt
vnico verbo plura complectar)ad faciendū,
71 quòd carceres seruiant pro custodia, † non
pro pœna.l.1.§.interea.l.2.& l.fin.C.de cu-
stod.reor,

Quartò,sicut in oculo reperitur alius ner
uus, qui illum mouet deorsum, ità in oculo
Reip.requiritur neruus disciplinæ, qui illum
moueat deorsum, ad correctionem, & ædi-
ficationem populorum, non solùm,occasio-
72 ne se offerente exemplis, quæ multū † ope-
rantur. Crauet.cons.204.num.2.lib.2.Luc.
de pœn.in l.exemplo.C.de decur.lib.10.la-
tè Moron. in tract. de fide tregu. & pac. q.
60.num.6. cum seq. sed etiam gladio, quia
73 quandoq; ferro necesse est abscindere † vul
nera 82. dist. cap.3. in fi. & prodest seueri-
74 tas, cuius ministerio quies adiuuatur † pu-
blica. c. prodest in primis ver.23.q.5. quia
75 casus dormientis fit correctio sapientis† Io.
And. in cap.cum olim circa med. de dol. &
cont. & vnius pœna terror multorum. l. 1.
76 C. ad † l. Iul. repetund. & delinquentium
supplicium reliquos saluat.§.si verò. ver.ne-
que autem homicidis. auth.de mand.princ.
77 & si illi, qui committunt † enormia non pu
niuntur,publica lætitia turbatur Bal.in l.ne-
mo. C. de episcop.aud. & dùm parcitur vni
nocenti, multi innocentes traduntur exitio,
c.est iniusta.23.q.4.& facilitas veniæ incen-
dium excitat delinquendi. c. est inhibendū,
de cohab.cler. cap.peruenit ad nos. 93.dist.
Ideo vitium flagitium dicitur, quia flagris,
hoc est supplicijs est expiandum secundum
Farnes.d.trac.de peccat. immag.c.3.& seue
78 ritas vocatur † pietas publica.l.1.§.1.ibi ad
publicam pietatem. ff.de obseq. à lib.& lib.
par.& pinguè sacrificium ex auctoritate Se-
necæ dici potest:Is enim dicebat, quòd pin-
guior victima,quæ Deo mactari † possit,est
vir iniquus, ad quod benè seruit tex. in cap.
qualiter, in fi.23.q.5.

Hæc possent pluribus exemplis compro-
bari de quibus plenè sunt sacræ paginæ, de
80 quibus B.Io. à Capistr. † in Spec. cleric. in
3.par.sed vltra relata per eum ad monendū
Iudices, illud vnum dicam,quòd licet Hęli.
81 summus sacerdos † bonus existeret, quia
tamen filiorum excessus efficaciter non cor-
ripuit, in se pariter, & in ipsis animaduer-
sionis diuinæ vindictam recepit, c.licet Hę-
li, de Symon,

Ex his no. Iudex quòd magistratus non
82 debet gubernari lachrymis † Marsil. in
pract.Crim.in §.fin.sub num.4.Pract.crim.
Foler.in princ.num.64.& facit simulacrum
83 iustitiæ de quo Mant.in suo Enchyr.† cap.
258. & quòd iustitia respondisse fertur,vtsu
pra cap.3. num.67.

Sed animaduertere debet iudex, quòd
sicut oculus subalbidus, & varius commen-
datur, quia temperata est eius conditio ; ità
84 oculus † Reip. temperatę debet esse natu-
ræ l. respiciendum l. hodie.ff.de pœn.
85 Exemplum est in Archa,in qua † cum ta
bulis erat manna dulcedinis, & virga distri-
86 ctionis. in examine apum, † & fauo mellis
inuento in ore leonis, vt in lib. iud. cap.14.
87 circa † med. In melle, & virga Ionatæ, vt
88 lib.1.Regum.cap.14.parum ante † finem,
in vino, & oleo infuso in vulneribus semi-
89 uiui hominis, vt † Luc. cap.10. propè fi.in
virga,& baculo,de quo Regius Profeta Da-
90 uid. † in Psal.22.in Iob. qui sedebat circū-
stante exercitu,& erat mętentium consola-
tor, vt Iob.c.28.in fi.In apibus,quarum Rex
91 aculeo † caret, cap.in apibus.7.q.1.In scee-
ptris Regalibus, quæ fiunt ex auro,quòd est
92 magis temperatæ naturæ aliis metallis † vt
docet Guil. Bened. in c.Raynutius in verbo
duas habens filias. nu. 100. cum plur. seq.
ex de Test. vbi ponit proprietates auri, &
demum in qualitate sanguinis, quo nutri-
tur chrystallinus humor, qui est aliquantis-
93 per † crassior, & albior, vt not. Cur.in an-
notat.oculi pag.157.

Vlterius etiam animaduertere debet Iu-
dex, vt semper plus operetur mansuetudo,
94 quàm † rigor.c.allegauit autem. 26. q.7.c.
serpens de pœnit. dist.1. c.licet nonnunquā
cum cap.seq.dist.45.l.absentem. ff.de pœn.
Propterea in Sacris litteris epythetum ma-
gnitudinis inuenitur cum misericordia eccl.
cap.17. in fi. Psalm.50.in princ.Psalm.85.
vers.quoniam tu domine, & Psal.107. ibi,
95 quia magna est super cœlos † misericordia
tua,& tamen nunquam huiusmodi epythe-
tum inuenitur cum iustitia, vt potest obser-
uari ex Psalm.7.in fi.& Psal. 9.ibi iudicabit
populos in iustitia, & Psal.97.ibi.in conspe-
ctu gentium reuelauit iustitiam, & ex alijs
varijs locis.

Hac eadem ratione Dauid misericordiā
in

in Cœlo posuit, & iustitiam montibus comparauit.

Demùm hęc veritas poetico figmento il-
96 lustrari potest, quoniam Orpheus, † idest peccator, amissa pulchra Euridice, idest anima sua, ob morsum serpentis in prato, idest ob peccatum commissum in mundo, cantu, idest prouocatione à tribunali iustitiæ diuinæ ad eiusdem Dei misericordiæ tribunal, non quidem ratione iniustitiæ, sed ex pœnitentia subsequenti, quasi ex nouis actis, &
97 scripturis salutis, † iuxta l. per hanc. C. de appell. obtinet reuocationem sententiæ, iuxta illud in quacunque hora ingemuerit peccator, amplius non recordabor iniquitatum suarum, cum simil. de quibus plenæ sunt scripturæ, tàm nouæ, quàm antiquæ legis.

Hæc consideratio optimè cōcludit in his enim (vt ità piè dicam) gradatim proceditur à minori tribunali ad maius. l. præcepimus. C. de appellat. l. 1. §. fin. & l. Imperatores. ff. eo.

Hæc omnia scio, & fateor me etiam in mortis angustia constitutum hoc casu pluries redemisse hāc Eurdicen, hanc animam meam, propter quod gratias ago Deo meo, & illum humiliter rogo, vt nunquam valeā discedere de hac miserrima vita, sine vera pœnitentia, pura confessione, digna satisfactione, casto corpore, mundo corde, Catholica fide, Sacrosanctæ Eucharistiæ perceptione, & Sancti olei vnctione.

Conclusionis, figura est in tunicis oculi,
98 quarum † durior magis distat à pupilla: in oculi natura, quæ speciem præsefert chari-
99 tatis, quia adeò calida est, vt illam † dixerit igem Empedocles, & Plato, vt trad. Arist. de sens. & sen. In lachrymis calidis, quæ pro-
100 priè sunt oculorum, & signa † compassionis: In illo consilio de quo loquutus est Seneca, in lib. de quæst. Nat. quo vocato Iupi-
101 ter † punit, qui profuturus ex se facit. Sed exemplum sit in illa tarditate, qua Deus ad vindictam processit Gen. c. 3. ibi Deambu-
102 lantis, ibi ad † aurem post meridiem: & in illa celeritate qua peccatores in gratiam recipit, de qua est optimus locus apud S. Luc. capit. 5. sub figura filij prodigi, vt pa-
103 tet in tex. ibi † accurrens, ibi citò.

Quintò, sicut in oculo sunt duo nerui, qui bus oculus mouetur in tortura, superius in-
104 ferius, dextrorsum, & † sinistrorsum; ità oculus Reip. debet habere duos neruos torturæ, idest æqualitatis, vt quod vni conceditur, alteri non denegetur, l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Salyc. in l. cum de in rem verso, num. 12. C. de vsur. Ias. in l. 2. num. 64. C. de iur. emphyr. vt superius nobiles, diuites, atque potentes; inferius ignobiles, pauperes, & imbecilles; dextrorsum amicos, & fautores; sinistrorsum cæteros quoscunque æqualiter respiciat, idest iudicet; Nam in his quæ sunt de iustitia, acceptatio persona-
105 rum prohibita † est, Deuter. c. 1. ibi, nulla erit distantia personarum, & cap. 16. ibi nec in alteram partem declinent, ecclesi. ca. 5. in fi. Matth. c. 22. ibi, item ergo, & Luc. c. 20. in fi. & habetur apud Apost. ad Ro. c. 2. in princ. & tradit Abb. in c. de multa, col. 3. de prob. & Inn. in cap. accedens, vt lit. non contest. & est tex. & ibi glos. in l. fi. ff. de rer. diuis. no. DD. in l. in iudicijs de reg. iur. in 6. Mich. Vlchur. in d. tract. de reg. mun. in 4. par. in 2. q. princ. num. 11. Bart. Castr. & alij in l. 1. ff. de postul. latè Conrad. in templo iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. ver. personarum non acceptator, & Iod. in praxi. ante princ. vbi par ticularem titulum posuit.

Testes etiam huius requisiti sunt Ciuitas Bononiæ, Florentiæ, Lucæ, Iannæ, & aliæ plures, in quibus, ad euitandam personarum
106 acceptationem Iudices forenses † eliguntur, vt animaduertit Ioan. Boter. in d. tract. fol. 35. vbi etiam discutit, quales debeant esse hi forenses.

Præterea, vt id doceret natura oculos
107 Sphæricos fecit; seruit † optimè Columb. d. lib. 10. de ocul. pag. 213. vbi dicit, hoc ideò factum, vt oculus facilius ad hos motus moueretur, figura potest poni in Seleuco, qui
108 oculum sibi, & filio erui fecit, vt per Māt. in suo Enchyr. cap. 258.

Sextò, sicut oculus tribus neruis totus ligatur, ita oculus Reip. tribus constringi debet moralibus neruis. Hi sunt tria præcepta totius iuris, de quibus in l. 1. in §. 1. ff. de iust. & iur. & in proęm. Greg. in §. iuris præcepta, & latè Conan. lib. 1. comment. iur. ciui. c. 1. sub litera A. in fi. vbi defendit hæc præ-
109 cepta esse tria non † pauciora, vt aliqui malè senserunt, & benè, vt possumus colligere ex eo, quòd virtutes morales positæ sunt, aut in appetitu sensitiuo, aut in voluntate, vnde opus fuit vno præcepto respectū

volun-

voluntatis, altero respectu partis irascibilis appetitus sensitiui,& alio respectu partis cōcupiscibilis, vt fieret funiculus triplex q̄ difficilè rumperetur, ira subtiliter considerauit Vacun. à Vacun.lib.1.declarat iur.ciuil. declarat.30.

Septimò quoniam virtus consistit circa
110 difficilè,vt trad.Philosophus in† 2.Eth.& B.Ioan. à Capistran. in spec.cleric. in 2.par. in prin.fol.11.loco nerui illius, quem medici opticum vocant, in oculo reip. requiritur
111 neruus † laboris.

Nam sicut per neruum opticum ducitur lumen, ità veri cognitio labore paratur.

Hoc vltra exēpla plurimorū virorū de qui
112 bus in offic.Textoris,& in † Rosario virt. capit.53.probant plura iura l.studiorum labor in fi. C.de assessor.in l.fin.C.de Tyr.lib. 11.l.1.C.de agen.in reb. pub.& est tex.in l. pupillus in fi.ff.quæ in frau.credit.vbi habetur, quòd iura scripta sunt vigilantibus, & non dormientibus.

Hoc verissimum est, quia sicut filij Israel
113 colligebant manna hora matutina † Exo. c.16.ita veri cognitio,manna dulcissimum, diligētia,& labore acquiri debet,ideò Quin
114 tus † Græcus asperum quendam montem superatuq; perdifficilem posuit, in cuius vertice palma consurgebat, cuius in cacumine insidebat virtus,vt tradit Farnes. in d.tract. de simulac. Reip. lib.2. med. simulac. pag. 176.

Hoc figmentis suis senserunt Poetæ, non solùm quando prætensam Deam Iustitiæ
115 quasi vires minuentē† Mineruam dixere, vt,Perillustris.& Reuerendis.dùm viueret Dominus meus Ioannes Franciscus Sormanus Episcopus, mihi admiranti nouem immensa lucubrationum suarum in vtroque iure volumina,eius propria manu cōscripta, humanissimè respondit, sed etiam dùm iustitiam per eos Astream nūcupatam, filiam
116 fecerunt † Auroræ, vt per Manc. in d. Enchyr.cap.258.& docuit natura, quia videre
117 fit patiente † sensitiuo, vt dicit Philosophus lib.2.de anima tex. 74. & oculi figura sphærica est figura laboris, vt patet in mo-
118 tu Cęli,qui,cū continuatione† perpetuę in se redditionis agitari debeat in orbē agitur, vt trad.Macrob.de somn.Scip.libro primo, cap.17.
119 Figura fit in Aristęo,&† Prothęo,de quo Virg. lib.3. Georg. & in arboribus secund.
120 Ouid.

Qualis autem debeat esse labor docet Fachin. controuers.iu.lib.9.cap.103.vbi po
121 nit sex qualitates, & illas † prosequitur declarando exemplis, & dictis grauissimorum auctorum, ideo eius.dicta indicasse sufficiat; solùm quod ad propositam magis attinet materiam;non omittam,quòd notabile est, quod dixit plus conferre oculos,quàm
122 aures † contra illos DD. Iudices, qui nolunt videre scripturas, neque studere, sed decidunt causas ex his quę audiuerūt à par-
123 tibus, non recordantes quæ scripta † sunt in l. vnica. C. vt quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat, vbi text.in hæc verba: non dubitandum est Iudicem si quid à litigatoribus, vel ab his, qui negotijs assistunt minus fuerit dictū,id supplere, & proferre,
124 quòd sciat legibus, & iuri publico † conuenire;& minus præ oculis habentes exemplum Pontificis in cap.bonæ memoriæ cum. glos.super verbo curauimus extra de postul.
125 Prælat. vbi Papa allegauit † pro vtraque parte. Hæc ignauia est contra omnem decentiam iux.text.in cap.cum nobis olim,ibi duximus ex officio nostro, sicut decuit, prouidendum, extra de elect. Hoc mali genus præcipuè cauendum est temporibus hodiernis, quibus multùm abundat iniquitas, & facilè est decipere in tanta scribentium multitudine, propter quam nunquam deficiunt decisiones in terminis,contra veritatem iustitiæ, quod meum dictum cōprobatur mo-
126 rali expositione † Homerici Griffi,de quo Alciat.lib.6.parerg.cap.8.vbi refert nonnulla carmina ex Virgil.lib.6. Æneidos inducitq; exponit, & moraliter declarat ad propositum nostrum.

Quantus autem debeat esse labor natura docuit in huius nerui luminosi situ, Nam cū
127 in cęterorum animaliū oculis in latere† illum posuerit:in oculo humano pro eiusdem situ medium elegit, vt sup.capit.3.num.38. vt ne quid nimis hac in re etiā significaret, iuxta sententiam Terent. in And. de qua in
128 proposito meminit † glos. in clem.1. in §. locaro, in verb. declarauit de verb. signific. Marian.Soc.in c.fi.num.8. de magistr.Luc. de pęn.in l.vn.num.20. C.de stud. liber.lib. 11.Senec.epist.5.Quintil.lib.1.c.3. S.Tho. 2.2.quæst.168. art.2. Nam frequens medi-

tatio

129 tatio carnis afflictio † est, vt dicit Monticul. in tract. de inuent. hæred. c. fin. in fi. & im
130 moderati laboris causa multa † mala eueniunt, vt latè trad. Ouid. lib. 1. de pont. & in Epist. Phedr. ad Hippolitum Sen. in Hercul. Fur. & in lib. de tranquill. anim. Arist. lib. 9. Eth. cap. 17. & Columel. de re rustica. libro 12. & est text. in auth. habita in §. dignum namque. C. ne fil. pro patr. & sicut plantæ
131 acqua mediocri † aluntur, & immodica suffocantur, sic animus moderatis laboribus adiuuatur, & immoderatis obruitur, vt inquit Plutarch. in moral. sicut ergo animalia
132 quæ habent cerebrum † dormiunt, & quę non habent non dormiunt, ità iudices fatui, non quiescunt, sapientes verò suis interponere debent gaudia curis, vt supra sub iridis figura dixi.

Sicut enim mediocritas in vnaquaque
133 re laudabilis est. d. l. cum postulassem. ff. de dam. infect. quia virtus in medio cōsistit, & in oculis attestatur natura, & physiognomici, qui oculos nimis mobiles malitiæ, &
134 rapacis † naturæ, nimis concauos, & profundos proditoriæ, magnos negligentiæ, mediocres verò virtutis, inclinationum indices esse, vt per Thomam de Thomais in Idea virid. orb. cap. 28. pag. 47. ita extrema mini-
135 mè vitio † carent, Mant. in suo Enchi. d. c. 325. vbi alia ad propositum, & habemus
136 exempla eorum, qui ob scientiam † errarunt, & stulti facti sunt, iuxta illud Hierem. 10. stultus factus est omnis homo à scientia sua, & Esaiæ 47. sapientia tua, & scientia tua decepit te, & in actis Apostolorum cap. 26. multæ litteræ ad insaniam conuertuntur, vt post Luc. de pœn. & Io. Neuiz. refert Boer. decis. 23. num. 76.

Quomodo autem laborare debeat Iudex
137 docuit † Imper. in proęm. ff. vbi, aliqua ponit Iac. de Ra. Alber. & Azo. Hostiens. in sum. de magistr. Hening. Goed. in suo processu sub litera L. & ego aliqua (Deo dante) alibi dicam.

De Pupilla. *Cap. VII.*

Rationem inuestigatricem sensus, non vanitatis verborum in oculo Reipublicę eum locum sibi vendicare, quē tenet pupilla in oculo naturę. Pupillam autem oculi Reipublicæ acutiorem esse in senectute, oculi vero naturæ hebetiorem, & proinde Iudicem senem eligendum, quod latè declaratur.

SVMMARIA.

1 *Pupillæ situs.*
2 *Pupilla naturalis quid.*
3 *Pupillam oculi Reipublicæ rationem esse.*
4 *Modus videndi oculi Reipublicæ.*
5 *Videre oculi Reipublicæ est cognoscere.*
6 *Pupilla oculi Reipublicæ debet habere duas conditiones.*
7 *Iudex non debet vultu animi sui votum detegere.*
8 *Modus motiuandi.*
9 *Iudex debet esse subtilis.*
10 *Aduocati facundi descriptio.*
11 *Memoriæ ostentatio risui patet.*
12 *Memoriæ prodigium modici intellectus testimoniū.*
12 *Fatuitas litigantium egregia.*
14 *Cautela simulatæ stultitiæ ad lucrum.*
15 *Subtilitas laudabilis quæ.*
16 *Littera occidit.*
17 *Pegasi subtilitas damnata.*
18 *Iudex reprobatæ subtilitatis damnatur.*
19 *Iudex non debet esse iuuenis.*
20 *Oculus naturæ in senectute hebescit.*
21 *Oculi Iacob Abdiæ, Heli, & Isac, & aliorū hebescerunt propter senectutem.*
Apij cæcitas. ibid.
22 *Oculus mentis in senectute acutius cernit.*
23 *Saturnus, cur non Iouem deuoraße dicatur, moralis expositio.*
24 *Iudex debet esse senex.*
25 *Sapientia, & prudentia in multo tempore.*
26 *Senum corona peritia.*
27 *Senatus vocis deriuatio moralis.*
28 *Vitis nouæ, & veteris fructus in moralitatem referuntur.*
29 *Hieronymus Sanson laudatur.*
30 *Senes carentes oīno memoria non sunt boni iudices.*
31 *Obliuionis domus senectus est.*
32 *Orbilij Grammatici casus.*
33 *Tex. num. cap. 11. perpenditur.*
34 *Senes pueriles damnantur.*
35 *Oculi felis moralis similitudo.*
36 *Senectus duplex.*
37 *Senectus morum varijs Sacræ scripturæ exemplis extollitur.*
38 *Tex. numero 11. iterum perpenditur.*
39 *Io. Iacobus de Vincentijs Bon. mem.*
40 *Exempla laudatæ iuuentutis.*


Ctum est de neruo optico, quo ducitur lumen, sequitur dicendum de particula illa, quæ in oculi cen-
1 tro † instar puncti pernigra apparet, quam Me-

Medici pupillam vocant, ego verò rationẽ appello.

Nam ſicut pupilla eſt acies illa, qua cer-
2 nitur, † & cuius ope oculus videt, vt dicit Cic. in 1. lib. de nat. Deo. & Reald. colum. in d. l. 10. de ocul. pag. 217. ita ratio eſt acies
3 illa, cuius † ope ſecundum modum, quem deſcribit Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 109. num. 99. oculus quem fingo videt, cognoſcit, ſeu bonum à malo diſcernit, vt expreſsè atteſtatur Garz. in tract. de vlt. fin. iur. num. 80.

Neceſſaria eſt hæc particula, quia ſine illa oculus Reip. non poteſt videre, hoc eſt,
4 † cognoſcere, quod eſt illius videre, auth. habita. §. dignum. C. ne fil. pro patr. l. quod tamen. §. ſi arbiter. ff. de arb tr. pulchrè ſeruit Nel. in tract. de teſt. num. 132.

Oportet autem quòd habeat duas condi
5 tiones, vt docet natura. Primò quòd † corona, idest circulus ille, quo à pupilla albæ partes oculi ſeparantur diſcreta nigredine, il-
6 lius ambitum ornet, ingenioſa, † ſcilicet obſcuritate: Id enim non eſt conſtantis, & re-
7 cti iudicis: cuius animi motum vultus † detegit, inquit tex. in l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. ideo debet iudex ante ſententiam ea ingenioſa obſcuritate loqui, vt ſatisfaciat
8 partibus motiuando, & nõ aperiendo † animi ſui votum, Crau. conſ. 134. num. 2. lib. 1. Secundò, oportet quòd ſit acuta, quia iu-
9 dex debet eſſe † ſubtilis. l. vn. C. de ſent. quę pro eo quod inter. ibi debent Iudices per ſuã ſubtilitatem, l. properãdum. §. ſin autẽ reus. C. de iud. l. 1. §. omnia. C. de veter. iur. enucl. l. de creationibus, in princ. C. de epiſc. aud. l. ſi ſeruum. §. ſequitur, l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. cap. capellanus, de fer.
10 c. abbate de re iud. Figura ſit in † ſubtiliſſimo I.C. Coll. Paulo Raudenſi, quem, dùm veluti alter Theſæus inextricabiles veluti labyrinthi vias, cauſarum difficultates, laudabilis ſubtilitatis ſuæ filo, mira facilitate, & facundia euitaret, tacitus ſuauiter pendens ab ore tanti viri, ſæpius, ac ſæpius admiratus ſum, & eius dulciſsimos amores excitatos in corde ſenſi, quos adhuc foueo.

Hinc ſæpius irriſi nonnullis, qui quærunt
11 † honorem dùm diſputant, ex multorum auctorum relatione, & prodigioſæ memoriæ oſtentatione, cum id potius ad eorũ ten dat dedecus: Nam hoc idem prodigium, teſtimonium paruuli intellectus ex maximo-
12 rum Philoſophorum † auctoritate atteſtatur Salyc. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſtam. fac. poſſ. & defectus huiuſmodi nobiliſſimi requiſiti teſtimonium agnoſcimus prodigioſæ memoriæ, quia memoria, & ſpeculatio non ſe compatiuntur, quinimò, & teſtimonium fatuitatis in illis, qui cum multitudine allegationum nullum ordinem ſeruãt, vt per Alex. in l. cum ſeruos in §. conſtat. ff. de legat. 1. His nouiſsimè ſubſcripſit Cęual. in pręfat. commun. cont. com. nu. 96. 97. 98.

Sed punctus eſt, quòd hic eſt morbus
13 contagioſus; quia fatuos reddit † auditores, qui pro multitudine eloquij, & nugarum doctos reputant diſputantes, & eos maiori ſtipendio honorant, propter quod exiſtimo
14 etiam multos prudenter hanc † ſtultitiam ſimulare, vt magis lucrentur, allegando, vt aiunt ad Baliſtam: quòd licet ſit vitium temeritatis, tamen leuius videtur, dùm tendit ad reprimendam temeritatem minus eruditorum.

Hæc autem ſubtilitas debet ſenſum non
15 vana verborum † vocabula amplecti l. 2. §. ſi enim, ver. ſed & ſubtilitati. C. de cõſt. pec. cum ſimil. de quibus latè Nep. à Monte Albano. in tract. de except. in princ. ſub nu. 1.
16 quia † littera occidit, vt dixit Dominus, & ſub figuris tradidit doctiſſ. Alciat. emblemat. ſuo, & facit tex. in cap. Marchion. 1. q. 1. & conſueui regulam conſtituere, quòd illa ſubtilitas recipi non debet, cui cauſa finalis reſiſtit, Rol. conſ. 58. num. 86. lib. 3.

Rurſus ſubtilitas debet eſſe rationabilis,
17 & probata, alias, ſicut Pegaſus† denominationem Quartæ, quam ſibi inuentione comparauerat, ob ſubtilitatẽ amiſit, vt not. Port. in §. reſtituta, in princ. inſtit. de fideicom. lib. & Rip. & poſt eos Mant. in d. Enchirid. cap. 138. ità Iudex nomen iudicis amittit, & opi-
18 nioſi hominis † nomen acquirit, vt probatur ex Cic. quem refert Mant. in d. loco, vbi multis reprobat hanc nimiam ſubtilitatem, quibus addo tex. in l. ſancimus. C. ad ſen. C. Trebell.

Ex his elicitur regula, quòd iudex non de
19 bet eſſe † iuuenis; licet enim oculus naturæ
20 in ſenectute † hebeſcat, vt poteſt probari exemplo Iacob. vt Gen. cap. 48. Abdiæ Pro-
21 phetæ, † vt in 3. reg cap. 14. Heli, vt in l. 1. Reg. cap. 4. propè fin. Iſaac, vt Gen. cap. 27.

in prin. & aliorum, quorum oculi caligaue-
runt propter senectutem, vt tradit Luc. de
Pen. in l. si eà cæcitate, quæ est l. 5. numer. 1.
C. qui mor. se excus. lib. 10. quibus addo exẽ
plum Appij, de quo Val. Max. lib. 8. tamen
oculus, quem fingo, non solùm non amittit
virtutem, sed imò in senectute acutius cer-
22 nere † incipit; quia licèt omnes penè virtu-
tes corporis minuantur in senibus, tamen sa-
pientia crescit, & crescere debet, vt dicit S.
Hier. in Epistola ad Nepot. quòd etiam in
terminis nostris comprobat Pier. Valer. in
Hieroglyphicis fol. mihi 141. & sensit Tha-
les Milesius, & expressius dixit Menander,
vt refert Menoch. de arbitr. iud. libro 2. in
præfat. in fi. & iucundius in fabula Saturni
locuti sunt antiqui, de qua Salyc. in prol. C.
Nam ideo illi Saturnum Deos terrenos, nõ
23 Iouem deuorasse † tradiderunt ad ostenden
dum, quòd cum tempus, quæ fluxa sunt, &
caduca, omnia consumat, virtutẽ, quæ cre-
scit cum ætate, non potest consumare, vt
trad. Egr. Doct. Farnes. in d. lib. de Simulac.
Reip. tit. de simulac. verit. cap. 1.

Hæc conclusio probatur etiam ex varijs
Sacræ scripturæ locis, vt Deuter. c. 1. Num.
cap. 11. vbi expresse dicit Dominus Moy-
si, congrega mihi septuaginta viros, de se-
24 nioribus Israel † quos tu nosti, Iob cap. 11.
25 vbi, quòd in antiquis reperitur † sapientia,
& in multo tempore prudentia, & Eccle-
siast. cap. 25. vbi, quòd corona senum multa
26 † peritia, propter quod, & maiores nostri
summum consilium Senatum appellarunt,
vt inquit Cic. in lib. de senect. & optimè ser-
27 uit † tex. in l. semper. ff. de iur. immunit. in
l. fi. C. de pet. hæred. cum simil. de quibus
Mant. in d. Enchyr. capit. 208. vbi inter alia
comparat iuuenes vitibus nouellis, quæ co-
28 piosius, & senes † vetustioribus, quæ me-
lius vinum producunt.

Hæc, viuo attestatus, est exemplo Sa-
pientissimus I. C. Coll. Hieronymus, dum vi
xit Senator integerrimus, illius Doctissimi
29 viri Antonij Sansonij de quo † meminit
Lamberten. in tract. de contract. glo. 17. nu.
2. dignissimus filius, de quo sub religionis Sa
cramento audeẽ affirmare, quòd nihil peni
tus ignorauit, vt in simili de Bal. dixit Lau-
rent. à Pin. in cons. 145. num. 5.

Hæc conclusio intelligi debet, vt nõ pro-
cedat in senibus illis, in quibus memoria
30 adeo offensa est, vt ad † similitudinem Mu
stellæ, & Corni, & Lupi Ceruerij omnia
obliuiscantur, vt sæpè contingit, quoniam
Senectus est obliuionis domus, vt dicit Mãt.
31 in † d. Enchyr. d. cap. 185. vbi alia pulchra
ponit, & trad. Cic. in d. loco, & proprio atte-
32 status est exemplo Orbilius † Grãmaticus,
qui propter senectutẽ proprij nominis obli-
tus fuit, secundum Alber. in diction. in verb.
memoria. Ideo tex. Num. d. cap. 11. post su-
33 perius † relata verba, inquit, qui senes po-
puli sint, & magistri, facit Cantiuncul. in d.
tract. de offic. iud. lib. 1. cap. 3. num. 28. vbi
multa de senectute ad propositum facietia,
& secundum istam declarationem est præ-
cisa decisio Alciat. in trac. de præsumpt. reg.
3. præsumpt. 19. num. 7. vbi pulchra, & not.
distinct. cõcludit iuxtà superius firmata per
text. in l. si quos iudices. C. de offic. præfect.
prætor.

Declaratur secundò, vt non procedat in
illis senibus, qui propter senectutem, ad si-
34 militudinem † puerorum sunt effecti insta-
biles, adeò vt possint comparari oculis felis,
& aliorum, quorum pupillæ non tantùm ad
35 Solis cursum quotidie † commutantur, ve-
rùm etiam ab incremento, decrementoq; e
lunaris globi quotidiè variantur, vt trad.
Pier. Valer. in Hieroglyph. lib. 13. fol. 101.
quia iustitia requirit constantiam, vt not. in
l. 1. ff. de iust. & iur.

Declaratur tertiò, vt illa intelligatur non
36 solùm in senectute † annorum, sed & mo-
rum, de qua loquitur S. Ambrosius in Epist.
ad Simanch. & sermon. 90. loquendò de S.
Agnete, & Greg. lib. 3. Moral. vbi inquit, q̃
37 senes non eos sacra scriptura † vocare con-
sueuit, qui sola temporis quantitate, sed qui
morum grauitate maturi sunt, ex quo dicto
confirmatur huiusmodi declaratio, si ita in-
terpretentur illa verba congrega mihi quin
quaginta viros.

Ad hoc etiam facit, quòd vir dicitur à vir
38 tute, Cic. pro Cæl. ibi, & inter † viros esset
Terent. in Adelph. ibi. Abi re virum iudico.
Horat. lib. 1. Epist. ad Quin. Epistol. 17. ibi
vir bonus est, &c. Alex. ab Alex. lib. 6. dier.
gen. cap. 1. ita in proprijs terminis senserunt
Rebuff. in l. hęc verba. ff. de verb. signif. Luc.
de Pen. in l. certa. numer. 1. C. de prox. Sacr.
Scrin. lib. 12. & in l. mulieres. num. 14. de in-
col & vbi quis domicil. hab. uid. Menoch. de
arbitr.

arbitr.iud.in proœm.sub nu. 17. & facundis-
39 simi † Io. Iacobi de Vincentijs præceptor dignissimus, Alex. Sciat.in prax.c.24.nu.3.

Multa alia exempla etiã ab antiquis re-
40 petere possem, de quibus † And. Eborens.in suis locis fol. mihi 272. & passim legitur in vitis I.C. & apud Cantiuncul.in d.cap.3.nu. 3.cum seq.sed sufficiat exemplũ Timothei, qui episcopus ab Apostolis electus fuit iuuenis, vt legitur apud Paul.Epistol.p.cap.4.& Danielis pueri à quo iudicati fuerunt Seniores, vt legitur in eius lib.cap.13.

De oculi sede. *Cap. VIII.*

Ciliorum tegmento iudicem edoceri, nè limites iurisdictionis excedat.

SVMMARIA.

1 *Nemo in messem alienam falcem ponere debet.*
2 *Multi vnum corpus.*
3 *Harmonia Citharistæ ad moralitatem refertur.*
4 *Ministeriorum confusionem monstruosam esse.*
5 *Tex.in §.volumus. in auth. vt sine quo quo suffrag. sensus nouus, & moralis.*
6 *Ciliorum effectus ad moralitatem refertur.*
7 *Militia cælestis moraliter consideratur.*
8 *Naturæ mysterium in distincta fabricatione oculi, moraliter examinatur.*
9 *Palpebræ oculi sinus dicuntur, & quare.*
10 *Palpebræ moralis expositio.*
11 *Diligentia qualis in iudice desideretur.*
12 *Diligentiæ, & celeritatis contrarietas.*
13 *Præcipitatio nouerca iustitiæ, id quod egregiè ex sacris litteris comprobatur.*
14 *Palpebræ superioris, & inferioris sensus moralis.*
15 *Palpebras superiores in brutis cur occlusas, in hominibus verò apertas natura instituerit moralis traditio.*
16 *Pili palpebrarum, cur vsque ad certam tantum magnitudinem crescant, moraliter explanatur.*
17 *Iudex debet causam reducere ad punctum difficultatis.*
18 *Disputationum finis dari debet.*
19 *Veritas nimium altercando amittitur.*
20 *Superciliorum munus.*
21 *Superciliorum multitudinem stultitiæ, & multiloquij signum.*
22 *Concordiam partium quando debeat iudex habere ratum.*
23 *Iudex quando possit sequi partium sensum sententiando.*
24 *Celeritas magis laudabilis in iudice causarum criminalium.*
25 *Iudices detinentes reos diù in carceribus damnantur.*
26 *Locus Ecl.2. egregia moralitate exornatur.*
27 *Oculus non videt capite percuso.*
28 *Barbaries antiquorum in imitandis defectibus suorum Regum.*
29 *Princeps bonus describitur.*
30 *Princeps bonus vices Dei gerit.*
31 *Simulacrum boni Principis.*
32 *BENEDICTVS Iustinianus Illustriss. & Reuerendissimus S.R.E. Cardin. vt viuum optimi Principis simulacrum in exemplum adducitur.*
33 *Caput hominis præseferre Iouem ad moralitatem refertur.*
34 *Oculus Reipub. viri appellatione comprehenditur.*
35 *Caput viri D.N. Iesum Christum esse, noua moralitate ostenditur.*
36 *Zeuxis pictoris exemplum memorabile.*
37 *Iudex bonus protector hominum.*
38 *Ecclesia est cultrix iustitiæ, & mater æquitatis.*
39 *Ecclesiæ decisioni omnia subijcienda.*
40 *Errare communis infirmitas in errore perseuerare horrenda iniquitas.*

Dictum est de partibus oculi, nũc de situ agendum est. Primò itaque sicut oculus residet sub cilijs, ità oculus Reip. debet se continere sub cilijs, hoc est non excedere terminos potentiæ, & auctoritatis sibi, eiusque dignitati attributæ. Nemò enim
1 in messem † alienam falcem mittere debet l. & si constiterit.C.fin.regund.l.fin.ff.de iurisd.omn.iud.

Nam sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ità multi vnum
2 † corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membrum, vt dicit Paul. ad Rom.cap.12.

Et sicut ex fidibus alijs lentius, alijs po-
3 tentius tractis, suauissima efficitur † harmonia, sic ex varijs, & distinctis gradibus Reip. dulcissima pax, & conseruatio resultat.

Et è contrà, sicut indecorum est, vt in corpore humano, alterum membrum alte-
4 rius officio fungatur: † ità obnoxium est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa, & promiscuis actibus rerum turbentur officia, vt supra cap. 3.num.33.quibus addo, qui plura cumulat ad propositum, Bernard. Laur.in tractat.de cal.in qui.iud.secul. potest manum in person.Ecclesiast.imponere, in princ.& elegantius in proposito loquitur Vgo.in tractat. de offic.quat. prælat.in fin.vbi inquit, si totum corpus oculus est, vbi auditus? & facit text.

in

in l. 2. C. de offic. com. Sac. palat. cũ multis alleg. per Vant. in tract. de nullit. ti. de nullit. ex defect. iurisd. nu. 44. cui addo B. Io. à Capistr. in tracta: de aut. Papæ. in 2. par. 2. par. prin. fo. 89. vbi latè. Hæc oĩa docet natura in cilijs in quibus resident huius potẽtię signa,
5 vt declarat † Pli. li. 11. Natural. Histor. in 1. par. c. 37. vt sup. c. 3. n. 45. & Cic. in Orat. p̃ sex. to. 3. & sentit Horat. l. 3. carm. ĩ prin. ibi, *Cuncta supercilio*, & est tex. in §. volumus autẽ ibi pp dignitatis, & cinguli superciliũ in auth. vt iud. sine quoq; suffrag. collat. 2. Quãobrem sicut illa
6 naturalia visum † dirigunt secũdũ Columb. d. li. 10. d. ocul. fol. 215. ita hęc, quę fingo dirigere dẽt visum, hoc est Iudicis ministeriũ.
7 Figura sit ĩ militia cęlesti, quã p̃ me † examinat tex. oĩno reuidendus in c. fin. 89. dist.
Alia figura est in oculo ipso, quẽ natura
8 † inter alia membra, magis in officio separatum effecit, vt sup. d. ca. 3. num. 33. & 34.
Secundò, sicut oculus palpebris circũdat, & illis quasi in sinu (dñt. n. palpebræ oculo-
9 rũ sinus) residet, † ita, & oculus Reip. conti-
10 nuis meditationib. dẽt esse † inuolutus. Hoc spectat scriptura dicẽs, palpebræ tuæ p̃cedãt gressus tuos iuxta sensũ S. Hier. ĩ Prouer. c. 4.
Desideratur itaq; ĩ iudice sollicita quędã
11 † diligentia c. iudicantẽ. 30. q. 5. & qm̃ nulla res eadẽ põt esse festinata, & examinata, nec quicquã inueniri potest, q. gratiã diligentiæ,
12 & celeritatis † habeat, monet Iudex ex p̃dictis, vt caueat à p̃cipitatione, q̃ nouerca iusti
13 tiæ dr̃. † Locus moralis est in vet. test. Num. c. 20. in nouo, Io. c. 8. vt per Mant. in Enchir. c. 53. circa finẽ, vbi multa pulcherrima hñt.
Harum palpebrarum superior aperta iustitiæ, inferior iniquitati clausa esse debet, hoc docuit natura, quæ ideo in quadrupedũ
14 aĩalium conditione, superiorẽ † palpebram occlusit, q̃ in mirabili oculi humani fabrica apertam constituit, vt iudex qui aliter face-
15 ret, sui ipsius figurã in bestijs † conspiceret.
Habent præterea palpebræ pilos, qui ad
16 certã † tantum magnitudinem crescunt, ad
17 ostendendũ, q. Iudex debet causam † reducere ad punctũ, vt docet Bar. in l. iusiurãn. in §. si de qualitate. ff. de iureiurã. & q. disputa-
18 tiones debent habere aliqñ † finem. c. fin. de dol. & contum. c. vt litigantes. de off. ord. lib. 6. c. frequens, de rest. spol. eod. li. 6. & no. oẽs in l. properandũ. C. de iud. & seruãda aurea
mediocritas, de cuius laudibus latè Mant. in
19 suo Enchyr. c. 325. p totũ. Nã & ueritas † nimiũ altercando amittit Neuiz. in Syl. ĩ prin. q. apertius docuit natura q̃ supercilia adidit
20 † tanq̃ monumenta oculorũ, ad sudorẽ à capite defluentẽ depellendũ, vt dicunt anatomici, q. eo magis seruit, quia superciliorum
21 multitudinem stultitiæ, † & multiloquij signum esse phisiognomi affirmant. Iudex. n. ad hoc inuentus est, vt lites dirimat, & propterea pro viribus q̃rere debet litiũ finẽ, etiã p concordiã partiũ in ciuilibus causis quidẽ oĩ tpe; in criminalib. verò post illatã pęnã,
22 & partiũ † concordiã ratã habere, & iuxta eã sententiare, vt tradit Hier. Magon. decis. Lucens. 6 in nu. 6. 7. & p tot. vbi pulchrè agit
23 de sententia † per Iudicẽ lata secundũ concordiã partium. Hęc attendere debent oẽs iudices, sed p̃sertim iudices carũ crĩaliũ, qui in primis curare dẽnt, vt citò noxij puniant,
24 & innocẽtes † absoluant. l. 1. C. de cust. reo. vt cõuictos velox pęna subducat, & liberandos custodia diuturna nõ maceret, d. l. fi. C.
25 eo. qđ est valde notãdũ contra † illos, quos dicã dęmones hoĩum, nõ iudices, q. marcescere p̃mittũt humanas carnes in carcerib.
Tertiò sicut oculi sedes est in capite. Nã
26 scriptũ est oculi sapiẽtis ĩ capite † eius eccl. 2. de cõsec. di. 4. c. accepisti. de Sacr. vnc. c. 1. § q̃a verò, & refert dictum exponẽs Egr. D. Fulu. Pacian. de p̃bat. li. 2. c. 34. nu. 29. caput autẽ dẽt esse Princeps, q. bonus sit: sicut. n. p-
27 cusso capite oculus † nõ uidet, vt dicit Bal. ĩ l. testium, nu. 11. C. de testa. ita malè affecto Principe, oculus Reipubl. officium suũ pdit.
Viget. n. proh dolor in mortalibus effigies Barbariei antiquorũ Æthiopum, apud quos vsu id seruatum fuit, vt si fortè Rex, vel crure, vel oculo, vel alio mẽbro malè affect'
28 reperiret, statim domestici oẽs eandem sibi partẽ frãgerẽt, atq; p̃ciderẽt, vel aliter malè tractarẽt, donec penitus similes fierẽt Regibus, turpè. l. existimãtes, quo vitio Reges deformatos, ac mãcos viderẽt, eos se carere, vt recẽset And. Fachin. cõtrouer. iur. li. 9. c. 103 vers. primũ oĩum. Eũ aũt bonũ Principẽ appello, q. se talẽ ciuib. & subditis suis p̃stet, quã
29 le † sibi esse Deũ velit, vt docuit Seneca, quẽ refert Cagnol. in epist. de uit. & regim. bon. Princ. ante eius lecturas, n. 106. Et q. in effe-
30 ctu vices summi Regis pię † sustineat ? tertis arg. eorũ q̃ scribit Bal. ĩ trac. de pac. cõst. n. 5.

pro quo facit tex. in l. de præcatio, ff. ad leg.
Rhod. de iact. eum simil. de quibus B. Ioan.
à Capistrano in d. tractat. in 3. par. d. 2. par.
fol. 123. vt perinde sit; ac si poneretur dulcissimus Dominus noster Iesus Christus pro
capite.

Huius principis simulacrum habuerunt
31 antiqui in † Traiano, de quo meminit Cagnol. in d. loco num. 173. Nos autem viuum
simulacrum habemus in Illustrissimo & Reuerendissimo Benedicto Iustiniano Cardinali Amplissimo, & dilectissimæ patriæ meæ
32 † Bononiæ de latere legato vigilantissimo,
cuius laudum significationes, vocesq; sine vlla exceptione à probatissimis viris vbique
circumferuntur.

Placet etiam magis, ut nos qui Christum
profitemur, reperta, & piè conuersa sententia Democriti in phisiognomis; qui voluit ca
33 put hominis † præferre Iouem teste Farnes. in d. simulac. Reip. f. 84. c. 3. in 2. par. dicamus hoc modo, in capite, idest in Christo.
Nam oculis quem fingo, venit appellatione
34 † viri, l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. ob
35 lig. & caput viri Christus est † Cor. cap. 11.
& pro hac expositione facit Iul. Pacian. d.
cap. 34. num. 9.

Ex his oculi nomine, quolibet penicalo
melius ex multorum iudicum præcipuis vir
36 tutibus Zeusis Pictoris † exemplo, de quo
meminit Fuln. Pacian. de probat. lib. 1. c. 1.
nume. 2. Perfectum Iudicem, sub cuius alarū
37 vmbra tutò requiescere possint † subditi, iuxta dictum Bal. in d. ca. 1. de renun. effinxisse arbitror, saluo semper iudicio Sanctæ ma-
38 tris Ecclesiæ veræ cultricis iustitiæ, † & matris Æquitatis, vt dicit Grammat. consil. ciuil. 21. num 7. Dec. in l. captatorias, nu. 20.
C. de testa, milit. cuius decisioni infallibilis
39 † veritatis, cap. ergo solis, 9. dist. omnia humiliter suppono exemplo Cœpol. in tracta.
de simul. contract. nume. 5. Quoniam sicut
errare, vel minus sapere communis est infirmitas, ità in errore persistere præcipuum est
horrendæ iniquitatis, vt per Bernard. Lauren. in d. tract. in fin.



IOAN BAPTISTÆ CAVATII

I.V.D. Bononien. & Aduocati Mediolanens.

OCVLVS REIPVBLICÆ,

Siue

DE MODO IVDICANDI.

ARGVMENTVM.

Subordinatur tractatus ad præcedentem, & ostenditur illius necessitas.

SVMMARIA.

1 *Oculus depictus æquiuocè oculus.*
2 *Iudex iniustus æquiuocè iudex.*
3 *Videre oculi Reipubl. quid sit.*
4 *Oculus mentis duobus excæcatur, & quibus.*
5 *Oculus Æsopicus in moralitatem refertur.*
6 *Humilitatis præsidia in monumentis sita.*
7 *Modus philosophandi, & ditandi sunt contrarij.*

PRÆFATIONES.

SICVT oculus hominis non vi-
dētis, nō est oculus, nisi æquiuo-
1 cè, sicut oculus † depictus secū-
dum Philosophum in 2. de Ani-
ma. Bald. in l. 1. C. qui accusare non possunt,
& Albert. Brun. in tractat. de stat. in verbo,
oculus; ita oculus Reipub. non rectè iudican
2 tis, non est oculus, non est iudex, † quia iu-
dex dicitur, eò quòd ius dicat; sed nihil dif-
fert ab homine priuato, nisi ratione grauio-
ris culpæ. l. quædam delicta. ff. de pœn.
Propterea post organicam dispositionem
vtriusq; oculi naturalis scilicet, & moralis,
& tractatum de perfecto iudice, operę pre-
tium esse duxi, ex modo naturali vidēdi eli-
3 cere modum cognoscēdi verum; quod † est
videre ipsius oculi Reipubl. auth. habita. C.
ne fil. pro patr. & latius infrà demonstrat, &
hinc consequenter ordinem naturæ prose-
quendo colligere tractatum de modo iudi-
candi. Hanc materiam eadem methodo
prosequar, quam obseruaui in tract. de per-
fecto iudice.
Si satisfeci in dicto tractatu, de iudice per
fecto, spero fore, vt idem, & fortè fœlicius
nunc contingat. Quoniam ex duobus ocu-
lis mentis scribentis obcæcare consueuit, vel
4 ratione † voluptatis consistentis in dulce-
dine vanitatis gloriæ, & honoris, vel ratione
alicuius vtilitatis, & non est cur oculus men
5 tis meæ, vt † Æsopicus oculus huiusmodi
mole obcæcatus maneat, qui cōtinuò intue-
tur foueas, & monumenta, in quibus tutissi-
6 ma præsidia humilitatis † manent, & nullus
sani capitis adduci poterit ad credendū me
decipi posse spe alicuius premij, quoniā mo-
7 dus philosophandi † contrarius est modo di
tandi, vt post Philosophum sentit Io. Faber
in proœm. instit. sub num. 1. Hæc spem fa-
ciant, rogo, vt dum paro arma lucis, omnes
iudices, abiectis operibus tenebrarum, illa in-
cūdissimè induant, vt post Andr. Sicul. mo-
net etiam Sacræ pag. auctoritate Io. Neuiz.
in consil. 94. in princ.

De modo videndi, Cap. I.

Ex requisitis ad videndum requisita ad iudicandum referuntur, & secūdum illorum numerum diuisio, & ordo præponitur.

SVMMARIA.

1 *Modus iustè iudicandi similis est modo iustè uidēdi.*

2 *Visio oculi Reipublicæ quæ dicatur.*
3 *Naturalis spiritus origo.*
4 *Spiritus naturalis moralis expositio.*
5 *Traditiones scholasticæ cibo comparantur.*
6 *Hepar moralis.*
7 *Desiderium sciendi magnitudo quanta.*
8 *Spiritus vitalis origo.*
9 *Spiritus vitales morales qui.*
10 *Spiritus vitalis naturalis transitus naturales.*
11 *Spiritus vitalis moralis, transitus in naturales.*
12 *Legis origo.*
13 *Cerebri metaphorica, & moralis descriptio.*
14 *Menix crassa moralis quæ.*
15 *Spiritus animalis operationes ad moralitatem referuntur.*
16 *Ventriculum phantasiæ ad moralitatem refertur.*
17 *Spiritus animalis naturalis origo.*
18 *Spiritus animalis moralis origo.*
19 *Visionis naturalis, & moralis origo moraliter confertur.*
20 *Motiua, quando excitanda.*
21 *Spiritus visorij morali traditione exornantur.*
22 *Intuitus repetiti effectus moralis expositio.*
23 *Tex. Deuter. cap. 14. moralis expositio.*
24 *Idolum visionis, quod dicatur.*
25 *Visio, an fiat per intus susceptionem.*
26 *Visio intellectualis quæ.*
27 *Ordo tractatus.*

MOdus iustè iudicandi similis esse
1 debet modo rectè vidēdi † sicut enim in oculo naturæ fit visio; ita in oculo Reipublicæ, hoc est in iudice perfici debet causarum cognitio,
2 quæ allegorica visio est † secundum Ludo. Carbo. in tract. de sui ipsius cognit. c. 32. pro quo est tex. in §. 1. ibi videmus enim, Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. vbi latè Ias. in addit. ad Port. sub nu. 1. & facit illud Ouidij, video meliora proboq; &c. quod è nostris refert Fulu. Pacian. li. 1. de prob. c. 10. sub num. 33.

Nam primò sicut vapor ille quem medici spiritum naturalē appellant ex cibo prius
3 in ventriculo † in chylum conuerso, deinde in hepate, & venis perfectè elaborato, ac in sanguinem, & spiritus naturales verso. Ita ra-
4 tio illa quā prima fronte natura dictat † de qua loquitur text. in l. quingenta. ff. de prob. quæ eiusdem spiritus locū tenet, nascitur ex cibo sumpto in scholis, idest ex primis illis
5 traditionibus † quæ cibo comparantur secū dum Bal. in l. Emilius. ff. de minor. & in c. 1. de feu. sin. cul. amitt. quē sequitur Cor. med. in mem. in verbo praxis, Cacher. in proem. decis. pedem. num. 7. & Neuiz. in sil. nupt. in verbo, nubēdum, nu. 7. decoctis, seu digestis
6 in spirituali iecore, † seu hepate feruentis affectionis, cognitionis ipsius veri, cuius ardentis qualitatis testimonio vsq; ab initio totius
7 humani † generis crudelissimus hostis, Diabolus seductione sua, parētes nostri assensu, & nos misertimi mortales hæreditarijs pœnis in hac lachrymarum valle, heu, heu, attestamur, vt Gen. c. 1. ibi scientes bonū, & malum, id quod natura ipsa auctrice attestatur Philosophus, quia omnis homo natura scire desiderat.

Secūdò, quoniam ad similitudinem eiusdem spiritus, eadem ratio suscepta puritate in eadem natura mittitur ad cor attētionis, per delectationem in ipsa æstuanti affectione, quæ ad instar naturalis hepatis sedes est lætitiæ spiritualis, & fit ex ea spiritus ille, quē
8 † medici vitalē uocant, ego vero discursum, seu ratiocinationem appello, ex qua resultat
9 † dubietas, de qua ad propositum nostrum glo. in l. 1. C. de procurat. & in rub. de iur. & facti ignoran. & text. in l. si testator, ff. de testam. & melior est tex. in l. 3. C. quibus ad libert. proc. nō lic. secundum Afflict. in tract. de iur. protom. §. 2. num. 5.

Tertiò, quoniam talis discursus ad similitudinem vitalis spiritus subinde magis perficitur, & mediante aere puro, mobili, & ad
10 cognitionem disponente † repetitæ meditationis, per motum contrariæ ratiocinationis,
11 demum mittitur ad † cerebrum, idest reducitur ad scientiam legalem, cuius sedes, &
12 ortus in capite, idest in Deo † l. 1. ff. de leg. 2 & quæstio. 5. capit. violatores, & quæst. 2. capit. igitur, 56. quæst. 1. capit. nemo, & 8.
13 dist. cap. quo iure, cuius albedo, † eximiæ claritatis cap. erit autem lex, in verbo, manifesta dist. 4. cuius durities constantis, & perpetuæ voluntatis. §. 1. de iustitia, & iure, cuius medullæ sapientiæ, & spiritus, cuius cedulæ tres partes prudentiæ, & cuius dura piaq; mater iustitia, & æquitas secūdum Ber. quæ tegat esse debet.

Quartò, quoniam idem discursus ad similitudinem eiusdem spiritus vitalis, diuiditur, siue diffunditur per diuisiones, seu diffusiones diuersas in vniuersum corpus, idest vagatur per diuersas locorum Pontificij, Cęsareiq; iuris sedes, quæ tamen omnes coniunguntur ad inuicē, cadunt in idem, quia sunt eiusdem materiæ, de qua agitur, & producitur ex illis vita, & motus pulsatorij in vniuerso

uerso corpore, & præsertim in meninge, si-
14 ue dura † matre, idest elicitur ex illis solidū
aliquod axioma, & aliqua magistralis con-
clusio resultat in qua vita veritatis.

Quintò quoniam ad similitudinem spiri-
tus animalis qui in cerebro generatur,& ibi
15 partim †detinetur pro operationibus ipsius
cerebri,nempe cogitatiuæ,discursiuæ,& me
moriæ, partim verò per neruos diffunditur
in vniuersum corpus pro motu, & sensu to-
tius corporis, Ita ex vniuersalioribus cogi-
tationes,subtiliores, deinde fiunt,dum diui-
duntur per aliquas distinctiones, quæ simili-
ter sub capite suo diuiduntur per aliquas li-
mitationes, & ampliationes,iuxta verā me-
thodum artis æqui,& boni,fitq; ordinata co
gnitio omniū eorum,quę in materia,de qua
agi contingit tradita,& excogitata fuerunt.

Sextò, quoniam mediantibus prædictis,
vt dictum est ad similitudinem vitalis spiri-
tus,discursus prædictus venit, seu reducitur
16 ad sensum† communem ad communes tra
ditiones, seu ad ventriculum phantasiæ per
nouas aliquas adinuentas decisiones, vbi cō
17 munis deficeret sententia †,ibiq; fit spiritus
animalis.i.iudicium,quod dicitur internum,
18 † & secretum,& inde sicuti spiritus ipse ani
malis penetrat per neruum opticum laboris
de quo supra,vbi naturam visorij sortitur cō
tinua penetratione per electionē boni, quę
19 fit subtilius †ex cogitato ad oculum Reipu.
ad ipsum iudicē,& virtus visiua incipit per-
fici,& fit cognitio proximior veritati,& mo-
derata emissio cum vna, & altera parte me
20 diantibus motiuis solitis,† quod principium
cognitionis, suspicionem dico,quia per eam
animus iudicis incipit adhærere. l. aequilia,
in delictum, ibi ad suspicionē inde.ff.ad leg.
acquil.l.absentem ibi suspicionis. ff. de pœn,
l.3.§.eius, ibi quod autem cred. ff. de test.

Septimò, quoniam tale iudicium ad simi
litudinem spiritus visorij continuatur cū ae-
re,puncto, scilicet pertinenti,& proportiona
biliter distanti à negotio, & circumeunte rē
21 visam.i.processum,† & iura exhibita. l.illi-
citas.§.veritas.ff.de offic.præsid. cum simil.
& soliditatem meritorū causæ,& facta qua-
22 dam iteratione,quia intuitus repetiti † plus
figunt,& certificant formas sensibiles in ani
mam remanentes tantum, vt in tractat. de
prospect.fol.71.iuxta illud,qđ legitur Deut.
14. quære diligenter, & sollicitè de veritate
perspecta, hoc est examinato negotio per
vnam,vel alteram vicem,non in infinitum,
vt faciunt quidam ignorantes, & inexperti
23 coram quibus lites fiunt † immortales,cum
maximo partium dāno contra id, quod ha-
betur Deut.d.ca.14.ibi, & sollicitè vt supra
per applicationem potentiæ, & aliquod ho-
nestum spacium temporis,prout exigit qua-
litas causæ,& difficultas materiæ, mediante
luce illustranti diuinæ gratię sigillatur in hu
more Cristallino,quod simulacrum,& idolū
visionis appellatur,secundum Reald.Colūb.
in tract.de re anotom.de ocul.li.10.fo.mihi
219.& post Galen. & Auer. tradit Curt. in
24 anatom.oculi p. f. in princ.i.in † incognita,
& certa scientia, & siue per immissionem,
25 hoc est per ea quæ deduxerunt partes, siue
per emissionem,hoc est,siue per ea quæ de-
duxit Iudex, quod cognitu difficilè est ī ocu
lo Reip. sicut contingit in oculo,vt animad
uertit Columb.in d.lib.10.de ocul.pag.216.
26 perficitur visio.i. veri cognitio, visio † intel
lectualis, secundum ea quæ scribit Bart.in l.
qui Romæ.in §.duo fratres,nu.... ff.de ver
bo.oblig. quæ proprie conuenit oculo Reip.
& fertur sententia,& quidem iusta.

Modus igitur videndi magnam habet si-
militudinem cum modo iudicandi, & tutus
27 †est modus iudicandi,cum quo concurrunt
requisita ad benè videndum.

Hæc autem requisita si omnia perpendā-
tur sunt septem,organica dispositio,pręsen-
tia obiecti, proportionabilis distantia,solidi-
tas rei visæ,applicatio potentię,spacium tem
poris, & lux illustrans.

Hæc igitur ordinem principium, & finē
dabunt huic tractatui de modo iudicandi.

De obiecti præsentia. Cap. II.

Iudex quę obseruare debeat in accipiendis,
& videndis processibus vtiliter,& practi-
cabiliter demonstratur.

SVMMARIA.

1 *Obiectum oculi Reipublicæ processus,& Acta.*
2 *Pauli Castren. dictum not.*
3 *Iudex qua cautela debeat recipere processus,& registra.*
4 *Notarium munere procuratoris fungi in causa detestabile absurdum.*
5 *Dominicus Tuscus Cardinalis amplissimus laudabiliter commemoratur.*
6 *Fines videndi processus quot,& qui.*
7 *Modus videndi processus respectu rititudinis.*

10 *Alex. Stiaticus commendatur.*
11 *Ordo seruandus in videndis processibus respectu rectitudinis.*
12 *Visio naturalis triplex, & quæ.*
13 *Visio oculi Reipubl. triplex, & quæ.*
14 *Visio intuitiua oculi Reipubl. quæ.*
15 *Recedere à persona cuius industria electa est non licet.*
16 *Visio directa naturaliter qualiter fiat.*
17 *Visionis directæ moralis expositio.*
18 *Intellectus ad diuersa simul trahi non potest.*
19 *Oculus corporis non videt sine oculo mentis.*
20 *Oculus mentis in quibus differat ab oculo corporis.*
21 *Oculus iustitiæ non dicitur videre, nisi bene videat.*
22 *Visio rationalis oculi Reipubl. quæ.*
23 *Modus reducendi causam ad punctum.*
24 *Iudex debet occurrere sumptibus partium pro posse.*
25 *Visio mixta oculi Reipublicæ quæ.*
26 *Iudex debet sententias suas claré concipere.*
27 *Visionis directæ, reflexæ, & refractæ ad visiones oculi Reipubl. correlationes.*



VONiam autem in tractatu præcedenti organicam dispositionē oculi Reipubl. idest perfecti Iudicis tetuli, ne batologiæ vitio damnari possim, eo omisso, cætera requisita, iuxta pręscriptum ordinem, prosequar, & examinabo.

Post organicam igitur dispositionem, sicut ad videndum requiritur præsentia obiecti; ità ad iudicandum requiritur præsentia
1 obiecti, idest requiruntur † processus, & acta, quia secundum illa iudicandum est d. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. latè Caualc. decis. 19. in prima par. Ideo iudex primo loco debet dicere, da mihi scripturas,
2 & videbo, vt docet Paul. de Castr. qui † inter alios Doctores est, sicut Lilium inter flores, secundum Ioann. de Amic. in consi. 76. nume. 6. in l. vt responsum. C. de transact.

Huiusmodi autem scripturas in locis, in quibus concluditur in causa, & seruatur, quod
3 procedatur per processus, vel † per registra, Iudex cautus debet recipere, nō à partibus, vel ab alio propter suspicionem fraudis, quæ committi in illis posset, sed à notario ipso: Et si aliqua suspicio erit contra notarium, vt quia ipse esset vnus ex illis, qui simul, &
4 notarius, & procurator esset, quod † valdè lachrimabile absurdum omnino prohibendum foret, etiam sub grauissimis pœnis, debet scripturas ostendere partibus, vel vbi esset causa alicuius magni momenti, in qua procederetur per viam registri omniū scripturarum, & actorum, vt seruatur in patria mea, debet curare, vt notarius in fino registri se subscribat, & attestetur registrum
5 esse completum, & ita vidi † seruari per doctissimum, acutissimum, & laboriosissimum virum Dominicum Tuscum nunc Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem, dum practicarem Bononiæ, & ipse auditoris generalis summa cum laude munus subiret, & alios celeberrimos viros, qui generalis auditoris in ciuilibus, meo tempore, dum procuratorem agebam, functi sunt: si-
6 cut autem finis videndi † scripturas, & processus est duplex, alter respectu rititudinis, alter respectu rectitudinis: ita duplex est modus processus videndi.

Primò enim respectu rititudinis diligenter quærendum est de iurisdictione, &
7 potestate iudicantis, quia illa † est basis, & lapis angularis, & præcipuum fundamētum iudicij, quo sublato cætera corruunt.

Secundò, vbi comperiatur competentia Iudicis, videndum est, an litigatores fuerint iudicij capaces, & tales quales se in iudicio gesserunt.

Tertiò, vbi aliquis defectus circa prædicta non reperiatur, videndum est, an ordo iudicij fuerit legitimè seruatus, tàm respectu telæ iudiciariæ, quàm respectu ipsius sententiæ, si iudicium sit in causa appellationis.

Hic modus legalis, facilis & tutus est, &
8 de eo latè disserit magister † rititudinis Sebast. Vant. in tract. de null. sub tit. de mod. & ord. videndi processus fol. mihi 21. cum plur. seq. ad cuius dicta me refero.

9 Secundò verò respectu rectitudinis † modum scripturas, & processus videndi tradidit Præceptoris mei Io. Iacobi de Vincentijs in praxi Præceptor, & omnium Causidicorum tempore suo fidelissimus, laborio-
10 sissimus Alex. † Stiat. in sua pract. cap. 22. nume. 70. fol. mihi 118. Eius dicta placent.

Sed placet magis, quod facit ad hoc propositum, Bald. in consi. 410. num. 1. volum. 1. Nam ex ordine quem seruat colligitur vi-
11 dendum † esse primo, quid reo obijciatur, seu quid à reo petatur, secundo quid per actorem probetur, tertio quid pro defensione rei afferatur.

His ego addo, quòd sicut visio in oculo
12 humano est † triplex directa, reflexa, & refracta

fracta secundum Petr. Greg. in Synt. art. mirab. lib. 14. cap. 2. fol. mihi 146. ita in his triplex visio concurrere debet: intuitiua scilicet rationalis, & mixta † sunt termini quibus est vsus subtilissimus Bald. in tractat. de statut.

13

14 Primò debet concurrere visio† intuitiua, quia Iudex debet videre scripturas secundũ ordinem prædictum ex se proprijs oculis legendo & studendo; quia in actu iudicandi nullus potest cõmittere alteri animi sui motum, l. sicut. ff. de arbitr. Io. Baptista gener. Bart. de arbit. lib. 9. cap. 15. vers. tractandum est. de sententijs, num. 24. vbi alia adducit ad propositum, & est generale, quòd quando industria personæ est, vel esse censetur.
15 electa † non licet à persona recedere. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. re. vbi multa notant docto. ad propositum, vt attestatur Brun. in tractat. de for. tit. de impl. ac obser. for. & solem. col. 3. vers. & generalis est doctrina, qui se alibi citat, vbi id fœlicius examinat.

Hoc docet natura in directa visione, quæ
16 fit absque aliquo † medio, vt post Arist. tradit Per. Greg. in dicto loco: & non solũ debet videre, sed debet attentè videre; Hoc
17 docet natura, nam sicut visio directa † non potest simul ad diuersa trahi, quia respectu omnium centrum est oculus, vt dicit idem Petr. Greg. ita intellectus non potest simul
18 trahi † ad diuersa. Hinc illud

Pluribus intentus minor est ad singula sensus,

ideò non solùm debet videre oculo corpo-
19 reo, sed & oculo mentis, sine quo † oculus corporis non dicitur videre, vt sentit S. Chrisost. dum posuit differentias inter oculum mentis, & oculum corporis, ut scilicet oculus mentis videat sine oculo corporis, & oculus
20 † corporis videre perfectè non possit sine oculo mentis.

Hæc verissima sunt, quia videre est actus naturæ, hic verò agitur de actu iustitiæ, vel iniustitiæ, vnde non sufficit videre simpliciter ad hoc, vt perficiatur actus iustitiæ, sed
21 † opus est bene videre, sicuti è contra ad constituendum actum iniustitiæ non sufficit videre, nisi & malè videatur.

Sic Eua contemplata est lignum uetitũ, sic filij Dei uiderũt filios hominum esse formosas, ut Gene. 6. sic Dauid Bersabeam nudam, ut lib. 2. Reg. cap. 11. ita è nostris ratiocinatur. Marquard. de Susan. in tract. de celib. Sacer. non abrog. cap. 9. num. 14.

22 Secundò concurrere debet visio † rationalis, quia iudex viso processu, & actis debet rationabiliter circa omnia discurrere, vt causam reducat ad punctum definitionis uerum, & realem, seruatis seruandis, iuxt. do-
23 ctrinam † Bartol. in l. in venditione. §. 1. de bon. auth. iud. possid. & in l. iusiurand. §. 1. ff. de iureiuran. & in l. 1. de uent. inspic. Roman. in Rub. de arbitr. col. 16. & Bald. in l. 2. C. de relat. ubi quid agendum discordantibus partibus, & hoc ne inanes fiant disputationes, & sumptus, quibus Iudex pro posse
24 † occurrere tenetur. §. 1. auth. ut nulli iud. collat. 9.

Tertiò debet cõcurrere uisio mixta, quia
25 † ex facto, & iure debet se resoluere ad sententiæ prolationem, & illam proferre, ut cõueniat dispositioni iuris secundum seriem facti ex quo ius ipsum resultat.

Circa sententiam uerò pro posse debet
26 procedere † clarè, Alex. consi. 37. num. 27. uolum. 2. Vestr. & alij quos refert Caualc. decis. 7. nu. 18. par. 1. ne postea turpiter contingat de sententię interpretatione, cum maximo partium damno dubitari, prout sæpè mihi euenit in facto.

27 Directæ uisioni † correspondet intuitiua, reflexæ rationalis, & refractæ mixta.

Primò, quia respectu primæ uisionis processus etiam respectu testium est publicatus, & apertus ipsi Iudici. Secundò, quia sicut reflexa uisio fit in corporibus politis, ut in speculis, ita rationalis, quia illa fit in lucidissimo speculo iuris, cuius propriũ est claritas. Tertiò, mixtæ ratio patet supra num. 25.


De proportionabili distantia. *Cap. III.*

Nullum posse iustè iudicare, quem, vel affectio, vel odium opprimat.

SVMMARIA.

1 *Sensibile positum supra sensum nullam facit sensationem.*
2 *Luna cur videatur maior stellis, moralis traditio.*
3 *Locus iudic. cap. 16. nouè moraliter exponitur.*
4 *Sensus non sentit obiectum remotum.*

Se-



Ecundò requiritur proportionabilis distantia, Nam sicut quæ nimis proxima sunt uideri non possunt, quia sensibile positum
1 supra sensum, nullam facit † sensationem secundum Philosophum in secũdo, de Ani. vt paret si ponatur manus super oculo, & hoc propter medij defectum: ita ea, quæ nimis distant rectè cerni non possunt, vt patet ex eo, quod dicũt Astrologi, quòd Luna, quę
2 est minor † cæteris Stellis videtur nobis maior, quia vicinior est, & è contra Stellæ videntur minores, quia sunt remotiores.

Hoc verissimum est in oculo, quem fingo, idest in Iudice.

Primò enim non potest videre proxima, idest non potest cognoscere veritatem causarum contra illos, qui sibi proximi sunt pro pter affectionem, quam inducit caro, vel alia causa quæ visum ipsum inficit, ad hoc facit,
3 quod legitur in sacris litteris Iud. cap. 16. vbi quòd Dalida, quæ interpretatur carnis affectio, fecit Sansonem à Philisteis excæcari.

Secundò non potest pariter Iudex cognoscere veritatem in causis distantibus nimis, vel ratione odij, vel alia ratione, vt dicam dum tractabo de infirmitatibus oculi, seu impedimentis Iustitiæ. Quia in effectu sen-
4 sus non sentit † obiectum remotum, vt dicit Moro. in tract. de fid. treug. & pac. quæst. 33. num. 8. Nisi ergo concurrat hoc requisitum oculus Reipubl. erit obtenebratus, imò cæcus, & non poterit videre lucernam, idest splẽdorem iustitiæ, donec extinguatur, idest donec ab illo oppressa fuerit, & partes offensæ vitæ, vel honori suo insidiabuntur, vt multi nũc experiuntur coram Illustriss. Visitatore, & facit quòd dicitur. de Hely Sacerdote in 1. lib. c. 3. Reg. sed omnino decipietur, & vnum pro altero more cæcorum accipiet, vt legitur de Isaac Gen. cap. 27.

De soliditate rei visæ. Cap. IV.

SVMMARIA.

1 *Planities humoris christallini noua moralitate exornatur.*

2 *Iudex summè temeritatem euitare debet.*

3 *Soliditas moralis respectu facti in quo consistat.*

4 *Deus scrutator cordium.*

5 *Homo iudicat secundum ea quæ foris apparent.*

6 *Scientia legalis tota ad probationes reducitur.*

7 *Soliditas moralis respectu iuris, in quo consistat.*

8 *Iudicium hominis sequentis suum caput damnatur.*

9 *Iudex non debet esse prudentior lege.*

10 *Iudex phantastica æquitatis damnatur.*

11 *Ordo auctoritatum in eorum præcedentia.*

12 *Casus legis vbi reperitur non est dubitandum.*

13 *Ampliatur ad casum statuti.*

14 *Decisiones post casum legis tenent primum locum.*

15 *Responsa alicuius Collegij post decis. tenent primum locum.*

16 *Consulentium responsa præferuntur tractatibus, & lecturis.*

17 *Tractatus præferuntur lecturis.*

18 *Lecturæ, quando habeant pondus auctoritatis.*

19 *Apostilla cuius sint auctoritatis.*

20 *Auctoritates contemnenda ex ordine referuntur.*

21 *Doctorelli dicuntur iuris dolores, fures, & nebula turbinibus agitata.*

22 *Arguere à verbis DD. detestabile.*

25 *Doctores perfunctoriè loquentes non merentur allegari.*

26 *Doctores faciunt, vt aues, & oues.*

27 *Doctores in fonte videndi antequam allegandi.*

26 *Prouerb. subductis ruunt tecta columnis.*

27 *Doctoris dictum intelligitur secũdum legem, quam allegat.*

28 *Ratio naturalis sufficit pro lege, & quando.*

29 *Iudex non debet timere pronunciare in casu, in quo non inuenitur decisio in term. & quare.*

30 *Paria sunt loqui contra legem, vel sine.*

31 *Iudex cum nescit, quo se vertat, quid agere debeat.*

32 *Iudex debet resoluere pro eo, pro quo plures rationes faciunt.*

33 *Iudex data paritate numeri ratiõ ñ debet pronunciare pro eo, pro quo rationes fortiores vrgent.*

34 *Exemplificantur præcedens dictum in concursu rationis naturalis, & accidentalis.*

35 *Testes falsi facilè inueniuntur.*

36 *Testis, & calumnia morales correlationes.*

37 *Iudex credulus damnatur.*

38 *Testis, vt corrumpat.*

39 *Actus agentium agunt in patiente solum benè in disposito.*

40 *Susurrationes ad aures iudicum quantum sint periculosa.*

41 *Calumnia conturbat etiam sapientem.*

42 *Calumniatorum fines duplices, & qui.*

43 *Viuum omne fugit mortem.*

44 *Oppressiones iustorum fines ex ordine referuntur.*

45 *Calumniatorum fines.*

46 *Mors eorum quorum mala fuit vita, quam periculosa.*

47 *Deus iniustas vlciscitur iras.*



ERTIÒ loco requiritur soliditas rei videndæ, quod dicere voluit natura, dùm in humore Cristalino idolo visionis vt supra dixi in principio, quandam planitiem
1 † in superficie posuit, vt visa imprimerentur

tur certius, secundum Curt. in Anst. oculi pagin. 356. Nam cum omnis actio carere debeat temeritate, & negligentia, neque vir agere debeat quicquam, cuius non possit causam probabilem redere, id præcipuè
2 verissimum est † in iudice, & eius iudicijs, vt post Cice. in 1. de off. tradidit Rot. Gen. decis. 1. in princ. sed melius hoc requisitum probatur Deuter. capit. 14. ibi si inuenies certum esse, & Gen. cap. 12. ibi descendam, & videbo &c.
3 Primò igitur ex parte facti requiritur † certa cog. vt secunda quæst. 5. cap. consuluisse. 6. quæst. 1. cap. si omnino, de sponsal. cap. tua nos, & ex. vt Eccles. benef. cap. vt nostram. Non enim debet iudex diuinare, cum nec Paulus spiritu diuino plenus potuerit diuinare, quæ secreto facta fuerūt. 22. q. 2. c. Bea-
4 tus. Nam Deus † scrutator est cordium gl. in cap. de occidendis. 23. q. 5. & in clem. exiui, de Paradiso, de verbo signific. in clemen. vn. de reliq. & vener. Sanct. & in l. 2. ff. de interrog. actio. Homo verò iudicat secundum
5 ea † quæ foris apparent, vt dicit Gregor. 25. moral. & est tex. in cap. humanæ aures. 22.
6 quæst. 1. Hinc est, quòd tota † legalis scientia ad probationes reducitur, & ipsis innititur, vt pulchrè deducit Mascard. de probat. q. 1. num. 15. volum. 1.
Secundò ex parte iuris requiruntur soli-
7 da † fundamenta auctoritatum, tex. est in c. ne innitaris, de constit. Quia iudicium ho-
8 minis sequentis suum † caput fallitur, cap. à nobis, il 2. de sentent. excom. Ideo sapiens inquit. Ne sis sapiens apud teipsum, vt per glo. in d. c. ne innitaris, & alibi dicitur, quod
9 iudex non debet esse prudentior † lege §. oportet, in auth. de iud. col. 6. Bald. in l. 2. C. de sent. ex breuil. recitan. & in diuinis litteris legitur, facite quæ ego præcipio vobis, & non quod vobis videtur, idest secundum leges, & constitutiones Prat. Zauat. cap. fi. nu. 228. Hæc omnia valdè notanda sunt con-
10 trà iudices constituentes † phantasticas æquitates, prout his similibus rationibus contrà illos inuehit Henig. Gœde, in suo processu iud. in princ. pro quo facit Plat. dialog. 4. de leg. vbi ait, interitum illi ciuitati paratū se videre, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præsunt, Pract. Zauat. num. 147. & melius num. 230. vbi prædicta ampliat, vt nec iudex habeat sequi certam suā conscientiam, sed habeat iudicare secundū actitata, & probata, & adducit plures DD. Bononienses, & alios id tenentes.
Horum autem fundamentorum multæ
11 sunt species, quas referre placet † eo ordine, vt præeligenda præmittam.
Primò igitur loco videat iudex, nunquid extet casus statuti, vel legis pro aliqua par-
12 te, quia vbi est casus † legis, non est dubitādum, glo. in l. ancillæ. C. de fur. l. illam. C. de collat. Lud. Tessera de reb. dub. in Rub. car.
13 5. sub vers. 3. conclusio, itē, & statuti † Corn. in consi. 199. in fi. lib. 1. Dec. in d. l. illam, in princ. Grat. cons. 44. lib. 1.
Secundò loco quoniam fieri non potest, vt singula exactè legibus comprehendātur, vt ex Alex. deducit Claud. Cant. in tract. de off. iud. cap. 7. vbi legis, vel statuti casus non datur, recurrat ad decisiones præcisas, quia
14 illæ magis † attenduntur post casum legis, quàm alia quæuis auctoritas, nam & consilijs præferuntur Crau. de antiqu. temp. in 1. par. num. 48. Caualc. decis. 15. nu. 2. & decis. 44. num. 7. & 54. num. 20. in 1. par.
Tertiò loco deficiētibus decisionibus, re-
15 currat † ad consilia alicuius Collegij, si quæ inuenerit, Dec. consi. 400. Gabr. de test. conclus. 4. num. 91.
Quartò recurrat ad consilia particulariū,
16 quæ lecturis, & tractatibus † anteponuntur secundum Mat. Anguis. consil. 282. num. 9. etiam si lecturę, vel tractatus essent posteriores, secundum Neuiz. in Syl. nupt. libr. 5. nu. 26. licet cōtrariā opinionem tenuerint alij, quos refert Gabr. d. tit. de testib. concl. 4. nu. 86. & 87.
Quintò loco, retenta prima opinione, re-
17 currat ad tractatus, q. maioris † sunt auctoritatis ipsis lecturis, quia in tractatibus veritas praxis, in lecturis ingenium spectatur, vt tenent citati à Gabr. d. concl. 4. num. 87.
Sextò recurrat ad lecturas, quia & illæ
18 suum habent pondus, vt patet † ex DD. supra adductis.
Septimò si aliud nō inueniat, recurrat ad
19 apostillas, quia † licet sint modicæ fidei, quia sunt factæ ad rememorandum, non autem ad decidendum, vt dicit Ruin. in consil. 85. col. 3. volum. 1. & Gab. d. loco, numre. 91. tamen Doct. auctoritas quocunq; in loco sit, probabilis est, licet non necessaria, Dec. in l. illam, num. 8. C. de collat.

Caueat

Caueat tamen semper, & minus cõfidat
20 de DD. quos † ex ordine refero.

Primò caueat ab illis DD. nomine, qui nihil de brodio iuris gustarunt, & potius iu-
21 ris † dolores, quàm Doctores vocari debēt, vt dicit Cyn. in l. fundus instructus, ff. de acq. possess. à quo non dissentit And. Barbat. in tract. de præst. Cardin. par. 1. quæst. 1. nume. 46. vbi pariter hos Doctores vocat dolores, & Brun. de cess. bon. quæst. 10. 4. q. prin. nu. 10. vbi appellat Doct. solo nomine, & quæst. 10. 4. quæst. princ. num. 16. vbi vocat eos doctorelos, & dicit nõ gaudere priuilegijs Doctor. Bonin. de Curte par. 3. nu. 149. vbi eos vocat Doct. pedaneos, & hoc documentum est maximi ponderis, quia Doctorellorũ infinitus est numerus, Anton. Mar. Corat. de elect. opin. tit. quando communis opinio attendenda, num. 39. & cum sint latrones honoris Doct. qui iure merito inter Doct. connumerantur, & honoris debiti verè Doctoribus, inuoluunt Mundum, quasi nebulæ turbinibus agitatæ, Petr. Leneaud. de priuileg. Doct. par. 1. q. 5. num. 18.

Secundò caueat ab illis Doct. qui se fundant decis. suas super doctrinis aliorum in-
22 terpretando † verba Docto. non legum Bero. consil. 63. num. 5. volum. 1.

Tertiò caueat ab illis Doct. qui articulum
23 non examinant, sed † perfunctoriè loquuntur Soci. Iun. consi. 119. nume. 50. volum. 1.
24 quia sunt quasi aues, quæ vna post aliã † volant, Moron. de fid. treug. & pac. q. 118. nu. 6. seu, vt oues, quæ quò vna vadit, omnes vadunt, Corac. de com. opin. num. 4. Caual. decis. 41. num. 29. par. 1. vbi dicit extrà dentes, quòd illis non est adhibenda fides.

Quartò, caueat ab omnibus, quorum di-
25 cta in fronte non viderit, ne fortè † contingat fieri fundamẽtum super aliquo dicto alicuius Doct. qui alleget aliquam legem non probantem, quia intraret illud, subductis
26 ruunt † tecta columnis, c. qualiter, & quando, il 2. extrà de accusat. vel etiam qui allegant legem probantem contrarium, vt sæpè contingit, quia eius auctoritas faceret cõtra eum, quia dictum Doct. intelligitur secundũ
27 legem † quam allegat, Bart. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de liberat. legat. & in l. cũ quidam. ff. de his quib. ind. Dec. consil. 189. Lætatus sum, lib. 1. Caual. decis. 41. num. 27. par. 1. Corat. de elec. opin. in spec. 15. nume. 140. & 141. Alb. de potestate Papæ in 2. par. num. 63. & 137. & 169. Ioan. Lecir. de primogenit. lib. 3. quæst. 6. nu. 1. quæst. 1. nu. 24. Henr. Bot. de Sim. episc. par. 2. nume. 19. Bonin. de Cur. de nobili. par. 3. num. 34. Lancellot. de Attent. cap. 17. num. 37.

Vltimo loco (vt redeam ad ordinem auctoritatem, vnde parumper discessi) vbi hęc omnia deficerent, recurrat ad naturalem rationem, quę optimus clypeus legis dicitur secundum Abb. in c. secũdò requiritur, in vlt. not. de appell. & post Bal. Dec. in d. l. illam,
28 nu. 6. & pro lege tali casu † allegari potest; & sufficit l. scire oportet, vbi hoc not. Bald. per illum text. ff. de excusat. tut. cum alijs, vt per Dec. in d. l. illam, num. 6.

Neq; tali casu timere debet iudex, sed uiriliter se resoluere, quia benè facit, qui ratione præuia procedit cap. causam quæ, c. exhibita, & cap. fin. extra de iud. & de foro compet. cap. ex tenore, & capit. ex parte, & de libel. oblat. cap. 3. Qualiter enim scientia no-
29 stra augumentata fuisset, si ita † fecissent antiqui? ita Castrens. in l. Clodius. ff. de acquir. hæredit.

Hæc verissima sunt, sed rationes adiuuari debent legibus, & auctoritatibus, quia paria
30 sunt loqui contrà lege, † & loqui sine lege, vt dicit Mant. in repet. Rubr. C. de edend. num. 186. & dictum non allegantis reputatur somniũ, vt dicit Alb. de agnoscen. assert. q. 28. nu. 3. et si esset dictum Doctoris, aliàs magnæ auctoritatis, Archid. in cap. nolite, il 2. circa fin. 11. q. 3. Albin. in tracta. de Pont. pot. num. 192. Nam & bonus quandoq; dormitat Homerus, vt dicit gl. in cap. quamuis, 32. q. 2. & Ioan. And. in cap. vlt. de procurat. & secundum prædicta intelligi debet Castr. in d. lib. Clodius, quia & ipse proprio exemplo, ita docet. Hoc refugium nunquam deficit, quia hoc est illud lumen, de quo propheta dicit Psal. 4. Signatum est super nos lumẽ vultus tui Domine, & alibi scriptum est, super quẽ non surgit lumen illius, vt Iob. c. 25.

Hoc lumen quandoque contingit turba-
31 ri, id autem ex † duabus causis; vel quia iudex sit constitutus in aliquo peccato mortali, quo maculata anima nõ potest vires suas benè explicare, vt inquit Crau. in consil. 15. nume. 17. quem refert summa cum pietate Dominus Io. Petr. Al. in tract. suo de Aduoc. & Causidic. Christian. inter exercitationes spiri-

Spirituales exercitatione tertia, vel quia hinc inde confluant rationes, & argumenta, propterea in hoc casu potissimum oportet tempore teterrimas peccati tenebras, & confugere ad Sacr. Sanc. Sacram. & præcipuè ad aug. Sacr. Sac. Sanc. Corporis Christi, in quo est ipsa veritas quæ sola excutere potest à mentibus nostris inicitiam, & errorem, & diligentius insistere super examine difficultatum, & se viriliter resoluere ad pro-
32 nunciandum † pro illo, pro quo faciunt plures rationes, Spec. de disput. & allegat. §. 3. vers. studeat, refert Brixiens. in repert. in verbo, iudicare, & vbi rationes sint hincinde pares
33 pro ea parte pronunciare, pro qua † fortiores vrgent rationes, id quod, cum in multis exemplificari possit, pro nunc sit instantia, vt si daretur casus, in quo pro una parte ad-
34 esset ratio † naturalis, & pro alia parte adesset ratio accidentalis, quia sine dubio pronunciandum esset pro illa parte, pro qua ratio naturæ intercederet, vt in curato, & coadiutore contendentibus de alimentis.

Hoc requisitum magnum est, & necessarium in quocunque Iudice, sed maximè, & summè necessarium in Iudice causarum criminalium. Nam cum vilissimo pretio in-
35 ueniantur testes qui † in causa etiã capitali falsò deponãt, vt attestatur pract. Zauat. nu. 139. reperitur gẽs calũniosa, similis pesti, &
36 ut pestis euitanda, quæ sæpius aerẽ † infecto flatus infamissimi oris sui innocẽtiũ corpora indisposita, aliquibus somniatis, & calũniosis inuentis ad perditionem disponere quærit, falsam Iudicibus de illis opinionem ex-
37 hibens, vt si eos credulos † inueniat, innocẽtissima corpora prædicta iniquissimè dam-
38 net, & quasi pestis † corrumpat, vt per Philosophum in 1. de inter. & in 8. Phis.

Si verò tanta non sit vis calumniæ, vt disponat, & iudices, & insontes, cognoscens, quòd actus agentium solùm sunt in patien-
39 te disposito, † vt dicit Aristotel. in 2. de anima. & Gall. in 1. de diff. febr. pestil. procurat inuenire aliqua corpora plena malis humoribus, quæ adhæreant iudicibus, & insufflent
40 in aures, & illorum faciem quasi serpentes aere ignoti oris, vt ipsi iudicaturi secundum iudicium humanum, ad se bonos vocent, qui millies anhelantes, & gementes, iuxtà illud
41 calumnia † conturbat etiam sapientem, & perdit cor eius, vt Eccles. cap. 7. veniant, & intrudantur in carceribus; in quibus postea hæc gens inimica bonis; hæc pestis vi aeris falsarum assertionum summè vrgeat, & alte-
42 rum de duobus † assequatur videlicet, vt boni damnentur, vel vt mortem euitantes, vt
43 omne viuum facit, teste † Philosopho in 3. de Anima, ad extremam vsque famis necessitatem cum miserrima familia (si quam habent) reducantur.

Hæc omnia perpendite Iudices, nè decipiamini, sustinete innocentes, sperantes, quia omnia conuertantur in bonum, & tendant,
44 † vel ad probationem vestram, ut 7. q. 1. c. cum persecutio, & cap. aduersitas, & 13. q. 2. cap. 1. vel ad expiationem, vt num. 12. & 50. dist. cap. Ioannes, & 33. q. 2. cap. hoc ipsum, vel ad meritum, vt 13. q. 2. cap. [illegible]. vel ad custodiam virtutum, vt 2. Corinth. cap. 12. & 6. quæst. 4. cap. displicet, vel ad gloriam Christi, vt Ioan. 9. & 11. & de pœnit. dist. 3. cap. adhuc instant.
45 Timete † calumniatores, quia vel in hoc quoq; mundo arte peribitis uestra, vt experientia duce docet Corad. Brun. de sedit. c. 8. vel peiores vexationes vestræ habebunt fines, scilicet æternæ damnationis, vt de pœnit. dist. 7. cap. ignis, & 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Nam & hic est ut plurimum finis eo-
46 rum quorum mala fuit † uita, ut in morte diuinam indulgentiam non obtineant, Cap. Tolos. q. 2. ubi alia ad propositum facientia habentur. Nam Deus iniustas ulciscitur iras,
47 vt cecinit Cato, & proprio eorum damno † attestati fuerunt plures, quos super dicto carmine refert Io. Mat. Verat. fol. 341.

De applicatione potentiæ. Cap. V.

SVMMARIA.

1 *Vigilantia summa requiritur in iudice.*
2 *Potentia vana, quæ non reducitur ad actum.*
3 *Potentia antequam ad actum reducatur naturam sortitur conditionis.*
4 *Omnia prius in sensu quàm in intellectu.*
5 *Applicatio potentiæ in oculo naturæ fit medio nerui optici, ad quod egregia moralitate exornatur.*
6 *Modus prudenter loquendi qualis.*
7 *Studiorum diligentia quot modis impediatur.*
8 *Studiorum diligentia impeditur nimia celeritate.*
9 *Studiorum diligentia impeditur nimia curiositate.*
10 *Studiorum diligentia impeditur nimia fatigatione.*
11 *Oculus non satiatur visu.*

Quartò

ARGVMENTVM.

Iudici quid agendum cauendumq; sit, dum vult studere meritis causæ.


Vartò loco requiritur applicatio potentiæ. i. post hæc requiritur
1 † summa vigilantia ad quod facit, quòd legitur de illa virga, de qua Hier. c.1. dixit, virgam vigilãtem ego video, vt optimè colligitur ex his, quæ super hoc dicto scribit Cas. Calder. super Psal. 50. lect. 8. pag. 299. Nam vana est illa potentia
2 quæ non † reducitur ad actũ, ut probatur in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi, & in l. hæ. n. in §. si Prætor, de suspec. tut. & tradit Philosophus in 2. metaph. & benè q a antequam ad actum reducatur, cõditioni si-
3 milis est † Moron. in d. tract. de fid. treug. & pac. q. 11. num. 8. & sine ea intellectus non potest intelligere, quia omnia prius debent
4 esse † in sensu, quã in intellectu, vt per Ioan. Roy. in tract. de hæret. num. 28.

Applicatur autem potentia oculi Reipu-
5 blic. simili † modo quo oculi humani. Nam in eo neruus opticus est potissimum instrumentum ad hoc; in oculo verò Reipubl. labor, qui neruo optico correspondet rationabiliter, ut dixi loquens de perfecto Iud.

Modum uerò laborandi tradidere non solum Imper. in princ. ff. sed etiam Abb. & Io. And. in proem. in 6. Hostien. in Sum. de magistr. Hennig. Gœd. in proœm. process. iud. sub littera L. & Gribal. in tract. de mo. stud. & alij pleriq;, quorum opiniones referre nolui, quia dat solidior, facilior, & breuior methodus, quæ & soliditate, viro iudicaturo, & breuitate eidem multis negotijs inuoluto, & meæ intentioni magis inseruit, & quem prę-ligere debui, per ea quæ scribit Abb. in c. so-
6 litæ, de maior. & obed. vbi quòd † persona loquentis, & cui loquitur, & vis locutionis attendi debet, Modus igitur laborãdi est causam reducere ad verum diffinitionis pũctũ, punctum verò ad materiæ locum. Quæ aũt sint ista loca habebit D.O.M. dante lector in tract. meo de locis com. quem sub manu poliendum conseruo.

Hic tamen vnum notandum est per om-
7 nes, quòd diligentia studiorũ impeditur † tribus modis, à quibus diligentissimè sibi cauere debet iudex.

Primò impeditur propter nimiam veloci-
tatem, de quo impedimento in requisito te-
8 poris † satis diximus. Secundo impeditur
9 propter nimiam † curiositatem, quæ sæpius impellit ad conterẽdum tempus. Tertiò impeditur propter nimiã fatigationem, propter
10 quam † mens benè sæpè confunditur, & opprimitur iudex, ideo debet ponderare, quæ
11 vidit, & insatiabilitatem oculi, de qua † Ecclesiast. 1. dicitur, non satiatur oculus visu, coercere, & quandoq; studia propter studia interponere, de his omnibus satis benè ad p positum nostrum loquitur Episcopus Lugd. in summa virt. & vitio Tom. 2. in tractat. de accid. in fi. fol. mihi 129. in 2. facie.

De spacio temporis. *Cap. VI.*

Iudex quatenus properare debeat ad expeditionem causarum.

SVMMARIA.

1 Temporis spatium necessarium ad videndum.
2 Natura producit res suo tempore.
3 Festinantia nimia reprobatur.
4 Tarditas nimia damnatur.
5 Modus optimus.
6 Statutorum præfigentium tempus iudici ad iudicandum interpretatio remissiue.
7 Tempus congruum ad decidendum causam, quod & quale.
8 Animalia maiora diutius in uisceribus parentum retinentur, & cur moraliter ostenditur.
9 Iudex, quando tardante, vel celeritate in sinistram suspicionem incidere possit.
10 Iudex tenetur ad restitutionem accepti, ut celeriter expediat etiam, si iustè iudicet.
11 Datum ob causam, ad quam recipiens tenetur necessitate præcepti, quod ad iustitiam pertinet resti tui debet.
12 Iudex tenetur expedire causam, vt quamprimum potest.
13 Iudex debet abstinere inquantum potest ab expeditionibus causarum in vltimis diebus officij.
14 Cautela ad obtinendam iniustè sententiam in fauorem.
15 Pupillam oculo morituri per triduũ non apparere.
16 Tempus expeditionis præscriptum quodnam dicatur.
17 Minus malum eligendum.
18 Minus malum habet rationem boni.
19 Papa, quando permittat, quòd qui vouit castitatẽ contrahat matrimonium.
20 Loth cur obtulerit pudorem filiarum.
21 Lupanaria cur permittantur.
22 Iudæis cur permissum antiquitus fuerit accipere vsuras à gentilibus.
23 Minus est malum peccare in tempore, quam in substantia iustitiæ.

QVintò requiritur ſpatium temporis
1 † competens l. iubemus. §. nec de cætero quemquam, de aduocat. diuerſ. iud. Sic docet etiam in alijs natura, quæ producit res ſuas debito tempore,
2 vt tradit † Santer. de ſponſion. mercat. par. 3. num. 78. Nam ſicut in iure nimia feſtinā-
3 tia reprobatur, † vt 50. diſt. cap. ponderet, & 21. q. 4. c. iudicantem, & 23. diſt. c. communis, & 18. diſt. c. cum Syracuſa, & 11. q. 3. c. monaci, & cap. illa, & eſt tex. in l. 1. C. de execut. rei iud. vbi illud. Nimis feſtinas Marcelle, quibus addo quæ latiſſimè ſcribit Cardin. in Clement. Paſtor. in §. verum. in prin. de re iudic. Ant. Corſet. in ſingularibus ſuis, in verbo celeritas, vbi plures doctas illationes facit, Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 42. Maſcard. de probat. concl. 1296. ſub nu. 56. vol. 3. quia nimiæ celeritatis comes eſt pœnitentia, Marſilius in Praxi. §. vlt. nu. 2. ita ſi
4 tardius nullò † procedatur reprehenditur. vt 28. q. 2. c. qui obligatione.

Nam vt dicit Horat. Sat. 1. quē ſeq. Gloſ. in Rub. inſt. per quas perſ. no. acq.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines;
Quos vltrà citraq; nequit conſiſtere rectum,

pro quo eſt text. in l. de minore in §. tormenta autem. ff. de quæſt. quem pract. Zanat. adducit ſub num. 195. & eſt melior text. de mundo ad hoc propoſitum. in §. ſed neque. in auth. de mand. princip. & omnium mo-
5 dus † eſt optimus, exceſſus verò malus ſecūdum Phyloſophū, quē refert Tirac. & poſt illum Strac. in tract. de proxon. par. 2. ſub num. 3.

Et propter prædicta ſunt in multis locis ſtatuta profigentia terminos iudicibus ad
6 expediendum cauſas † etiam ſub certa pœna, de quibus meminit Dec. in c. Abbas. nu. 3. de offic. deleg. & Caualc. deciſ. 6. nu. 19. in 2. par. vbi aliqua ad excuſationem iudicum. Sed circūſcriptis his ſtatutis quantū debeat
7 eſſe iſtud tēpus pendet ab arbitrio † iudicis, qui ſecūdā qualitatē cauſę procedere debet, non. n. oībus cauſis idē tēpus debetur, cuius rei figurā habemus in lege naturæ, q̄ habet,
8 vt maiora aīalia † in viſceribus parentū diutius, q̄ minora contineantur, vt pulchrè animaduertit Guighel. Perald. in d. ſum. virt. & vir. d. tit. de accid. fol. 129. in 2. fac.

Incideret tamen iudex in ſiniſtram opi-
9 nionem in † duobus caſibus, à quibus ideo diligenter ſibi præcauere debet.

Primò quando diutius cauſam diſtuliſſet, & aliqua partiū eam partem elegiſſet, vt iudici aliquid daret, & iudex acceptis muneribus pronunciaret, quia tunc præſumeretur celeritatem vendidiſſe, etiam q̄ iuſtè pronunciaſſet, & poſſet cōpelli ad reſtitutionem
10 turpiter accepti, Gloſ. in c. qui rectè 11. q. 3. & in c. non ſanè. 14. q. 5. & ibi notat Archid. hoc etiam voluere. Bal. Abb. Fulg. Alex. Iaſ. Marſil. & alij quos refert Menoch. de arbitr. iud. in addition. ad caſum 343. verſ. verum quando quis dat, num. 6. cum ſeq. vbi nu 8. dat vnam optimam regulam pro ratione vi
11 delicet, quòd datum ob cauſam † neceſſariam, ad quam tenetur recipiens neceſsitate præcepti, quod ad iuſtitiam pertinet, reſtitui debet, ei qui dedit, quæ melius ſeruire nō poteſt, quia iudex non modo tenetur iuſtitiam miniſtrare, ſed etiam debet quàmprimum
12 pōt † cauſas expedire, vt dicit Menoch. in d. loco. d. nu. 8. pro quo allego tex. in §. audient igitur in auth. de iud. colat. 6.

Secundò qn̄ cauſam expediret in vltimis tēporibus officij ſui, q̄a tūc, vt plurimū præcipitātur negotia, & ſicut nouerca dira ſe habet circa priuignos in illos ſeuiēdo: ita ſe ha
13 bet † voluntas iudicis ad iuſtitiā, prout animaduertit Marcheſan. lib. commiſſ. par. 2. com. 1. cap. 1. ſub num. 4.

Et huius rei veritatem benè nouerūt multi, qui expectant, q̄ immineat finis officij iudicis, & tunc præcipitanter inſtant, & clami-
14 tant † pro expeditione cauſæ: ſunt enim iudices tunc temporis tanta cauſarū, & negotiorū multitudine obruti, vt ad inſtar mori-
15 turi hominis, cui † pupilla in oculo per triduum ante non apparet, vt apud Mund. pag. 353. videantur abſque pupilla, abſq; ratione, abſq; diſcurſu, & licet quandoq; valida fundamenta deducantur; tñ contemnūt: & licet in eorū corde res ſit in cognitione, & controuerſia, quia non quieſcit cor eorū; tñ decipiunt ſe ipſos, & ad expeditionem deueniūt, quod eſt iniuſtiſsimū, quia dū res in co-
16 gnitione eſt, atq; † in controuerſia ad expeditionem deuenire nephas eſt; Strach. de mercat. in fi. in admonitione, quam facit ad Conſules mercat. ſub nu. 11. vbi multa iura adducit, quæ non curo cumulare.

Et ſi hoc loco iudex obijceret, hoc ideo ſe agere, ne damnum inferat partibus propter

F expen-

expensas coram eo factas circa aduocatos, & similia, quæ necessario repetendæ forent coram successore suo, facilis est responsio.

Quia admitto, quòd malè fecit iudex, si tam diù distulit culpa sua, sed peius faceret si causam expediret irresolutus, vel se ipsum seducens: & propterea ad similitudinẽ eius,
17 qui murorum ambitu † vndequaq; circũdatus se eò præcipitat, vbi breuior munus ascendit, c. nerui. §.est tamen. dist. 13. debet eligere minus malum: duo etenim mala, ẽt si sint cautissimè præcauenda; tñ si periculi necessitas ex his vnũ perpetrare cõpellat, id debemus resoluere, q. minori nexu noscitur obligare: sunt verba. text. in c. duo mala. dist. 13. & ratio est, quia minus malũ
18 respectu maioris mali † eligibilius est, rationemq; ideò boni habere dr̃ secundũ philosophũ in 5. Etich. id quod multis elegantissimis medijs, & instantijs confirmari potest.

Primò enim videmus, quòd Papa permit-
19 tit, q. vouens simpliciter castitatem † contrahat matrimonium, quando timor est de incontinentia. c. veniens, vbi Abb. & DD. qui clerici, vel vouentes, & c. refert & seq: Lãcell. Conrad. in templo iudicũ. lib. 2. c. 1. de Pontif. Max. sub his verbis Papa potest in matrim. num. 20. fol. 160.

Secundò optimè facit tex. in c. offerebat.
20 32. q. 7. vbi Loth pudorem filiarum † suarũ offerebat, Nã etsi esset flagitiosa impuritas; tamen hoc ideo fiebat, quia minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturã delinquere, d. c. offerebat, & Gen. c. 19.

Tertiò seruit quoque Panormit. post Glo. in c. inter opera ex. de sponsal. vbi habetur,
21 quòd Lupanaria † in Ciuitatibus tolerantur, vt maiora flagitia euitentur, scilicet adulteria, stupra, raptus, incestus; oppressiones, scelera sodomitica, & similia.


Quartò facit, q. dicit Alex. in cons. 1. nu. 4. vol. 2. quod lex antiqua permisit Iudæis
22 accipere † vsuras à gentilibus, vt euitarent Iudæi maius malum, ne scilicet à Deũ colentibus vsuras extorquerent: & ponit aliud exemplum Alex. eod. in loco, & latius ipse dixi in cons. amoris, q. sicut promisi me editurum in meo libro, qui inscribitur, *l'Annello matrimoniale*: ita Deo dante efficiam.

Et in effectu hæc est veritas, quia minus
23 est malum † peccare in tempore, quàm in sententia.

De Luce. Cap. VII.

Iudicis intellectus cuius lucis splendore illuminetur.

1 *Lucis necessitas ad videndum.*
2 *Exponitur moraliter.*
3 *Mens hominis Lunæ comparatur.*
4 *Ratio præcedentis dicti.*
5 *Imago Dei.*
6 *Aegyptiorum opinio de Sole.*
7 *Persarum opinio de Sole.*
8 *Sol statua Dei dictus.*
9 *Sol Dei Vicarius appellatus.*
10 *Sol pro Dei Hieroglyphyco.*
11 *Fluminum ortus.*
12 *Veri cognitio à Deo, idque egregia moralitate suadetur.*
13 *Inuocatio Diuini numinis more Rot. Gen. moraliter refertur.*
14 *Ignis splendore oculus humanus videt.*
15 *Præcedens dictum ad moralitatem refertur.*
16 *Errata, si quæ, correctioni humiliter subijciuntur.*



Extò, & vltimò sicut ad videndus requiritur lux illustrans, vt probatur Genes. 1. & probatur
1 etiam in iure, † vt post Oldrad. Bal. Ang. Fel. Abb. & alios in pulchra quęst. aduertit Euerard. in loco à Nat. nu. 2. ita ad iudicandum requiritur lux Solis orientis ex
2 alto, qui in † Sole posuit Tabernaculum suum, Dei scilicet omnipotentis, qui sol. dicitur, vt Matth. 4. à quo non discentit Aug.
3 qui Deum Soli, & † mentem Lunæ similem dixit, quia sicut Luna recipit omne lumen à
4 Sole: ita † mens à Deo cuius, ideò & in So-
5 le ennitescit pulcherrima † imago, vt not. Cass. in Catal. glor. Mund. par. 12. consid. 8. pag. mihi 242. col. 1. Hinc factum est, vt
6 Ægyptiorum populi Solem Deum † arbitrati sint, Persæ Deum, & hominem eundẽ
7 † reputauerint, Alij statuã Dei illum voca-
8 uerint, † Alij eundem, imaginem, & Vica-
9 rium Dei † appellauerint, & plures Solem, nullo alio signo adiecto pro Hieroglyphyco
10 Dei † posuerint, vt attestatur Cass. in d. loco, & Pier. Valer. de Sacr. Ægypt. literis lib. 44. fol. 226. sub littera C. Et qm̃ in effectu, sicut
11 oĩa flumina oriuntur † à fontibus, oẽs fontes à Mari, & omnia lumina naturalia ab vno Sole, ita omnis veri cognitio ab illo lumine
12 de † quo Ecclesia S. cãtat, veni Pater paupe-

rũm, veni dator munerum, veni lumen cordium, vt tradit Francischinus de Visdom. de Ferraria Homel. 4. fol. 90.

Vltimo igitur loco requiritur lux illustrãs illius Solis, qui solus fecit Solem, ut Psal. 73. vt iudex mediante luce illius Solis, qui scit omnia, iustam sciat ferre sententiam, prout
13 hunc † Solem sæpè inuocarunt DD. Audit. Ro. Gen. decis. 121. 125. 127. 135. & alibi sæpè in eorum decis. in princ.

14 Et si dicatur, quòd etiã ignis † splendore oculus humanus illustratur, dicam, quòd & oculus Reipubl. splendore illius ignis, à quo omnis veri cognitio, qui Spiritus sanctus
15 † est illuminatur, vt per Neuiz. in Syl. nupt. lib. 6. num. 5. & quòd Deus noster ignis est, vt Deuteron. cap. 4.

Ex his ad laudem & gloriam Dei, Beatæ Mariæ Virg. Beatorum Io. & Ioan. Baptistæ, Francisci, Mariæ Magdalenæ, & aliorum intercessorum meorũ, ac totius Curię cęlestis sum expeditus de præsenti tractatu, quẽ, & oĩa, quæ in illo continentur iudicio cuiuscunque rectius sentientis libentissimè subijcio,
16 † paratus errores si quos commisi corrigere, iux. l. 2. §. si quid autem. C. de veter. iur. enuclean.

IOAN. BAPTISTÆ CAVATII

I. V. D. Bononien. & Aduocati Mediolanens.

OCVLVS REIPVBLICÆ,

Siue

DE IMPEDIMENTIS IVSTITIAE.

PRÆLVDIA.

Cap. I.

Quibus Iustitia impediatur.

SVMMARIA.

1 *Iustitia suffocatur ex duodecim, & quæ.*
2 *Impedimenta Iustitiæ quatuor, & quæ.*
3 *Infirmitates tripliciter contingunt in oculo naturę.*
4 *Infirmitas oculo Reipubl. tripliciter contingit.*
5 *Infirmitas propria oculi Reipubl. quæ.*
6 *Infirmitas composita oculi Reipubl. quæ.*
7 *Infirmitas solutionis continuitatis in oculo Reipub. quæ dicatur.*
8 *Impedimentorum iustitiæ materia vbi.*
9 *Ordo tractatus.*

Licet post Ciprianũ in libr. de duodecim abusion. secul. glo. in clem. 1. in §. quia verò, de stat. Monach. quam sing. dixerunt ibi Zabar. & Imol. vt refert Guliel. le. Rouil. in tracta. de iustit. & iur. in 2. par. c. 4. in princ. dixerit, quòd iu-
1 stitia suffocatur † ex duodecim; quæ sunt ista, Sapiens sine operibus, Senex sine religione, Adolescens sine obedientia, Diues sine elemosina, Fœmina sine pudicitia, Dominus sine virtute, Christianus contentiosus, Pauper superbus, Rex iniquus, Episcopus negligens, Plebs sine disciplina, & Populus sine lege: Et rursus glo. in cap. quatuor. 11. q. 3. & Monach. in cap. cum æterni, nu. 6. de sent. & re iud. lib. 6. & Paris de Put. in tract. de synd. ver. syndicat iudex qui ne-
2 gligit, num. 1. & alij alia † impedimenta iustitiæ adduxerint: tamen mihi magis placet non recedere à tex. expresso in d. c. quatuor.

Ex eo igitur tex. prosequendo institutum ordinem, dico q; sicut in oculo humano om-
3 nis infirmitas contingit † tripliciter; vel. n.

est simplex; hoc est propria ipsius oculi † vel composita, vel est solutio continuitatis:
4 ita omnis infirmitas in oculo † Reipublicæ; hoc est omne impedimentum iustitiæ administrandæ in ipso iudice causatur tripliciter.

5 Propria infirmitas est amor, † & odium, quia istæ sunt propriæ passiones ipsius iudi-
6 cis: composita autem est † cupiditas, quæ cũ circa munera versetur, indiget compositione alicuius scelerati corruptoris: solutionis
7 † verò constantiæ, quæ deberet esse in iudice, defectum inducit timor; quia hic est præcipuus illius effectus, vt ex Poet. in lib. 12. Æneid. clarius infra deducetur.

De his impedimentis habet in l. denun-
8 tiasse, in §. quæritur. ff. de † adulter. & apud Specul. in tit. de alleg. §. primo, & ea habemus hoc versu comprehensa.

Quatuor ista timor, odium, dilectio, census, &c.

9 Ab his igitur principium medium, & † finis præsentis tractatus erit.

De Amore, & Odio. Cap. II.

Amor, & odium quid in Iudicis corde possint egregijs traditionibus, & exemplis demonstratur.

SVMMARIA.

1 *Amorem omnes, & omnia sentiunt, quod accuratissime demonstratur,*
2 *Empedoclis sententia de amore.*
3 *Amor quatenus in planetis.*
4 *Amor quatenus in Elementis.*
5 *Amor in hominibus.*
6 *Amor quatenus in arboribus.*
7 *Palmæ natura ad moralitatem reducitur,*
8 *Subiecta materia inseruiendum.*
9 *Amor propter honestum.*
10 *Amor propter delectabile.*
11 *Amor propter vtile.*
12 *Amor propter honestum solùm inter bonos.*
13 *Amor propter vtile concurrit cum impedimento cupiditatis.*
14 *Amor propter delectabile quid.*
15 *Sensuum exteriorum nomina.*
16 *Argumentum efficacissimum ad ostendendum grauitatem impedimenti amoris.*
17 *Sensus interiores qui.*
18 *Amor valet ad omne nefas.*
19 *Amor quatenus impedimenti iusti causa,*
20 *Tex. in c. quatuor. 11. q. 3. perpenditur, & declaratur.*
21 *Amicus consanguineo comparatur.*
22 *Amicitia vinculum fortius vinculo sanguinis.*
23 *Desiderium complacendi amicò in his, quæ sunt iniustitia referitur ad iniustitiam.*
24 *Exempla iniustitiæ causa amoris.*
25 *Amor obcæcat.*
26 *Amor maior lex sibi.*
27 *Iniustitiæ iustitia formam suis laruis imponit amor.*
28 *Amoris gradus.*
29 *Motus ad coitum mutat vocem.*
30 *Amico, an fauendum sit in casu dubio.*
31 *Iudex dubius fauens amico aufert ius alterius.*
32 *Iudex iudicat vti publica persona.*
33 *Iudex Medius esse debet inter partes.*
34 *Iudex dicitur tutela publica in medio posita.*
35 *Acceptatio personarum prohibita est in iudicio.*
36 *Sententia est bonum intellectus.*
37 *Prouerb. hoc opus hic labor.*
38 *Dubium quid sit.*
39 *Dubitare quis propriè dicatur.*
40 *Animus nunquam applicatur ad penitus incognita.*
41 *Intellectus quiescit inuento bono veritatis.*
42 *Tex. in l. antiqui. ff. si pars. hæredit. pet. perpenditur.*
43 *Dubitare circa quæ contingat.*
44 *Iudex circa dubiũ facti quomodo se habere debeat pronunciando.*
45 *Medium esse in dubio eligendum quatenus verum.*
46 *Iudex dubius in iure quid agere debeat.*
47 *Abundare suo sensu in opin. varietate licet.*
48 *Mediam viam in dubio iuris eligendam non esse egregiè, & nouè probatur.*
49 *Iudex debet in dubio amplecti eam partem, quam sibi conscientia magis dictat.*
50 *Iudicem propitium habere quatenus bonum sit, declaratur.*
51 *Sermo perit, dum benignus non præstatur auditus.*
52 *Sermonis vis stat præiudicio intellectus.*
53 *Aduocatus, qui placet facilius quod petit, obtinet.*
54 *Oppositum operatur, idem in opposito, quod propositum in proposito.*
55 *Cautela pro litigantibus in eligendis procuratoribus, & Aduocatis.*
56 *Iudex debet diligentius cauere nè decipiatur passionibus in causa dubia.*
57 *Iudici proponuntur pericula à quibus cauere debeat in causa dubia.*
58 *Impressionis vitium quid sit.*
59 *Impressionis periculum quam graue.*
60 *Modus ponderandi causas ad stateram iustitiæ.*
61 *Veritatis inueniendæ præsidia, vnde assumenda.*
62 *Modus distinguendi rationes bonas à falsis.*
63 *Modus soluendi obiecta omnia.*
64 *Responsiones fugitiuæ damnantur.*
65 *Iratus non vides.*
66 *Differentia inter odium, & iram.*
67 *Locus Apost. ad Ephes. perpenditur.*

68 *Ira cupiditas, & libido furiæ sunt exagitantes, et quæ inter eas peior sit pulchrè ostenditur.*
69 *Infirmitas magna est quæ immutat faciem.*
70 *Iræ turpissimi effectus referuntur.*
71 *Odium est carcer rationis.*
72 *Plaga quæ non dolet, putrida est.*
73 *Qui odit non dolet.*
74 *Exemplum iniustitiæ ex odio.*



Vi uellet exactè tractare de amore, deberet prius omnium reiũ habere cognitionem, quia non solùm in D. O. M. est amor, vt
1 omnes. & omnia † sentiunt, in ipsis entibus ad inuicem, & in Monarchia Cœlestiũ cor-
2 porum, prouet † aduertit Empedocles, qui in sua Philosophia huiusmodi consonãtiã principium totius vniuersi esse uoluit: in Plane-
3 tis, vt in † Saturno, Sole, Ioue, & Luna: in
4 elementis; Nam † aer cum igne in calido, & cum acqua in humido, Ignis cum terra in sicco, acqua cum terra in frigido, terra cũ igne in sicco, amore quodam similitudinis conueniunt; in hominibus, vt ego latissimè
5 prosequutus † sum in cõs. mei amoris; in brutis animalibus, vt in officina Tex. de Mũd. ti. 2. fol. mihi 60. sed in omnibus vsq; in arbori
6 bus, vt in palma, † quæ si masculo vicina sit curuatur propius adhærens, & è conuerso, masculus ipse ad eam flectitur, nisi inimi-
7 ca manus accedat, & eas † separet, & inuita lege naturæ, quòd scio euenire posse, quia expertus, & passus sum: sed quòd in omnibus rebus insit amor, tradit pulcherrimis carminibus Boet. Metr. 6. libr. 4. & Nobilissimæ familiæ de legnano Ioannes in elegantissimo tractatu suo de amicit. in princ.

Perfectè igitur tractare de Amore, nimis graue onus est, & viribus meis impar, neq; huc tendunt conatus mei; ideò subiectæ
8 † materiæ inseruiam, vt teneor cap. solitæ, de maior. & obedien. l. si uno. ff. loc. cum simil. cumul. per Euer. in loco à subiect. mat. fol. migi 569. & agam tantum de Amore, prout est impedimentum iustitiæ administrandæ.

Primò, sciendum est igitur pro distinctione huius nominis, quòd amor diuiditur in
9 amorem propter † honestum, hoc est propter bonum virtutum, & illarum operationem.

Secundò datur amor propter delectabile,
10 hoc † est propter bona temporalia subiecta gustui, tactui, vel alijs sensibus.
11 Tertiò datur amor propter vtile, † propter scilicet temporalia emolumenta: Hæc distinctio probatur per Arist. in 8. Ethic.

Amor propter honestum reperitur solùm
12 inter † viros bonos, vt dicitur Philosophus in dicto loco, & è nostris glo. in l. latę culpę. ff. de verborum signific. & Cassan. in Catalog. Glor. Mund. par. 12. consider. 53. fol. mihi. 287. ideò talis amor non potest esse impedimentum iustitiæ.

Amor propter vtile cadit sub composita
13 infirmitate † cupiditatis, ideo de eo alibi dicendum erit.

Sermo igitur habendus est de amore propter delectabile. Talis amor describi potest,
14 quòd sit passio appetitus † sensitiui in iudice, quæ proportionabiliter se non habet ad dictamen rationis, amico, vel propinquo cõplacendi gratia, & probatur per tex. in d. ca. quatuor in illis verbis, *amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus*, & seruit auctoritas Ioan. de Lignan. in dicto tractat. de amicit. in princ. num. 3. Amor est passio appetitus non bene sub reg. l. constituti de quo habetur distin. 13. cap. noui, noxij, & non regulati, vt in procem. decret. vltr. prin.

Amor est passio appetitus sensitiui; hoc additũ verbum potentiã indicat impedimẽti. Nã si illud referatur ad exteriores sensus videlicet, Visum, Auditum, Odoratum, Ta-
15 ctum, & Gustum, † de quibus latè habetur per Arist. in 4. de histor. Animal. cap. 8. & in lib. 2. de anim. & per glos. in l. quod meo. in §. si venditore. in verbo non minus. ff. de acquir. hæred. Specul. in tit. de test. ver. officiũ, §. 1. quibus addo Io. Franc. Far. in tract. de essent. infan. cap. 12. num. 14. Nel. de test. p. 2. num. 152. Pauin. in tract. de visit. in 2. par. nu. 98. & Petr. Greg. in Syntax. art. Mirab. lib. 33. cap. 33. cum seq. iam constat, quòd
16 nulla cognitio † veri sequi potest; quia illa prius debet esse in sensu, quàm in intellectu, Io. Roy. de hæret. num. 280. quia à sensu ortum habet omnis cognitio, vt in dicto tract. de essent. inf. in dicto loco. num. quinto. Si verò referatur ad sensus interiores videlicet secundum S. Thom. ad sensum com-
17 munem † imaginatiuam, æstimatiuam, & memoriam, vt in d. tract. de essent. infant. num. 14. vel ad sensum communem phan-

tasiam æstimatiuam cogitatiuam rationem intellectum, & memoriam secundum Petr. Greg. in d. lib. 33. cap. 41. nedum magnum, sed maximum erit impedimentum, vt patet per se.

Sequuntur illa duo verba in Iudice, quia cum impedimentum amoris, sit aptum impedire quascumque bonas operationes, &
18 inducere hominem ad † omne Nephas, fuit necesse addere hæc uerba, vt esset solum hoc loco impedimentum administrandæ iustitiæ.

Illa verba quæ sequuntur, videlicet, qua proportionabiliter se non habet ad dictamē rationis stant qualificatiuè ipsius appetitus, vt intelligatur de non regulato, vt superius dixi.

Cætera quæ sequuntur amico, vel cōsanguineo complacendi gratia, desumpta sunt ex tex. in d. cap. quatuor. Pro istorum igitur verborum, & ipsius tex. declaratione, & declarationis adductæ descriptionis cōplemento, sciendum est, quòd huius amoris duplex
19 causa † potest considerari. Altera causa est exhibitio actuum, in quibus concurrit vltrò citroq; delectatio: Altera causa est conueniētia in natura, sanguine naturali parentum, vel patriæ, vel coniunctionis, vna, & altera causa conuenit, his duobus verbis, Amico,
20 † vel consanguineo, quæ etiam simul vnica dispositione comprehensa fuerunt, quia paris sunt potentiæ. Nam amicus consan-
21 guineo † comparatur Paul. Fusc. in singul. suis, in verbo amicus: Et quia si aliqua, maior vis, illa est attribuenda amico: nam li-
22 gamen † amicitiæ maius est, quàm sanguinis, vt post Solon. & alias tradit Tiraq. in tracta. de pœn. cap. 22. prius dictum fuit amico. Effectus huius impedimenti exprimitur sub illis verbis, complacēdi gratia. Nam impor-
23 tant † iniustitiam, vt infrà clarius deducetur, & probatur in l. vn. C. de Thesau. lib. 10. in l. Imperatores, de priuileg. cred. & in l. si duobus, in §. 1. quemadmod. testam. aper. Nō deficiunt multa exempla iniustitiæ, cui
24 causam dedit † impedimentum Amoris, & vt omittam Paridis, & alia gentilium iudicia, passim in sacris litteris id habetur, vt Genes. c. 19 38. & 39. num. 21. & 32. Iud. 9. 20. 2. Reg. cap. 2. & 13. & in 3. cap. 11. & in 2. Machab. cap. 6. & ratio est manifesta.

Oculus debet inspicere scripturas, Quo-
25 modo inspiciet si Amor † obcæcat, iux. illud Ouid. in Epist.

Quid deceat non videt vllus amans,

& illud Propert. lib. 2. scilicet

Insano, nemo in amore videt;

26 Nemo videt præcipuè † leges,

Quia maior lex Amor est sibi.

vt dicit Boet. metr. 12. lib. 3.

Hęc verissima sunt in quocunque amore, vt generaliter cecinit Torq. Tass. de quo honorificè meminit Claud. Bertaz in add. ad cons. criminal. patr. cons. 228. sub lit. 3. lib. 1. crim. vt supra in tract. de profecto Iud. ca. 3. num. 102. dum ipse in Torismondo suo di-
27 cit se existimare inhonestum formam † honesti accipere causa amoris,

Estimai ch'oue è scritto, oue s'intenda
D'honorata amicitia il caro nome,
Quel che meno per se parrebbe honesto,
Acquisti d'honestà quasi sembianti.

sed præcipuè in amore mulieris, quia cum illius turpitudinis sint quinque gradus, Visus,
28 † Alloquiū, Tactus post oscula factū de quibus sensit Horat. lib. 1. Od. 13. vbi interpretes sup illis verbis, Quinta parte Veneris, no. sufficit primus gradus, ad mutādam vocem iudicis. Nam vt inquit Aristot. de Animal. li.
29 5. Motus † ad coitum mutat vocem in ore.

Hæc omnia procedunt absque aliqua cōtradictione in casu claro, in casu autem du-
30 bio sunt qui tenuerunt fauendū esse † amico: huius sententiæ fuerūt Chylo Theophrastus, & alij, vt refert Aul. Gal. noct. attic. lib. 1. cap. 3. glo. in cap. nisi, per illum tex. de offic. deleg. sequitur Paris de Put. in tractat. de Synd. in verbo, pœna, nume. 1. & ista videtur communis opinio, vt post Io. And. Bald. Dec. Ias. Neuiz. Corad. & alios dicit Corat. de elect. opin. in tit. cōmunis opinio, quand. attend. sit, num. 172. quibus addo præceptorem præceptoris mei D. Alex. Strat. in sua pract. cap. 23. num. 54.

Sed sicut Anto. Mar. Corat. in d. loco non placuit hæc opinio, ita & mihi displicet.

Primò; quia dum Iudex in dubio † fouet amico dicitur auferre ius alterius partis, vt dicit Corat. in d. loco, nu. 176. per text. in d. capit. quatuor.

Secundò, quia fauere amico est actus pri-
32 uatæ personæ, & Iudex debet † iudicare, vt persona publica l. illicitas. §. veritas, cum ibi. no. ff. de offic. præsid.

Quartò

Quartò, quia Iudex debet esse medius in
33 ter † partes.l. nullus. C. de iud. l.vbi. C.de falsi.Prob.ad Monach.in ca.cum æterni,nu. 7.de senten.& re iud.& ob id iud. dicitur tu
34 tela publica † in medio posita, vt dicit Paris de Put.in d.tract.de Synd.in Rub.de off. iud.num.2.& Spec.de aduoc.§.5.sub nu.13.
35 Quintò,quia est prohibita acceptatio † personarum in iudicio, vt habetur latè per Damohud. in locis comm.fol.1.cum plur. seq.

Sextò,quia sententia est bonum,quod expectatur ab intellectu,non à voluntate,quia
36 † est bonum veritatis, quod est intellectus, vt apud Philosoph.in 6. Ethic.

Sed dicet aliquis quid erit agendum in
37 causis huiusmodi? Hoc opus, hic †labor est vt dicit Poeta, & è nostris Stephan. Cost.in tract.de Lud.§. 1.numer.2. Albert.Brun.in tract.monet.in princ.sub nume.17.ideò pro resolutione videndum est. Primo quid sit dubium: Secundò, circa quæ dubitari contingat. Tertiò, in quibus terminis intelligatur proposita quæstio. Quartò, quid circa illam sentiãt DD. Quintò demum quid dicendũ.
38 Dubium,quod est, quando sunt † hincinde argumenta pugnantia l.,. Licinius.ff.de fideicom. lib. quia dubitare est mediũ inter scientiam, & ignorantiam,vt plenè declarat Gemin.in cap. in fidei fauorem, circa med. de hæret.in 6.pro quo facit Bald. in l. 2. de leg Ias.in l.1.ff.de transact. is namque dubi
39 tare dicitur, qui non applicat † magis animum suum ad vnam partem, quàm ad alteram secundum Bart.in l.admonendi,nume. 20 ff.de iureiurã. & q; concursus scientię,& ignorantiæ requiratur, quãtum est respectu scientiæ patet, quia nemò applicat animum
40 suum ad pœnitus † ignota,vt dicit And.ab Ex.in tract.de pact.nume.73.respectu verò
41 ignorantiæ continuus motus intellectus† fatis ostendit, is enim inuento bono veritatis quiesceret, vt sup.dixi ex Philos.in 6.Ethic. & vtrumque dictum probatur in l. antiqui. ff.si par.hæred,pet.in illis verbis rationabili-
42 ter † dubitat: tex.est similis in l. an inhabilis.ff.de accept.

Nunc videamus, circa quæ contingat dubitari: Et breuiter dico, quòd dubitare con-
33 tingit † in persona, in facto,& in iure,simul & hic casus non est præsentis quæstionis, quia expeditũ est,hoc casu nullo modo procedẽdum ad sententiã 30.q.5.c. iudicantẽ.

Secundò dubitare contingit in persona tantum, & hic non est casus noster,quia dubium non est respectu sententiæ ferendæ, quia hoc casu illa certa fieri potest, 5.q. 5. cap.quidam.

Tertiò dubitare contingit in facto tantũ, & hic pariter non est casus 11.q.3.cap.gra-
44 ue,& iste casus non habet difficultatẽ,† quia si tolli potest dubium facti,debet tolli. §. cũ ex aliena materia ibi, si ea species ad priorem,inst.de reru diuis.& si non potest tolli, media via eligenda est. §. duorum materiæ inst.eod.secundum prædicta intelligo illam conclusionem,quę habet,quòd in dubio me
45 dia via †sit eligenda iur.alleg.per Corat.in dicto loco.

Quartò, & vltimo contingit dubitari in
46 iure, hoc est quomodo iudicandum sit † super facto iã certo, & hic est casus super quo alij dixerunt,quòd Iudex debet amplecti eã partem,quam sibi dictat conscientia, Alij fauendum habenti aliquam regu. iur.pro se. Alij consulendum esse principem, Alij recurrendum ad stylum, & consuetudinem. Alij procedendum de similibus ad similia. Alij benigniorẽ partem amplectendã. Alij pronunciandum pro reo. Alij inhærendum proprietati verborum. Alij hortandas esse partes ad concordiam. Alij mediam viam eligẽdum. Alij liberum iudici esse iudicare iuxta velle suum. Alij alia dixere, vt colligitur ex Io.à Capistr.in Spec.consciẽt.in ver.Restat, & c.num.43.& Corat.in d.loco.

Mihi autem,si licet in tanta varietate opi
47 nionum sensu meo abũdare †ad ea quæ dicit Apost.ad Rom.cap.14.& scribit Io.à Capistr.in d.uer.restat,num.43. Nulla istorum opinionum placet:Cæterorũ opiniones impugnat Corat.& in hoc eius sententiæ ad-
48 hæreo; in quantum verò tenet,quòd † in dubio media via sit eligenda discentio, si dubium sit in his quæ sunt iuris.

Aut enim pœnes animum iudicis rationes sunt pares, & tunc dico, quòd Iudex nõ potest pronunciare, quia indubitatè prius cognoscendum,& postea pronunciandũ. Non cognoscit, quia intellectus quiesceret igitur non potest iudicare,facit tex. in §. responsa prudentum inst.de iur.nat gent.& ciuil.Paris de Pute.in tracta. Synd.in ver.instantia, ver.Nam si partes, & cap. . . num.5.

Aut rationes alterius partis præponderant

tant pœnes animum iudicis, & tunc debet
49 pronunciare,vt consciẽtia † dictat,quia (vt
dixi,in opinionum varietate, licet abunda-
re suo sensu,pro quo dicto allego.Bal.in cap.
ne innitaris,nu.14.& 15. de constit. ex quo
constat id esse verum,& in foro conscientię.

In his casibus aduertant partes habere
Iudicem præcipuè beneuolum (dicunt om-
nes)& ego dico, quòd hoc est bonum consi-
50 lium in omnibus † D.Stiat.in prax. cap.23.
num.55.Sed præcipuè in his, sed non vt fa-
ueār, sed quia sermo,& illius vis perit, dùm
51 benignus † non præstatur auditus,Spec. de
aduoc.§.5.num.1.quæ vis est pro iudicio in-
52 tellectus, Moron. de fid. † treug. & pac. q.
121. num.15. quia sicut dùm placet,qui lo-
53 quitur, facilius † quod perit assequitur. 1.q.
1.cap. Christi Sacerdotes, & de re iud.in 6.
cap. Apostolicæ;ita è contra difficilius obti-
net, qui iudicem beneuolum nō habet,quia
54 idem operatur oppositū † in opposito,quod
propositum in proposito,& è contrà l.fin.§.
fin.ff.de leg.3.l.secundum naturā. ff.de reg.
iur.& propterea aduertant litigantes, ne eli-
gant agentes,vel procuratores, vel aduoca-
55 tos nescientes habere † modum, & volen-
tes vincere fastu, quia hic est modus pericu-
losus.

Iudices autē in omnibus, sed præcipuè in
56 his †causis caueant ne decipiātur, spe,gau-
dio,dolore, vel pudore,Io.à Capistr.d.Spec.
conscientiæ.in princ.nu.269.caueant à pec-
57 catis, propter quæ nescimus † sæpè resolue-
re dubia, Bald.in cap. procurator, col.6. de
elect. Corat.in d.tracta.de elect. opin.num.
167. quia omnis veri cognitio à Spiritusan-
cto est,qui non intrat in animam maleuolā,
vt per Neuiz.in Sylu.nupt.lib.6. num.5.ca-
ueant ab illa imagine, quæ prima fronte ex
primis verbis inconsideratè, ex nimia credu
litate, imaginatiua animi facultate appre-
hensa,sæpè decipit, quæ per translationem
58 impressio † dicitur. Nam sicut impetus ille,
quem facere solet acies benè instructa, qui
59 impressio dicit̃, † vt est videre apud Cicer.
pro Flac. ita hæc sæua tyrana rationis, pro-
pter impetum, quem facit contrà cognitio-
nem ipsius veritatis, impressio dicitur.

His remotis assumant bilanciam iustitiæ
vt 45. dist.1. c.omnis qui, & ex. de re iud.
cap.cum æterni,lib.6.& illi, non voluntatis,
60 † sed rationis arbitrio fundamenta vtriusq;
partis appendant, vt 24.q.1.cap.non offerā
mus Spec.de aduoc.§.6.num.21.

Talia aūt fundamēta diuersis ex fontibus
61 trahūtur,vt patet † ex his,quæ post Aug. &
Themistocl. è nostris tradit Pet. Anton.Ga-
mar.in dialect.leg. in prima diuis. oper.fo.3.
& Caccialup.in tract.de feud.art.4. num.5.

His peractis fortiora,& potiora attēdant;
considerabilia autem fundamenta erūt om-
nia,quæ deduci poterunt in argumentum;
quia prò eis stat reg. quòd omnis bona ratio
62 † argumentum,vt dicit And. Barb.in tract.
de test. nu. 12. sed fortiora attendenda, erūt
ea ad quæ non inuenietur responsum con-
gruum,consideratis omnibus modis quibus
argumenta solui possunt, de quibus modis
63 egregiè † loquitur Specul. de disput.& alle-
gat.§.4. vbi ponit quædam Carmina, qui-
bus addo, quæ habentur per Neuiz.in Sylu.
lib.1.fol.103. nume.191. vbi inuehit contrà
64 ignorantes dantes † responsiones fugitiuas,
& ea quæ traduntur in Syntax. art. mirab.
lib.17.cap.21.22.& 23. cum simil.

Nvnc breuiter videāmus,quomodo odiū
dicatur Infirmitas huius oculi iustitiæ, & bre
uiter dico, quòd hoc constat ex pluribus.
65 Nam si non videt † iratus Io. cap.2.si

Impedit ira animum, nè possit cernere verum,

secundum Cat.si nulla via celerior ad insa-
niam, quàm ira, secūdum Senec.li.2.de ira,
si turbat festuca in oculo, quanto magis o-
dium, eosdem producit effectus, quod est
66 ira ex pluribus † causis collecta, diuturno tē
pore perseuerans secundum Ciceronem in
4. Tuscul. & habetur in Syntax.art.mirabil.
lib.39.c.28.& sensit Apostol.ad Ephes. ca.
67 4.dum dixit Sol non † occidat super iram
vestram,& etiam comparatur Trabi secun-
dum August.in S. Matth. c. 5.

Magnitudo huius infirmitatis probatur
68 primo, quia cum tres sint † furiæ inferna-
les,quæ hominem exagitant,ira cupidas, &
libido, & peior sit ira, quia aliæ duæ consi-
stunt in appetitu boni hæc in appetitu mali,
consequens est,vt multò peior furia sit odiū:
69 magna est illa infirmitas † quæ immutat fa
ciem secundū Hyppocratem,hoc efficit ira,
& multò magis odium, & probatur ex Ioā.
Grisost. in S. Matth. cap.5. dum de ira, in-
70 quit os spumat, † ignem emittunt oculi,tu-
ment vndique vultus,& Ouid.

——Nigrescunt sanguine venæ,

Ex

Ex his constat, quòd nullus carcer ratio-
71 nis profundior inuenitur odio, & nulla † via
magis apta ad peruertendum humanum
iudicium datur. dict. cap. quatuor, & sensit
Aristot. in 1. Rhet. & vt sub nomine infirmi-
tatis, & illius similitudine procedam, hoc pa
72 tet etiam ex eo, quia † plaga quæ non do-
let putrida est. Et hæc infirmitas talis est,
73 quia qui odit non † dolet, vt docet. Aristot.
in 2. Rhetoric. exemplum habemus apud S.
74 Matth. cap. 17. ibi † sciebat enim, quod per
inuidiam tradidi. sent eum.

De Cupiditate. Cap. III.

Munera cuiuscunque generis ad iudicia humana peruertenda apta esse, egregie demonstratur.

SVMMARIA.

1 *Ramus aureus, quo multi dicuntur ducti ad infernũ in moralitatem reducitur.*
2 *Oculi infirmitas propria, cupiditas.*
3 *Munera excæcant oculos.*
4 *Munerum acceptator egregijs medijs damnatur.*
5 *Munera diligunt omnes.*
6 *Cupiditas dat veniam coruis.*
7 *Prouerb. sus vas olei fregit.*
8 *Munera cur peruertant iudicium.*
9 *Exempla ad ostendendum, quod muneribus iustitia suffocatur.*
10 *Samuel nunquam munera accepisse legitur.*
11 *Munus quotuplex.*
12 *Munus ab obsequiò quid.*
13 *Inimicitia inter munus ab obsequio, et iustitiã qua.*
14 *Prouerb. Obsequium amicos veritas odium parit.*
15 *Exempla ad ostendendum, quòd veritas odium pariт.*
16 *Galatæ cur persecuti fuerint S. Paulum.*
17 *S. Ioan. Baptista cur capite priuatus fuerit.*
18 *Calistonem reprehendit Alexander Magnus, & cur.*
19 *Munus à manu quid.*
20 *Pecuniæ obediunt omnia.*
21 *Pecunia laus.*
22 *Clementis Septimi responsum egregium ad cognoscendum iustos iudices.*
23 *Munus à lingua quid.*
24 *Tex. in d. cap. quatuor intellectus nouus.*
25 *Fauor quid.*
26 *Fauor duplex.*
27 *Ratio est anima legis.*
28 *Fauor singularis dicitur odium.*
29 *Fauoris ad iniustitiam consequentiæ pessimæ.*
30 *Iniustitia facit vacillare corda subditorum.*

SEcundam speciem infirmitatis,
quam mixtam vocaui, siuè secũ
dum impedimentũ iustitiæ est
ramus aureus, de quo Claud. lib.
1 3. de rapt. Proserp. quo † freti multi ducuntur
ad infernũ, & remanẽt in fabula; hoc est de-
cipiũtur: est inquã cupiditas, q̃ propriè infir-
2 mitas oculorum † dicitur. Nam oẽ quod est
in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut
oculorum, aut superbia vitæ secundum San
ctum Ioannem, & patet quòd cupiditas ca-
dit sub concupiscentia oculorum, vt animad
uertit Gaspar Loarte in libello de reme-
dijs tentationum, dùm loquitur contra aua-
ritiam, & apertiùs probatur Prouerb. 10. vbi
3 dicitur, quòd munera † excæcant oculos sa-
pientum, & mutant verba iustorum, & Pro-
uerb. 17. Impius accipit munera de sinu, ut
4 peruertat † iudicium, & Isa. 5. veh qui iusti-
ficatis impium pro muner. & Isidor. lib. 3. de
summo bon. inquit; quòd diues citò mune-
ribus corrumpit iudicium, & clamat Innoc.
in libr. 2. de uil. cond. hum. quòd propter
munera non attẽditur, quòd ratio dictet, sed
quòd voluntas affectet: Non quòd sentiat;
sed quòd mens cupiat: non quòd liceat, sed
5 quòd libeat: & Isa. c. 1. dicit, oẽs † diligunt
munera, & sequunt retributiones; & de hac
cupiditate cecinit Iuuenalis, Saty. 2. fol. 1 r.
6 *Dat veniam † coruis, vexat censura columbas,*
& est text. in d. cap. quatuor, cui addo text.
11. q. 5. cap. pauper, & cap. qui rectè, & quæ
habentur apud Mich. Proph. cap. 3. & hæc
omnia pueris vulgares notissima sunt: Hinc
7 illud prouerbium: Porcus vas olei † fregit, de
quo in Specu. iud. nume. 19. His accedit ra-
8 tio, quia ille cui dat donatori exhibere † re-
uerentiam compellitur, 8. q. 2. cap. illud qui-
dem, & ita munera inclinant vim auctorita-
tis iudiciariæ, vt dicit Sanct. Ambros. super
Epist. ad Corinth. 1. Exempla plura possunt
adduci: Sed singulare exemplum habemus
lib. 1. Reg. cap. 8. vbi, quòd, cum Samuel po-
9 suisset filios † suas iudices super Israel, acce-
perunt munera, & peruerterunt iudicium:
simile exemplum legitur in 2. Reg. cap. 16.
de Dauid, qui iniustè protulit sñiam contra
Mephiboseth absentẽ ad verbũ sibi exuuia
offerentis; & vim munerum cognouit Sa-
muel, qui regnauit annis viginti super Israel,
10 & nunquam † legitur accepisse munera, vt
in lib. 1. Reg. cap. 12.

sunt

Hæc infirmitas est multiplex, ut ied Esa.c. 33. describens virum iustum, eum iustum vocat, qui excutit manus ab omni munere: mu-
11 nerum autem † acceptiones tres posuit Isidorus lib. 1. de summ. bon. sed est tex. in d.c. sunt non nulli. 33. q. 1. quridicit, quod aliud est munus ab obsequio: Aliud munus à manu: Aliud munus à lingua. Munus ab obse-
12 quio est subiectio † indebitè impensa: d.ca. sunt nonnulli. Hoc munus est inimicum ca-
13 pitalissimum veritatis, quia † illius filia est amicitia, quę est inimica capitalissima ipsius odij, filij ipsius veritatis, iux illud, Terent.
14 obsequium amicos, † veritas odium parit: exemplum habemus lib. 3. Reg. cap. 22. vbi q Propheta Micheas fuit à Rege Achab:
15 carceratus, quia sibi dixerat † veritatem; simile exemplum habemus apud S. Paulum ad Galat. ca. 4. vbi quòd Galatæ persequuti fuerunt S. Paulum vehementi odio propter
16 veritatem † quam dixerat illis: aliud exemplum est apud S. Marcum cap. 6. vbi Herodes fecit decapitari S. Io. Bapt. quia in verita
17 te † reprehēderat illum: possent adduci alia exempla, vt exemplum Calistenis Philoso-
18 phi, qui reprehenderat † Alex. Magn. quòd se adorari fecisset, & similia quæ omitto.
19 Munus à manu † pecunia est, inquit tex. in d. cap. sunt nonnulli: huic omnia obediūt,
20 vt † Eccles. cap. 10. Hæc secundus sanguis, hæc vita hominis vocatur, hæc fideiussor fu
21 turæ necessitatis dicitur, & multis † alijs epithetis decoratur l. aduocati, vbi glos. de aduoc. diuers. iud. l. fi. §. fin autem, de bon. aut. iud. possid. prosequitur Gerard. in sing. 73. & Ioan. And. in add. ad Specul. tit. de sent. in §. species, in ver. est autem differen. colum. 4. de reb. eccles. non alien. plura ponit Cassan. in Catalog. Glor. Mund. in vlt. par. consider. 54. per totū, & Thom. Act. de Lud. Scach. in 11. q. princ. num. 32.

Hinc Clemens VII. Pontifex Max. ouidā
22 † instanti, vt † præponeret amicum suū gubernio cuiusdam loci, protulit illa uerba, *et me sta forte al danaio?* vt refert Alex. Sciat. in pract. cap. 24. sub num. 24. vbi etiam paulo supra num. 10. ponit plura facientia cōtra auaritiam iniquissimorum Iudicum.
23 Munus à lingua † fauor est d.c. sunt nonnulli, hæc species infirmitatis in oculo nostro est aptior ad nocendum, & peruertendum humanum iudicium, & ideò magis frequentat, & magis timor, & iure meritò tex.
24 in d. cap. 4. eam † reseruauit in fine, attendē do magis, quòd est in aptitudine, quàm id quod est in actu l. 1. §. quotidiana. ff. de acq. r quot. & æst. cum simil. de quibus Andreas ab exea in tract. de pac. in princ. nu. 5. 6. 7.
25 Fauor autem est † vox benè præcans alicui, siue alicuius commodum, & laudem tenens: est autem duplex fauor, rationalis, &
26 † irrationalis: fauor infirmans, fauor irrationalis est, ratio est, quia cum irrationalis sit animam inficit ipsius legis, idest rationem,
27 quæ † est anima legis, Ias. in l. qui quadraginta, nu. 3. ff. ad S.C. Treb. ideoque & talis
28 fauor, non solùm fauor singularis † vocatur 63. dist. in cap. porrò; sed & odium dicitur. l. maximum vitiū. C. de liber. præter. & odiosus vocatur, Io. de Campeg. in tract. de stat. q. 29. num. 138. quia alterius iniuriam operatur contrà omnem legem, Io. Lecir. in tractat. de primogenit. lib. 1. q. 10. num. 6. & oc
29 cidit etiā animā † fautoris, cui in malitia sociatur 23. q. 4. c. ita planè, & c. à malis. Item aīam Iudicis, qui cōsentit, & aīam oppressi, qui plerumque odit, & quandoque armis sibi ipse ius dicit, vt pulchrè, & eleganter cecinit Torquat. in suo Goffr. cant. 5. etiam cō trà ipsos iudices, & eorum superiores, quia
30 iniustitia facit vacillatē † corda subditorum à superioribus suis, Paris de Put. in tract. de Synd. tit. An si res, num. 3.

De Timore. Cap. IV.

Timor quatenus aptus ad impediendum iustitiæ administrationem, ostenditur.

SVMMARIA.

1 *Timoris effectus.*
2 *Timor quid.*
3 *Timor quotuplex.*
4 *Timoris seruilis materia.*
5 *Timoris iudicialis materia.*
6 *Timoris naturalis materia.*
7 *Timoris casti materia.*
8 *Timoris mundani materia.*
9 *Timor mundanus cur cæcus dicatur.*
10 *Metus moralis deriuatio.*
11 *Terræmotus cur ad latera semper, moraliter traditio.*
12 *Tex. Ioan. cap. 12. moraliter perpenditur.*
13 *Iudicis perfecti Imago.*

Suc-

Succedit tertia, & vltima species infirmitatis in oculo nostro, quæ solutio continuitatis est, quam in-
1 ducit † timor, vt probatur ex Virgil. libro 12. Æneid. in illis carminibus, quibus timorem ob arpias visas timorisq; effectũ describit videlicet.

Postquam acies videt Iliacas, atq; agmina Turni,
Alitis in paruæ subitò collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per vmbras:
Hanc versa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertq; refertq; sonans, clypeumq; euerberat alis,
Illi membra nouus soluit formidine torpor:
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit;

2 Est autem timor metus mali † impendentis secundum Tull. in lib. Tuscul. quæst. vel secundum Aristot. in tertio Ethic. est expectatio mali: vel secundum Euripidem Poetam Tragicum timiditas est, quod maius est amittere, & quod minus est capere.

Et quia timeri possunt plura, timor quo-
3 que est multiplex † glos. in cap. eum qui de præbend. in 6.

4 Primus est seruilis. de quo † habetur vigesimaquarta quæstione quarta. cap. hæc autem. §. 1.

5 Secundus initialis, de quo legitur † de pœnit. distinct. 2. c. hæc quæ, ant. fi.

Tertius est filialis, de quo legitur vigesima tertia quæstione sexta. cap. Schismatici, per totum illud capitulum.

Quartus est timor seruilis, qui interhomines, & homines reperitur, de quibus tractat Aristot. in tertio Oeconomic. dum distinguit inter timorem filiorum ad patres, Ciuium, ad præsides, & timorem seruorum ad Dominos, ciuiumq; ad Tyrannos.

6 Quintus est timor† naturalis, de quo septima quæstione prima. capitulo vlt. in fin.

7 Sextus est timor, qui vocatur castus † de quo vigesimaquarta quæstione quinta. cap. vlt.

Septimus est timor, qui timor mũdanus di-
8 citur, de quo † loquitur text. in d. cap. quatuor. & habetur quadragesimaseptima distinctione, capit. sicut ea. 11. quæst. tertia. capit. quisquis, & decimasexta quæstione. cap. 1. circa med.

Hic timor apud Lucanum lib. 6. & inter
9 Epith. Textoris, † cęcus vocatur, quia obcęcat oculum ipsius iudicis: & dicitur
10 † metus, quasi mentem tenens secundum Glos. in capit. ad audientiam de his quæ met. ca. fi. Hic est de quo agimus.

Huius timoris figura est tertię motus; quia
11 sicut nunquam † fit sursum, vel deorsum, sed semper ad latus: sic enim vapor ille mouetur, vt infra probabitur, ita motus quem facit in corde iudicis hic timor, nunquam fit sursum respectu, scilicet, Gloriæ Cęlestis, nunquam fit deorsum, scilicet respectu pœnarum æternæ mortis, sed semper fit ad latus respectu huius mundi, hoc probatur in text. in dicto capit. quatuor, & habetur in Sum. ab exemplis lib. 1. de Cœlo, & element. cap. 79. & ab effectu ipso apud Diuũ
12 Ioannem. cap. 12. vbi † constat, quòd talis timor operatus est multa, in illo diabolico consilio, in quo actum fuit de morte dulcissimi Domini Nostri Iesu Christi, vt probatur in illis verbis: *si dimittimus eum sic, omnes gentes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.*

Ex his cum laude Dei sum expeditus de præsenti tractatu de impedimentis iustitiæ,
13 quæ omnia simul probatur ex figura † perfecti iudicis, quę ideo cęcum descriptum fuisse (teste Plutarco) traditum est, vt ostenderetur eum alienum esse debere à prædictis infirmitatibus, qui iudicare vellet.

Hactenus de infirmitatibus oculi Reipublicæ superest; ideo, vt de remedijs pro complemento, iuxta promissa, breuiter videamus.



IOAN.

IOAN. BAPTISTÆ CAVATII

I.V.D. Bononien. & Aduocati Mediolanens.

OCVLVS REIPVBLICÆ,

Siue

DE REMEDIIS CONTRA IMPEDIMENTA Iustitiæ.

PRÆLVDIA.


Cap. I.

ARGVMENTVM.

Præuia breui præfatione remediorum generalium cõtra impedimenta iustitiæ, ordo dicendorum circa specialia Collyria subijcitur.

SVMMARIA.

1 *Curatio vera per abscisionem causæ.*
2 *Peccata sunt illa, quibus infirmatur oculus Reipublicæ.*
3 *Præceptum diuinum lucidum illuminans oculos.*
4 *Apollinis responsum datum Lacedemonis circa electionem Regis.*
5 *Error Principis in eligendis iudicibus.*
6 *Actus consecutiui à primis regulantur.*
7 *Prouerb. Collyrio vnico omnium oculos mederi.*
8 *Medicina adhibenda est similis morbo.*
9 *Poma, quibus Athalantæ cursus dicitur impeditus in moralitatem referuntur.*
10 *Medicina duplex.*
11 *Vita subditorum stat in oculis Principis, quod nouè, & curiosè comprobatur.*
12 *Oculi simplicis moralis, & ingeniosa expositio.*
13 *Cæci cæcum ducentis, moralitas noua.*
14 *Collyrium quid.*
15 *Collyriorum species, & nomina.*



1 GALENVS inquit, quòd vera curatio est † per abscisionem causæ, quod probari dicitur in l. 2. C. de pet. bon. subl. lib. 10. vt notat Ioan. de Plat. quem refert Cagnol. in Rub. de reg. iur. num. 26. Patet autem quòd
2 peccata sunt illa, quæ inducunt † infirmitates in oculo Reip. iuxta illud, excęcauit eos malitia eorũ, vt Sap. 2. & illud ambulauerũt vt cęci, quia Domino peccauerunt, vt Æg. 1. ideò facilis est curatio, si seruentur præcepta Domini, de quibus scriptum est, præce-
3 ptum Domini. † Lucidum illuminans oculos, vt Psal. 18.

Eadem ratione posset dici, quòd remediũ contra prædicta impedimenta sit in manu Principis eligentis, si ipse eligat viros bonos.

Hoc remediũ comprobatũ est ex his quæ tradit Iustinus Historicus lib. . . vbi dicit quod moniti fuerunt Lacedemoni ex responso Apollinis, quod non deberent eligere Regẽ
4 † claudum, quia claudicante Rege claudicaret, & regnum; quod successit Agesilao regnante ob mortẽ Ægidij fratris sui: is. n. erat breui statura corporis, & altero pede claudus, vt ibi, & in eius vi. apud Plut. ita enim dicam ego, claudicante Principe circa electionem iudicum, necesse est, vt iura claudi-
5 cent † partium.

Sed quia speciales quasdam infirmitates adduxi, conueniens est, vt de singulis, & præcipuis adductarum infirmitatum remedijs hoc loco agatur, vt actus consecutiui à
6 primis causis † regulentur l. Polla. C. de his quib. vt ind. ne etiam vno Collyrio omnium
7 oculos curare videar, contra † commune prouerbium, 29. dist. c. necesse. Rip. de pest. p. fin. ver. medicorum aux. num. 29. pag. 32. cum tñ medicina adhibenda sit, conueniẽs morbo,

8 morbo, vt † in auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. liceat igitur, & in auth. quib. mod. nat. lui. in §. illud tamen.

Sicut ego adduxi tria impedimenta; quibus impedirentur in cursu, hi qui recurrunt ad
9 ædes iustitiæ, qui iuridicè illi † tribus pomis, quæ impediuerunt in cursu Atalantã Iasij Argiuorum Regis, siue vt alij volunt. Scheni Regis in Scyro insula filiã, de qua Ouid. lib. 10. metam. & in Epist. similia post sunt dici iux. elegantissimè excogitata per Aug. in 7. de Ciuit. Dei, quem refert Alber. de Ros. indict. in verbo iustitia: ita collyria triplicis speciei afferam.

Cęterum, quia medicina est duplex, altera q̃
10 remouet morbum, altera, quæ † promouet ad perfectam sanitatem, vt quo ad naturalia docet Galenus in 12. method. medic. & quo ad moralia S. Tho. in Sum. p. 3. q. 8. a. 1. suprascriptis collyrijs, quibus infirma quæque Oculi Reip. sanãtur, remedia promouentia ad perficiendum subijciam.

Demum tertiò, & vltimò loco imitabor bonos medicos, qui antequam dimittant conualescentem, eidem in regulam victus vsum earum rerum, quę iuuant, & delectãt proponunt, Et quod superesit laboris huius certaminis naturæ, & artis, totum erit in Speculis, in aquis, & in floribus, in quibus, & Oculus ipse corporis sanus omne iuuamen, & omnem delectationem experitur.

Inter ea, quæ dicturus sum, vt supra, multa respiciunt personam Principis: propterea rogo, vt ipse non dedignetur ea reuidere, propter vitam subditorum suorum, quæ
11 stat in Oculis † suis: idest in Iudicibus: nã iustitia est anima Ciuitatis, vt dicit Alberi. in Dictionar. in verbo iustitia, & anima in oculis dicitur inhabitare, per Pier. Valerianum in suis Hieroglificis: Vnde si Oculus
12 fuerit simplex: idest Iudex fuerit rectus † & bonus, totum corpus lucidum erit, idest tota Respublica summo decore, & ornatu splendidissima; quia à recto oculo, à bono Iudice finis præstituetur bonus, vt probatur à contrario per figuram cęci cęcum du-
13 centis, de qua in Euãgelio, & † in cap. cum sit, in fi. ext. de ętat. & qualit. & in c. translationem, de renunt. lib. 6.

Collyrium igitur, qđ est vnguentum ad Oculos instit. de rer. diuis. §. cùm ex aliena, & de acquiren. rer. domin. l. adeò §. cum quis. Ideo scriptum est in Apoc. c. 3. & registratum 50. dist. in c. huic etenim, vers. lippus itaq; collyrio iunge Oculos suos tripliciter distinguitur.

Collyriorum enim alia abstergunt, vt liuiarũ, de quo in Pharmacopea Florentina in. 2. p. in tract. de collyr. alia auferunt excrescẽtias, vt viridè Anthei, de quo Rasis in 9. ad Almansorem, in cap. ophtalmia, de qui-
15 bus omnibus † simul habet Basiliensis in antid. lib. 2. de Collyr. sect. 41. fol. 427. 428. 429. Prima collyriorum species primæ infirmitati, secunda secundæ, tertia tertiæ cõuenit. Ideo de his eodem ordine nunc erit dicendum.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Collyria moralia aduersus impedimenta iustitiæ, ex ordine aduersus infirmitates oculi Reipub. hoc est impedimenta iustitię metaphoricè ad illa, quæ adhibentur infirmitatibus oculi naturæ, curiosissimè excogitata, vtiliter subijciuntur.

SVMMARIA.

1 *Contraria contrarijs curantur.*
2 *Conseruatio fit per similia.*
3 *Collyrium morale contra infirmitatem amoris.*
4 *Voluntatis peccati pretium amaritudo.*
5 *Locus Thobiæ. c. 6. & c. 11. moraliter exponitur.*
6 *Locus Prophetæ Psal. moraliter consideratur.*
7 *Peccati vita delectatio.*
8 *Peccati mater voluntas.*
9 *Tex. in c. afferte, ext. de probat. moraliter exponitur.*
10 *Peccatum nihil esse curiosissimè, & moral. ex probatur.*
11 *Lis, quæ fuit coram Salomone inter matres contendentes morali expositione donatur.*
22 *Iustitia lætificat corda.*
13 *Lucis dulcedo quanta sit.*
14 *Cæcitatis miseria quanta.*
15 *Odij amaritudo quanta sit.*
16 *Odium, in quo grauius sit cęteris peccatis.*
17 *Lacus in 1. Reg. c. 12. moraliter expositus.*
18 *Dulce amicum naturæ.*
19 *Locus Iob. c. 31. moralitate donatus.*
20 *Hominem cur inermem natura pronocauerit.*
21 *Tunicæ durioris in oculo moralis expositio.*
22 *Natura Oculi calida, & cur.*

23 *Apum Princeps aculeo. cur careat.*
24. *Locus Iudib. c. 14. moraliter expoſitus.*
25 *Text. in c. 14. lib. 1. Reg. moraliter refertur.*
26 *Lutum, & ſputum, quo Dominus ſanauit Oculos*
cęci nati moraliter exponitur.
27 *Collyrium aduerſus cęcitatem auaritiæ, quale.*
28 *Collyrium contra infirmitatem timoris, quale.*
29 *Timor Domini illuminat, & roborat.*
30 *Figura piramydalis, qua omnis ſpecies viſui offer-*
tur, morali expoſitione decoratur.
31 *Piramydes Egyptiorum in moralitatem refe-*
runtur.
32 *Flammarum pars ſuprema moraliter perpenditur.*

PRimæ infirmitatis, ſcilicet amoris, radix
eſt delectatio, vt ſupra dictum eſt: q̄ dele-
ctatio dulcedine ſua hebetat virtutē viſiuā
in oculo Reip. Vt igitur iſta infirmitas tol-
1 latur; quoniam contraria contrarijs † curā-
tur, vt de pęnit. d. 2. in c. ſi quis. & inf. & ſi-
cut conſeruatio fit per ſimilia: ita curatio
2 per contraria, vt probat † Victorius Trin-
cauellius in primam fin. canon. Auic. c. 7.
quia contraria mutuo ſe expellunt. l. vbi re
pugnantia. ff. de reg. iur. l. Vranius. ff. de fi-
deiuſſ. cum ſimil. Iudex recipere debet iā
tam quantitatem fellis, quæ ſufficiat, debet
3 abſtergere † Oculum cordis felle, debet de-
guſtare per ſenſus interiores in amaritudi-
ne animę ſuę, amaritudinē, quę ab ipſa dul
cedine, ab ipſa infirmitate prouenit, q̄ tāta
4 eſt, vt de ea iuridicè dici poſſit. quòd illius †
dulcedinis pretium ſit ipſa amaritudo, re-
medium comprobatum eſt: Nā felle piſcis
ſanati fuerunt Oculi Thobiæ, vt Thob. c. 6.
5 & c. 11. tale remediū, vt à cęcitate, & ab a-
maritudine, q̄ ab ea ꝓuenit, nos liberaret,
vſus eſt Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, dum fel
6 potauit, vt ꝑdixerat Proph. in Pſal. 29. dū
dixit, Dederunt in eſcam meam fel &c. A-
maritudo autem iſta nunq̄ deficit in cor-
de, ſi perquiratur, quia benè vita peccati,
7 quæ delectatio † eſt, perit, & euaneſcit: ſed
conſcientiæ remorſus remanet viuus. Pec-
8 cati mater voluntas † eſt, remorſus verò
mater conſcientiæ; de vtroq; eſt locus, qui
propoſitę moralitati patet in c. affecte, ex.
9 de † præſumpt. Et ſi dicatur, ſi vita peccati
perit, ergo nihil remanet, dicam & id veiū,
ſed tamen remanet peccatum, quia pecca-
10 tum nihil eſt, iuxta illud, † & ſine ipſo fa-
ctum eſt nihil, ſi exponatur, ideſt peccatū;
Cum. n. nihil ſit niſi ratione boni, & pecca-
tum ab omni bono recedat, iure merito ni-
hil dicitur, vt pulchrè animaduertit Henr.
Farneſ. in libel. de peccat. imag. in primo c.
ad fin. Voluntas igitur ſupponendo † filiū
11 ſuum peccatum in deceptione conſcien-
tiæ, efficiet, vt illa quęrat filium remorſum,
& inueniat, vt iuſtitia ſuum habeat cōple-
mentum. d. c. afferte. Quanta verò amari-
tudo (ne à propoſitis terminis iuſtitiæ, &
cęcitatis recedā) ab ipſa delectatione pro-
12 ueniat, patebit, ſi perpendatur † dulcedo, &
lætitia iuſtitiæ, de qua Regius Proph. ceci-
nit dicens Iuſtitiæ Domini rectæ lætifican-
tes corda, vt Pſal. 18. & conſideretur, quā
grauis ſit amaritudo huius cęcitatis: Nam
cum ſcriptum ſit Eccleſ. 11. dulce lumen,
13 & delectabile oculis videre Solem, pariter
ſcriptum eſt Thob. 3. quale gaudium erit
14 mihi, qui in tenebris ſedes, & lumen † cęli
non video?
Altera infirmitas, quæ ſub hoc primo capite
cadit, eſt caligo illa, quam inducit odium:
quæ ſicut inducitur amaritudine illa, quæ
ſubeſt in odio, vt poteſt comprobari ex eo,
15 qđ legitur in Act. Apoſt. c. 8. in felle † ama-
ritudinis, q̄ pręcipuè eſt odij, ſicut illud vnū
hoc ꝑcipuum habet, qđ conſiſtit in appeti-
16 tu † mali; cum tn̄ alia vitia cōſiſtant in ap-
petitu ipſius boni: ita dulci liquore charita
tis abſtergenda eſt huiuſmodi infirmitas.
Huius rei exemplum ſit illud mel, quo il-
luminati fuerunt Oculi Ionathę, vt legitur
17 † in pri. Reg. c. 12. vnde cant. 5. comedi fa-
uum cum melle meo.
18 Remediū facile eſt: quia ſicut dulce † eſt
naturæ amicum: ita eſt facile homini eſſe
manſuetum, & amare, imo miſereri proxi-
mo ſuo, vndè Iob. cap. 31. Ab infantia mea
19 creuit mecum miſeratio, & de vtero † ma-
tris meæ egreſſa eſt mecum: & pp hoc di-
citur, qđ natura nō tribuit homini vngues
20 acutos, dentes † aduncatos, nec alia ſimi-
lia apta ad offendendum.
Hæc præcipuè procedunt in Iudice, qui habet
regere totum populum; hoc docuit natura
non ſolum in Oculo humano, dum durio-
21 rē † tunicam poſuit magis diſtantē ab ipſa
pupilla, & Oculi naturā calidā eſſe voluit,
22 vt latius dix. † in tract. de perfecto Iud.ce,
ſed etiam vſq; in brutis, & in apibus, quia
23 voluit Principem apum aculeo carere † c.
in apib. 2. q. 1. Patiſ. de Pur. in tract. de Sind.
in præfat. in tit. de excell Reg. num. 9. Hęc
poteſt exemplificari in melle inuento in
24 ore leonis, † vt Iudic. cap. 14. & in ſum-
mitate

mitate uirgæ, quam Ionathas intinxit in
25 mel,† vt primo Reg. cap. 14. Et hoc remedium probatur in auth. de mand. Princip. in §. præcipuè,& in cap. ita 23. q. 4. cum simil. quæ latius prosequutus sum in d. tract. de perfecto Iudice.

Secunda species infirmitatis, quæ cupiditas, dicitur, causatur ex opinata vtilitate, quã credit Iudex esse in pecunia arbitratur, atque ideo conueniens collyrium est illud, quod verus Medicus, D. N. fecit ex sputo,
26 & luto, & sanauit † Oculos cæci nati, vt apud S. Io. cap. 9. à Nam sputum significat abhominationem, lutum verò significat terrena, vt adnotauit Beizorius in verbo illuminare in fi.

Hoc igitur collyrium adhibendum est cõtra
27 hanc infirmitatem per meditationem † vtilitatis terrenorum, circa quam versatur ipsa cupiditas, quam natura ipsa docuit, quæ in ordine elementorum infimam terram posuit, & expressit Apostolus, qui terrena bona stercora arbitratus est.

Tertiæ deniq; infirmitatis collyrium confici
28 debere ex cinere mixto cum succo † cęparum, ex cinere memoriæ mortis, iuxta illud, & in cinerem reuerteris, & ex succo cęparum ex memoria pęnarũ inferni. Ex hoc etenim collyrio timor Domini oritur, qui sapientiam operatur, per quam oculus noster illuminatur, vt Eccles. 1. & non so-
29 lum † illuminatur, sed etiam roboratur, vt Eccles. 27. ibi, nisi in timore Domini tenueris te, & tali robore timor mundanus appellitur, & timor Domini liberè iustitiã operatur, vt in act. Apost. c. 10. hoc suadet natura, per quam factum est, vt omnis spe-
30 cies rei, quæ videtur, † perueniat ad Oculũ in figura piramydata, quę memoriam mortis, & pœnarum inferni secum affert.

Primo enim memoria mortis in hac figura continetur, vt potest colligi ex piramydi-
31 bus illis, quibus Egyptij Reges suos † in eorum corporibus sepeliendis honorare consueuerant, vt ait Plin. lib. 36. cap. 12. vbi dę sepultura Amatin Regis, & in lib. qui inscribitur funeral delli antiqui.

Sęcundo in eadem figura reperitur memoria
32 ignis æterni, cum omnis flamma † in ima sui parte latior, ad superiora deficiens oculis, in figura piramydali appareat.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Collyria moralia promouẽtia ad perfectam sanitatem subijciuntur.

SVMMARIA.

1 *Demonia septem cur Dominus eiecerit moraliter exponitur.*
2 *Qui in vno peccat omnium efficitur reus.*
3 *Impedientia ad perfectam sanitatem feruntur.*
4 *Cæcus moraliter, quis.*
5 *Lippitudinis infirmitas, quæ.*
6 *Lippitudinis causa, quæ.*
7 *Albuginis infirmitas, quæ: & eius causa.*
8 *Timor gelidus appellatur.*
9 *Exitus malus non seruanti pacta.*
10 *Collyrium contra lippitudinem.*
11 *Collyrij veritas probatur.*
12 *Pactum tanquam lex seruandam.*
13 *Pactum tacitum, quod sit.*
14 *Lucrari dicitur, qui voluntatem explet.*
15 *Constituenti se in necessitate non esse succurrendũ.*
16 *Salarium competens, quod dicatur.*
17 *Aduocatus non excusatur à negligentia, propter modicitatem Salarij.*
18 *Argumentum valet ab identitate rationum.*
19 *Vtilitas laboris aduocati consistit in puncto indiuisibili.*
20 *Iudicis opera non recipit diuisionem.*
21 *Aduocati pro modico consulentis diabolica cautela.*
22 *Aduocatus, qui parum, aut nihil accipit, cur multos habeat clientes.*
23 *Aduocati cito consulentis periculum.*
24 *Aduocatus auarus cur mollis in verbis.*
25 *Multitudo clientum, quomodo paretur diabolica cautela.*
26 *Iudex, qui recipit vltra id quod sibi debetur peccat moraliter.*
27 *Iudex dum quis fieri vult considerare debet quantitatem honorarij, etiam respiciendo futura tempora.*
28 *Prudens necessariò bonus.*
29 *Exemplum Virginum, quæ in Euangelio non receptæ dicuntur ad nuptias, moraliter refertur.*
30 *Iustitia iustitiæ clypeo, quandoq; venditur, & quando.*
31 *Menoc. locus de arbitr. Iudic. c. 514. in dubium reuocatur.*
32 *Actum faciens obligat se legi loquenti de illo actu.*
33 *Pacta seruabo, hoc dictum latissime exornatur remissiuè.*
34 *Vitia sæpe se virtutes mentiuntur.*
35 *Simulachrum iniustitiæ.*

36 Prosopopeia iniustitiæ curiosissima ad furta Iudicū
37 Actus, quando adscribi debet causæ remotæ.
38 Nemo quærit, quomodo quis habeat, sed an habeat.
39 Sensus supra sensum nullam sensationem facit.
40 Voluntatem continere occasione parata peccandi, quàm difficile.
41 Malitijs occurrendum.
42 Tex. in Clem. 1. de renunt. intellectus remissiuè.
43 Collyrium contra albuginem moraliter affertur.
44 Charitatis effectus in timorem.
45 Zachei historia Euang. morali expositione refertur.
46 Arrogantia est causa albuginis Oculi Reip.

NVnc secūdo loco vidēdum est de promouētibus ad perfectam sanitatem; non. n.
1 dicitur pfectus, qui vndequaq; † perfectus non est, vt docuit Dn̄s, cum septem Demonia eiecit à muto, vt Mat. 12. & Marc. 5. vt exponit moraliter Rip. in tract. de remed. cont. pest. vers. sed quia vsu, nu 14. cui addo tex. qui benè seruit in arg in c. fi. n sub vers. si quis est auditor, de pęnit. dist. 1. vbi registrantur illa verba: qui totam legem ser-
2 uauerit, † & peccauerit in vno factus est reus omnium reus. De quorum sensu loquitur tex. in c. cōsidera, de pęnit. dist. 5. Et facit, quod virtutes sunt cōnexæ; qđ nemo potest habere vnam virtutem in actu, quo minus habeat alias. 32. q. 1. c. cum renuntiatur. tex est cum gl. in c. nisi, in . § porrò, de renunt. Et habetur per S. Tho. 2. 2. q 151.
Inter ea, quę habētur Exo. c. 21. in c. hinc etenim, & in cap. Sacerdotes. 49. dist leguntur
3 tria verba † pertinentia ad Iudicem: hæc aūt sunt, si cœcus fuerit: si lippus; si albuginem habens in oculo: Illa verba, si cęcus fuerit, non pertinent ad pręsentem discursum, qui nec supponit sanitatem: cęcus. n.
4 est, qui semitas † iustitiæ prorsus ignorat. Contra quæ facit illud 1. Reg. cap 2. ibi. Et impij in tenebris cōticescunt. Sed duo verba, q̄ sequuntur optimè faciunt ad propositum, & docent, quòd sub lippitudine, & albugine omnia rediguntur. Hęc duo prosequar, & in illis considerabo infirmitatem, causam infirmitatis, & superaddā remedia.
In lippis igitur oculis pupillæ sanæ sunt, sed non vndequaq; perfectæ †: quia palpebrę, humore defluente, infirmantes grossescūt. d. c. hinc etenim: hæc lippitudo. Defluunt
6 autem humores, † & guttæ sanguinis cadunt, cum labor in damno: hæc lippitudinis causa.
Albuginem autem, qui habet in oculo non
7 caret virtute † visiua, sed habet illam impeditā albugine illa: sic pupilla Oculi Reip. nigra videt albuginem tollerans arrogantiæ, sapientiæ nihil videt: efficitur. n. de illis, de quibus loquitur Apostolus ad Rom. c. 1. ibi Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt: hæc albugo, de qua loquitur tex. in dicto cap hinc etenim, & glo. in. l. cum quidam ibi, hoc patet lippis . ff. de verb oblig.
Albugo autem tunc prodit cum nimio splendore auctoritatis Oculus Reip. illustratur; hæc albuginis causa.
Hactenus vidimus mala impedietia Oculum Reip. ad perfectā eius sanitatem attingendam, & cum mali perscrutati sumus causam: modo summa pietate distinctè, & ordinatè remedia perquiremus, incipientes à primo malo, idest à lippitudine.
Ex fonte signato aquæ viuæ, ex ipsa Sacrosancta matre Ecclesia Cant. 4 Mat. 18. Io. 20. Et 24. q. 1. c. omnibus, & c. quoniam vetus profluunt duo fontes, alter inscribitur malus exitus, alter verò stulti facti sūt, & hi duo fontes sunt frigidi, ita ut nomen, & inscriptio illis conueniat, quia vna, &
8 altera resonant timorem, quem † gelidum appellant Poetæ. Lucret. lib. 3.

Nec gelidi torquet telis profixa pauoris

Ouid. in Epist.

Torpere gelido lingua retenta metu

Sex.

Omnis frigido exanguis metu venator horret.

& Mant.

Clausa dici frigente metu sincera voluntas,

Nam altera inscriptio commemorat minas, quas Aristoteles in Alex. protulit: cum dixit, Serua pacta, alias malus exitus tibi erit. Altera verò commemorat illud Apost. ad Rom. cap 1. dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Redeuntes vnde discessimus: Aqua primi fontis valet cōtra lippitudinē
10 informātesq; palpebras & † grositiem illā, quā inducit modicitas illa mercedis; & collyrium conficitur hoc modo, Recipe vnciam vnam aquę fontis, qui inscribitur malus exitus, & illā mitte cum oleo prudentiæ illius vendentis à quo sibi oleum emerunt prudentes Euangelicæ Virgines, confice collyrium, inunge oculos, & cessabit lippitudo. Hoc collyrium comprobatûr in indiuiduis terminis, ex his, quę scribit Menoc. in tract. de arbitr. Iud. centur. 6. cas.
11 5 1 4. vbi ex professo † agit de Salarijs Magistratibus, & Iusdicentibus à Principibus, & Dominis constituendis, & quę, & qualia

qualia illa esse debeant diligenter discutit, & examinat, & facit bonã distinctionẽ, cuius vtrũq; caput adducta ingredientia ad collyrium constituendum aduersus lippitudinem sic respiciunt, vt non possit impediri rationabiles progressus, quẽ inquirimus ad perfectã sanitatem oculi Reip.

Distinguit igitur Menoc. in duos casus principales, quos oportet, breuiter tamen ad propositum nostrum examinare.

Primus casus est, quando salarium erat tenue à principio, & hoc casu debet Iudex illud in mẽtẽ reducere: Fili illaqueatus es verbo oris tui, & sibi debet valde timere, si deficiat in aliquo, certus, quod non excusabitur, neq; coram Deo, neq; corã hominib.

Primo, quia pacto expresso ita conuenit, quod tanquam lex seruari debet l. 1. §. si conueniat. ff. de pact. l. contractus. ff. de reg. iur. Menoc. d. loco nu 16.

Secundò, quia conuenit † pacto tacito, argu.
13 tex. in l. si duo. ff. de acquir. hæred.

Tertiò, quia non potest conqueri de damno: quia satis lucrari dicitur qui voluntatem
14 suam † explet, vt dicit gl. finalis in l. pen. vbi Bar. Bal. & alij, qui hoc dicunt notandum. ff. de condit. caus. dat. Bal. in l. idem Iulianus. §. scio ex facto. ff. de legat. primo. Surd. in cons. 388. nu. 12. vbi allegat glo. in l. fin. ff. de vs. & habit. & Tiraq. in trac. de retrac. in prefat. num. 25. Neuiz. in consil. 74. nu. 13. Et hoc procedit, etiam si voluntatem explens remaneat in damno. §. præterea. Instit. de action. Soc. in rubr. ff. solut. matrim. num 69.

Quartò, quia non etiam esset habenda ratio alicuius damni: quia qui in necessitate se
15 ponit, non † est iuuandus. l. si fideiussor. §. si necessaria ff. qui satisd. cog. Menoc. d. l. nu. 16. Addo tex. in l. 2. in §. quod dicimus. ff. si quis caut. & in c. cum in veteri, circa fi. de elect. Et c. admodum. Idem Menoc. in d. tract. cas. 182. per tot. vbi materiam tractat necessitatis excusantis, vel non.

Quintò, quia illud dici debet competens sa-
16 latium, qđ à lege, † vel à Principe est cõstitutum, & statutũ. §. Notatiũ, de rescript. in 6. Menoc. d. loco num. 5. & sub nu. 12.

Sextò, & vltimò arguendo de Aduocato ad Iudicem, exẽplo Menoc. in d. cas. 514. vers. verum qñ, sub nu 9. facit, q̃ summa pietate scribit Ala de Aduocat. Christ. q. 15. vbi ostendit, non excusari Aduocatum; qui
17 propter † modicitatẽ honorarij, non versatur in causa accuratè & diligenter.

Et benè procedit argumentum, quia viget ra-
18 tionis † identitas. l. illud. ff. ad l. Aquil. vt scilicet nõ superfit reliquia laboris in vno, vel alio, quę non compræhẽdatur sub vinculo obligationis, & lege rationis. Sicut. n. opera Aduocati non recipit diuisionem ad ratam mercedis: quia tantum non affert vtilitatem pars separata, quantam vnita suo toto, arg. tex. in l. si non Sortem. in §. si centum. ff. de condit. iud. Ex quo vtilitas
19 ipsius Aduocati † consistit in puncto indiuisibili, hoc est in perfecta, & absoluta ex-
20 peditione causæ: ita † opera ipsius Iudicis non recipit diuisionem; quia oportet eum cuncta rimari. c. iudicantem. 30. q. 5. & vtilitas consistit in puncto indiuisibili, scilicet in absoluta inuentione, cognitione, & pronuntiatione veritatis.

Et licet simile desumptum ab Aduocato in praxi non recipiatur à multis: qui vix tantum laborent, quantum dutat sonitus ęris, & si seruiunt, seruiũt pro modo mercedis, falsas sibi constitueret Iustitiæ regulas super æqualitate dati, & recepti, tñ procedit argumentum, & subsistit fundamentum:
21 quia talis corruptela fundatur † in malitia aduocatorũ, de qua Bart. in l. oẽs populi, in 5. q. ff. de iust. & iur. Ias. in §. tripli, num. 30. inst. de act. Crem. sing. 73. nu. 7. Mandos in pract. commiss. form. 11. in verbo salarij.

Hæc autem corruptela multa habet fundamenta diabolica tñ hoc. n. faciunt mali.

Primo, quia qui minus † accipit plures habet
22 clientes: sed cur? quia plures decipere nouit.

Secundò, quia cito expedit processus, & ideo
23 iudicatur eruditus: sed cur? quia † nullus facilior exitus, quàm parolizationis, quæ pũctum non attingit difficultatis.

Tertio, quia liberalis, sed cur? quia mollis ad
24 tactũ, durus † ad morsũ, vt de vsurario dicebat Bal. quẽ retuli in tract. de cãb. Sed cur, quia quod vna vice non accipit, multiplicitatis vicibus rapit: & multa modica faciunt vnum satis. Sed cur? quia pretium
25 temporis, quod in multitudine † non suppetit, exigit: & sic pro non suo, sed cur? quia vt lupus paulatim ouem comedit. 23. q. 1. c. pri. Io. Andr. in c. 2. post prin. de ver. vulg. Sed cur? quia personatus incedit, sed cur? quia cautius furatur, sed cur? quia fatuorũ infinitus est numerus; qui existimãt,

q veritas, quæ in fundo putei Democriti latet, absq; debito splendore, absque auro eripiatur in lucem: sed vtriq; pęna condigna: quia puniuntur in eo in quo delinquerant, c. quãto de translat. Io. Andr. in c. 2. de supp. regal. prǽl. Host. in sum. §. 2. Aduocatus, quia non gaudet tertius hęres, vt in pǽrbio apud Petr. san. in sing. 73. & in his terminis apud Caroc. p. 1. tit. de sportul. q. 7. n. 55. Cliens aũt q̃a causã amittit. Ingrediens huius aquæ timoris fundatur in ipsa veritate: quia Iudex qui vltra quid re-
26 cipit mortaliter † peccat, & ad restitutionem tenetur. Abb. in c. pleriq; de immun. Eccles. Medin de restit. q. 25. col. 10 & non dissentit Menoc. d. cas. 514. nu. 7.

Secundus casus est: quando tempore suscepti impetratiq; officij salarium pro iniuncto onere erat adeo iustum, & congruum, vt ex eo Magistratus uiuere posset: deinde superuenit rerum caritas, & penuria, & huic casui occurrit ingrediens olei prudẽtiæ, quia ille, qui munus, vel officium, vel quærit, vel oblatum recipit, futura prudẽ-
27 ter prospicere † tenetur. arg. tex in cap. sine exceptione, ibi meliora prospiciat, & ibi: quod non sit dubium profuturum 12. q. 2. & turpe est dicere nõ putaiã, maximo quando cum tali putaram, est annexa aliqua improbitas: quia semper illud est testimonium imprudentiæ, vt voluit etiam
28 Philosophus eum dixit † prudentem non esse bonum impossibile esse, improbitas aut in eo est, quia non licet accipere Iudici I venales. C. quando prouocare nõ est necesse, Menoc. lare de arbit. iud. lib. 2. cas. 342. & latius post eum prosequitur Caroc. tit. locati, p. t. q. 7. num. 13. vbi facit conclusionem, & eam limitat, & ampliat multis modis, vt ibi per eum fol. 20. & seq. Et magis ad propositum pietatis iustitię, quã inquirimus seruit Exemplum olei pruden-
29 tię illarum quinq; Virginum, † quę ad missæ fuerunt ad nuptias, & defectus eiusdem olei illarum, quæ non fuerunt receptæ. Sic enim arbitror ego, quod si Iudex non ornauerit lampadem mentis suæ hoc oleo prudentiæ non excusabitur cum voluerit ingredi ad nuptias cęlestis sponsi huiusmodi fuga: quia processerit deglubendo oues Principis, expoliando litigantes, qui nec hiscere audebant, & sub clypeo iustitię
30 anhælantes ad luctum † iustitiam ipsam vendiderit propriè, & non quodammodo, vt dixit Menoch. in d. loco sub nu. 13. Nec enim rationes Menoc. satisfaciunt, sed existimo, quòd Menoc. hoc casu nimis adhæserit iudicibus, prout etiã multum, & forte
31 vltra quam par esset obseruasse mihi videtur in eodem tract. de arbit. iud. cas. 527. vbi licet videatur constituere regulam, q Iudex dona, & munera capere non potest, tamen tot subijcit fugas, vt & regulam destruere videatur, vel saltem illam ad naturam telæ aranearum sustinere, contra inferiores pedaneosq; Iudices tantum, & omnes rationes supra adductæ vrgent, & in hoc casu, nullaq; est differentia essentialis inter primum illum casum, quẽ mox examinauimus, & istum: quia Iudex recipiẽdo honorarium in executionem conuentionis, quam cum Principe suo tempore concessi officij iniuit, denuo intelligitur se obligare ad seruiẽdum ipsi Principi pro eo honorario: quia faciens actum se obligat legi loquenti de illo actu, iuxta Alex. in cons. 13. num. 9. & in cons. 157. col. penul. lib 2. & in cons. 44. num. 10. & in consil.
32 158. in princ. lib. 5. & † Crau. in cons. 186. num. 7. 8. 9. & seq. & ista est regula communis, vt per Cast. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. & posset exemplificari mille exemplis, & ideo perinde est ac si à principio conuenisset, & tempora non essent mutata, & intrant omnes rationes adductæ ex efficacia pacti, & conuentionis, quæ latissimo folio exornari possunt ex his, quæ ponit Christophorus Torniola in cons. 81. num. primo cum multis seq. vbi ad satietatem
33 † exornat regulam Pacta seruabo: hoc addito, quod si dum Iudex recipit, & apocam de recepto facit aliter sentit, toties decipit quoties accipit, & toties pœnam meretur, & incurrit, quoties Principi suo fraudulenter blanditur, & illudit. Et ita sentio, quicquid dixerit cõpater meus: maximè: quia non placent eius rationes vt supra, nisi quatenus, & Principis, & Iudicis culpam admittit: nec enim vnius culpa alterius culpã excludit, nisi talis sit, vt coactionem contineat, quæ cõsensum excludat, & rationes adductæ in contrarium non obstant.

Prima enim ratio est, quia Magistratus non tenetur seruare legem iniunctam, qualis est illas, qua cõstitutum est iniustum salarium; & hæc ratio aduersatur omnibus le-

gibus

gibus etiam naturæ virtute pacti, vt latè
34 probat † Torniel. d. conſ. 81. vbi melius exor
nat illam concluſionem, Pacta ſeruabo,
quam alius, quem viderim. Et huic repe-
titioni accedit auctoritas Menoc. in his ter
minis eo. caſ. paulo infra, nu. 16.

Secunda ratio, quia (inquit Menoc.) ſequere-
tur abſurdum, & iniquum, quod ſcilicet
hic, qui totam pœnæ inſumpſit ætatem in
huius officij adminiſtratione, & officio, qui
alioquin ſuam adoleſcentiam, & virilita-
tem vel in aduocantis, vel interpretis mu-
nere exercuiſſet, nunc cogatur officium
35 deſerere, & † quodammodo mendicare.
Sed ratio non eſt bona: quia abſurdius eſt
fidē fallere, & ſic ceſſat argumentum: tex.
eſt ſing. in l. ita vulneratus, Vbi Abb. de
Roſ. nos. ff. ad l. Aquil. & refert Euerar. in
centu. in loco, ab abſurdo, in fi.

Tertia ratio eſt, quia (inquit Menoc.) id eue-
nit culpa Principis, atq; ideo eius auaritię
adſcribendum eſt, ſi Iudex, vel Magiſtra-
tus cogitur quodammodo vendere iuſtitiā
36 Sed nec talis ratio eſt bona, quia † ſecundū
cū vnus peccat, & alius punitur, quod lex
abhorret, l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de teſt.
c. non debet de reg. iur. lib. 6. l. Sancimus
C. de pęn. cum ſimilib.

Quarta ratio eſt: quia (inquit Menoc.) excu-
ſandus Iudex, qui ab initio cogitare non
potuit ſalarij tenuitatem: Sed iſta ratio nō
37 eſt bona, quia non eſt ineuitabilis † neceſ-
ſitas, & ideo non excuſat. 5. q. 3. cap. ſi
egrotus, & multa ponit ad hanc rem fa-
uentia Menoc. in d. conſ. 182. per tot. &
vtrumq; malum poteſt euitari, & minus
eſt pati damnum crumenale, quam inde-
bitæ exactionis auctorem, & culpæ Princi-
pis participem fieri, tex. in c. duo mala 13.
diſtinct.

Et hæc eſt tutior pars; quia cum vitia ſæpe ſe
38 virtutes mentiantur, c. ſæpe † ſi diſt. & An-
gelus tenebrarum ſe transfigurat in An-
gelum lucis, auaritia, & eius Princeps Ma-
mona, vt apud. S. Math. c. 6. & no. Fr. Hie-
rony. Menghus in lib. qui inſcribitur Com-
pendio dell'arte eſſorciſtica lib. 6. c. 4. in 2.
par. pag. 502. vbi etiam de alijs criminib.
ſe iuſtitiam fingeret, & facili negotio de-
ciperet bonos, faciliori autem medio ma-
lè affectos, & ecce mihi iam videre videor
39 iniuſtitiam laruatam vmbra, † & larua hu-
ius opinionis, ſedentem in loco iuſtitiæ, &
talia graui (fraudulenti tamen methodo)
40 exponentem. Ego ſum Iuſtitia, quæ † ge-
nus è cœlo traho, modum, caramq; fidem
in genitores habeo, ſola incedo, quia copia
bonorum rara, toruo lumine conſpicio:
quia neſcia ſum lachrymarum, nec mo-
ueor precibus, & indignata puſillanimitate
tua, qui culpam times, vbi culpa non eſt
mota: tamen amore bonæ mentis tuæ, nè
diutius hæſitando rimulas pares errorum
moneo te, quod virginitas mea non lædi-
tur, dum illa ſine conſenſu meo, qui in iua
manu reperitur tolerat, quod alius tyran-
nus, auarus Princeps operatur, hoc eſt con-
ſecutionem reſidui deficientis mercedis,
arg. tex. 22. q. 5. c. magis, & c. ſeq. Imo ti-
bi dico, quod actus contrarius huic ſcru-
puloſæ menti tuæ erit actus iuſtitiæ, in tan-
tum, quod propter deſſenſum tuum, qui
non alias reciperet, ſi Princeps daret, vir-
ginitas mea illæſa ſeruatur, & meritum ca
ſtitatis meæ propter prudentiam tuam ad
conſilium meum excitatam duplicatur. 2.
q. 5. §. 1. Accipe igitur ſecurus; quia actus
41 non adſcribitur † cauſæ proximæ, quando
non operatur in abſentia remotæ, & eris
tutus in conſpectu Dei. Sed confidentius
age coram hominibus, Eia age; quia nemo
42 quærit in hoc † mundo, quomodo habeas,
ſiue per fas, ſiue per nefas, ſed an habeas,
& ipſa quæ ſcio, quod iuſtè habebis, non
ſolum ſilebo, ſed te vſq; ad æthera mea tol-
lam, & inter iuſtiſſimos, prudentiſſimosq;
Iudices te conſtituam. His molliter ſuffal-
tus facile eſt, vt conquieſcat etiam bonus
43 propter nimiam proximitatem, † ſui ad
ſeipſum, quæ impedit fieri ſenſationem
viſus, & eſt vulgare prouerbium Bononiē-
ſium; Ogn'vn s'inganna à partito: quia in
pareta occaſione habendi difficile eſt ita
44 renitti, quod voluntas † non adijciat ali-
quem conſenſum, vt de omnibus iuſtè ſuſ-
picari poſſe videatur. Et ſic ne recedam à
Metaphora virginitatis, quæ laruata iuſti-
tia in medium attulit, optimè facit tex.
in c. illæ famulæ 25. q. 5. & in c. ſi quis nō
iratus. 15. q. 1.

Cęterum quod attinet ad malos iam ratio ip-
ſa ſeipſam oſtentat, quia hæc eſt via aper-
45 ta malitijs eorum, quibus † pro virili pari-
ter obuiandum eſt. l. ſi legatarius. C. de leg.
Rain. da Forl. in l. omnes populi, ſub nu. 8.
ff. de iuſt. & iur. Pariſ. in tract. de reſign. lib.
3.

3.q.2.nu.5.& lib.1.q.25.num.41.& melius nu.51.vbi infert ad pulchram declarationem tex.in Clem.pri.de renunt.quæ multum confert aduersus interpretationē
46 † Statutorum, & legum pro licentia accipiendi munera,q̃ ponit Monoc.d.eaſ.527.
Redeamus nunc ad ſecundum caput, ſeu ad ſecundum impedimētum albuginis: aqua igitur ſecundi fontis valet contra albuginem, ſi collyrium conficiatur hoc modo. Recipe vnciam vnam aquæ fontis,quæ inſcribitur ſtulti facti ſunt, & quantum ſufficit de aqua calidiſſimi, & vbertimi fontis charitatis,de quo in c. in ſcripturas 8.q.1.concute ſimul cum luto,quo ſanati fuerunt oculi cæci Euangelici, & iterum concute, donec obruat frigiditas aquæ enuntiati fontis, iuxta tex.deſumptum ex Aug. in lib. de grat. & liber.arbit. in c. ficut ibi creſcit charitas, minuitur timor de pœnit. diſt.2. Iunge oculos, & ceſſabit albugo. Collyrium probatur ex reg. generali, quæ habet,quòd contraria contrarijs curantur, vt de pœnit. diſt.2.c.ſi quis. Et in hunc ſenſum caſum Zacloj interpretatus eſt Laodicenſe Concilium relatum in cap.affectum illum 16.q.7. nil enim magis contrarium arrogantiæ,in qua albugo conſiſtit,vt dicit tex.in d.c.hinc etenim,quam timor, quam charitas, & luti ex quo facti ſumus,commemoratio.

C A P. IIII.

De Speculis moralibus ſcripturę ſcilicet, & naturæ cum Iudicibus, De Speculis verò creaturæ cum Principibus ſic vtiliter tractatur, vt Iudices boni habeant vnde in bono confirmentur: Principes verò regulas, quibus ab iniuſtitijs malorū tutiſſimi reddantur.

S V M M A R I A.

1 *Speculum quid.*
2 *Speculum oculi Reip. triplex.*
3 *Locus Exod.c.36.moralitate refertur.*
4 *Iudices Sacerdotes largo modo appellari poſſunt.*
5 *Speculum ſcripturæ quid.*
6 *Speculum ſcripturæ pro oculo Reip.quale.*
7 *Speculum naturæ triplex.*
8 *Speculum rationis quale eſſe debeat.*
9 *Speculum ſenſualitatis,quale.*
10 *Aequitatis ſantaſticæ principia.*
11 *Locus Prophetæ in Pſal. 38. in moralitate relatus.*
12 *Thimagoræ dictum,contra opinantes duas ex vna lucerna naſci flammas.*
13 *Speculum carnis,quale.*
14 *Speculum creaturæ duplex, & quale.*
15 *Iudex bonus poteſt dici Speculum.*
16 *Alexius Ricaedus ſumma laude decoratur.*
17 *Specula reperiuntur decipientia, & qualia.*
18 *Speculum creaturæ,vbi reperiatur.*
19 *Princeps,quibus medijs poſſit bonos Iudices habere.*
20 *Princeps debet exaltare iuſtos.*
21 *Ordo ſeruandus in dignitatib.conferendis probere ponitur, egregijsq́, moralitatibus comprobatur.*
22 *Electio indigni,quanti ſit erroris.*
23 *Præmia ſtatuenda Iudicibus.*
24 *Expectatiuas iuſtè concedi.*
25 *Honorarium duplex Iudici quando debeatur.*
26 *Iudicem diuerſa officia exercere non expedit.*
27 *Oculus quandoq́, ſignificat dilectionem.*
28 *Oculus pro ſede gratiæ, & amoris paſſim in ſcripturis ponitur.*
29 *Nobiles ſolum ad officia admitti an expediat.*
30 *Princeps ad miniſteria Iuſtitiæ nobiliores ſemper eligere debet.*
31 *Progenies ruſtica neſcit habere modum.*
32 *Officia an temporalia,vel perpetua eſſe expediat.*
33 *Officia temporalia cur magis expediat conferre.*
34 *Officia an liceat,vel expediat vendere.*
35 *Iniuſtitiæ miniſtri in Curia Principis qui, & quales.*
36 *Princeps non debet conniuere errores ſuorum Iudicum, & cur.*
37 *Errores Iudicum diſtinguntur in duo capita.*
38 *Pœna commenſuranda eſt delicto.*
39 *Errores quibus Index priuari debet officio ſolum, qui.*
40 *Iudex negligens in officio,remouendus eſt.*
41 *Iudex inſufficiens remouendus.*
42 *Princeps in remouendo Iudice qualiter ſe gerere debeat.*
43 *Princeps contra Iudices baratarios, & doloſos, quam iuſtè ſæuire debeat, exemplis comprobatur.*
44 *Princeps non poteſt parcere baratario, & doloſo Iudici, ſine famæ iacturæ ſuæ.*
45 *Boni nō quærunt officia vbi mali imperant Iudices.*
46 *Pœna malis Iudicibus inflicta quantum proſit Reipublicæ.*
47 *Principes boni quandoq́, decipiuntur per malos Iudices.*
48 *Princeps debet audire quæ referuntur contra Iudices, & cur.*
49 *Benedicti Iuſtiniani Cardinalis ampliſſimi laus.*
50 *Princeps ignarus legum quomodo poſſit cognoſcere iniuſtitias ſuorum Iudicum.*
51 *Remedium tutiſſimum contra iniuſtitias Iudicum.*
52 *Iudex non debet exponere cauſam ſuæ ſententiæ.*
53 *Declaratur præcedens dictum.*
54 *Cautela vt conſtet Principi de cauſa ſententiæ abſque*

absque eo, quod detur materia impugnationis eiusdem sententiæ.

55 *Princeps, quomodo se habere debeat cum supremis officialibus in perquirendo rationes eorum sententiarum.*

NVnc superest, vt de vsu earum rerum, quę delectāt, & iuuāt, scilicet Speculis, Aquis, & Floribus, iuxta susceptam methodū breuiter, curiosè, & vtiliter agamus, & primo de speculis.

Speculum igitur est illud tersum, & politum,
1 in quo aspicientes imaginem nostram, † aut alterius rei illi obiectæ, quam refert, contemplamur. Sed ad rem nostram naturalia in moralitatem referendo, Speculum, in quo oculus noster seipsum relatum
2 contēplari, & agnoscere potest, est triplex† scripturæ, naturæ, & creaturæ, vt voluit Archid. dist. 36. c. qui Ecclesiasticis, nu. 11. vbi morali expositione exponit, labrum æneum, quod de Speculis fecit Moyses, & posuit inter tabernaculum, & altare holo-
3 causti, in quo Aaron, & filij sui lauabant † manus suas, & pedes ingressuri tabernaculum, vt Exo. 38. & multa dicit moralia Sacerdotibus, quæ rectè adaptari possunt ad Iudices: quia leges dicuntur Sacratissimæ:
4 & earum merito Iudices Sacerdotes appellari possunt. Sed ab eodem Archid. sufficit recipere ordinem.

Primum igitur Speculum s. scripturæ sunt
5 præcepta † Domini, de quibus scriptū est. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, vt Psal. 18. Et hæc eadem Specula labri ænei proponūt Oculo Reip. hęc pręcepta contemplanda in ablutionem mentis, vt in Sylu. Allegoi.

Cum autem multa sint præcepta, vt Leuit. 19. Non consideres personā Pauperis, nec honores cultum potentis, & cap. 24 Æquum iudicium sit inter vos, Speculū Oculi Reip.
6 constituo in eo, quod legitur † Paralip. lib. 2. c. 19. Videte, quid faciatis, non tantum hominis exercetis Iudicium, sed Domini: & quodcunq; iudicaueritis in vos redundabit, & quidem horrēdè, & citò. vt Sap. 6. Quoniam (inquit ille text.) Cum essetis Ministri Regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem meam ambulastis, horrendè, & citò apparebit vobis.

Magnum est hoc Speculum; quia in eo multa alia Specula, idest præcepta includūtur. Speculum prudentiæ ad cautelam, Speculum circumspectionis ad mediocritatem, Speculum cautionis ad securitatem, Speculum contemplationis Diuinæ ad Dei, & proximi amorem. Speculum purę consciētiæ ad salutem, & speculum vitæ æternæ ad gloriam. De his Speculis meminit Archid. in d. loco.

Secundum Speculum naturę est triplex, rationis, sensualitatis, & carnis.

Primum Speculum scilicet rationis monet
7 Iudicem † ad obediendum ipsi rationi, inuestigationi sensus, non vanitatis verborum, vt satis copiosè comprobaui supra in
8 trac. de perfect. Iud. c. 7. † per tot. & nunc addo Pacian. de probat. lib. 2. c. 41. nu. 72. cum multis seq. vbi latè.

Secundum Speculum, scilicet sensualitatis monet Iudicem ad subijciendum fantasticas opiniones, quas quandoq; concipiunt hi, qui volunt præesse legibus: quorum humilitas superbia, æquitas iniustitia, cōscientia siue scientia insipida, Scientia siue conscientia diabolica, caritas sui amor, & actio omnis academica. vt dixi, & latè prosecutus sum in Epistola mea ad lectorem in disput. de indemnit. mulie. Et si quis erit, qui tantum amet suam opinionem, & suum sensum, & obphilauciam, naturalemq; hominum procliuitatem ad dissentiendum, vt hæc sua somnia vera, germanaq; veri
10 esse † contendat, iuxta illud. Quot capita, tot sententiæ, & suum cuiq; pulchrum, Resipiscat, quæso, & recognoscat hunc esse effectum illius miseriæ, quam descripsit Regius Propheta Psal. 38. cum dixit, Homo
11 cum in honore esset, † non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Homo ille, inquam, omnium parens, cum esset ornatissimus omnium virtutum, omnium rerum scientia diues, non intellexit: cum abutendo potentijs intellectualibus, & peccando comparatus est iumentis, ac pro immortalitate mortem, pro Virtutibus vitia, pro scientia ignorātiam sibi, nobisq; posteris suis comparauit: vt pulchrè, examinās dictum prophetæ, comprobauit Maccagnanus de Azzoguidis conciuis meus in trac. de comm. opin. lib. 1. c. 1. Et facilè dabit manus sensum suum esse mendacium, non opinionē oculorum, idest aliorum iuris interpretū, & Doctorum, vt dicebat Thimagoras in cum,

12 eum,† qui dicebat videre duas ex vna lu-
cerna nasci fl*a*mmulas; de quo d. cap. post
Cic. meminit Azzogu. d. in eod. tract. lib. 1.
cap. 7.

Vltimò naturæ Speculũ carnis 53. monet ad
subijciendum, vt docet Archid. in. d. cap.
qui Ecclesiasticis, eodem num. 12 vt scili-
13 cet deijciat Iudex omnia desideria carna-
lia, quæ illum possunt reuocare à contem-
platione, & ministerio Iustitiæ: iuxta ea,
quæ scripta sũt supra, in tract. de impedim.
iust. dum de amore actum est.

Tertium principale Speculum, scilicet crea-
14 turæ, est duplex, aliud bonum † aliud ma-
lum: vtrumq; tamen confert Oculo Reip.
si ad bonum finem contempletur.

Speculum bonum est quilibet bonus Iudex;
qui probitate sua se in Speculum cæteris
15 exhibet † ad proficiendum: de hoc Specu-
lo habetur 14 dist. c. enim vero, & secun-
dum hoc Speculum Ecclesia Romana di-
citur Speculum aliarum Ecclesiarum, vt
in d. c. enim verò.

Huius Speculi speciem tam ratione doctrinæ,
quam conscientiæ, & praxis, cæterarumq;
16 partium, quę Speculum huiusmodi † orna-
tissimum, & splendidissimum constituere
possunt, viuum exemplar habet Illustrissi-
mus, & Reuerendiss. D. Card. Borromæus
in personam Perillustr. & Multum Reuer.
Dñi mei Alexij Ricardi eius Iudicis.

Speculum malum quod iuuat ad proficiendũ
sunt pessimi Iudices, in quibus sinistra vi-
17 dentur esse dextera, dextera † videntur si-
nistra, & omnis fauens inuersa, vt in illis
Speculis, qui tales patiuntur defectus, de
quibus post Philosophum Archid. in d. c.
qui Ecclesiasticis num. 11. Constituunt au-
tem; quando illi debitis plectuntur pœnis.

Hæc duo genera Speculorum non inueniun-
tur, nisi in Curijs bonorum Principum, qui
quærunt bonos Iudices, debitis medijs re-
18 quisitis, & puniunt malos, prout ratio, & †
iustitia exigit, Ideò ne quid in tactum relin
quamus, quod oculum nostrum iuuet, &
delectet, nunc placet subijcere media, qui-
bus huiusmodi Specula in suis Tribunali-
bus, & habere vnusquisq; Princeps facilè
possit.

Princeps igitur, qui vult habere Specula bo-
norum Iudicum, debet in primis studere,
19 † vt ipse bonus sit, quia Dominus non au-
fert à iusto oculos suos. Iob. c. 36. quod piè
liceat hic conuertere: idest bonos Iudices.

Secundò necesse est, vt educat quasi lumen
iustitiam, vt Psal. 36. imponendo lucernã
20 † super Cãdelabrum, vt Numer. c. 8. exal-
tando iustos per ordinem, vt Exo. c. 28. ibi.
21 locatis pro ordine † lucernis. Ordinem au-
tem intelliget, si ex aduocationibus exer-
citatis eas, quem probitas comendat ad
eligat, vt monet Michael Vlcur. de regim.
mand. p. 4 q. 1. num. 11. Et ad hoc induci
poterit, si cogitauerit qualis, & quantus sit
error eius Principis, qui eligit minus di-
22 gnum, vel indignum, † iuxta latissimè con
gesta, per Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 11.
per tot.

Tertiò oportet, vt non solum debita præmia
23 exoluat, † sed & præmijs species pulchrio-
res addat, etiam per expectatiuas, quicquid
24 dixerit Soc. vt per † Cagnol. in l. fin. nu. 41.
C. de pact. Adeo quòd si in vnum duo offi-
cia cumulentur, duplex honorarium per-
25 solui faciat, † vt est tex. in auth. vt Iud. seu
quoquo suffrag. §. illud tamẽ decernimus.
ibi propter duplex periculum. Caueat ta-
men in quantum potest, quia non expedit,
quod vnus, & idem Iudex exerceat diuer-
26 sa † officia, tex. est in l. pri. C. quemadmodũ
ciuil. mun. iud. lib. 10 & in l. quisquis C. de
cohort. lib. 12. Cassan. in Catalog. gl. mũd.
p. 1. cons. 61. vt dixerit Rest. de l. no p. q. 81.

Quartò debet cauere quantum potest à pro-
27 genie crudeli: quia licet aliquando † distri-
ctionis sedes ponatur oculus, vt Deuter. c.
7. ibi. non parcet eis oculus meus, & c. 13.
ibi, neq; parcet ei oculus meus, & cap. 24.
ibi, Non inueniet gratiã ante oculos meos,
Et Iudith. c. 2. ibi: Non parcet oculus vlli:
frequentius oculum pro gratiæ, & amoris
28 sede † legimus, vt Genes. c. 33. ibi, si inue-
niam gratiam in oculis tuis, & Num. c. 11.
ibi. Inueniam gratiam in oculis suis. & Iu-
dic. c. 14. ibi: quia placuit oculis meis. & ibi.
quia placuerat oculis eius. Ruth. c. 2. ibi, vt
inueniret gratiam ante oculos suos, & cap.
13. ibi. Inuenit gratiam apud oculos suos,
& primo Reg. c. 18. ibi Inuenit gratiam in
oculis eius, & c. 29. ibi. Inuenit gratiam in
oculis eius & c. 25. & 27. & 2. Reg. c. 14. &
15. Et hic seruiunt, quæ dixi supra: Et ideo
videmus in diuersis locis extare leges, vt
non nisi nobiles ad certa officia, & munera
29 admittantur, & ibi. Vix † receptum etiam
vt pendente lite super nobilitate, quis ad

talia

talia munera admitti possit, nisi admittendus sit in quasi possessione nobilitatis, vt voluerunt Couar. varia.resol. lib.pri.cap.6. & Gutierez pract.quæst.lib. pri.q. 25. Hinc
30 infertur, quod debet semper eligere † nobiliores. Neapo.ad const. Neapol. fol.13. nu. 274. Alex. ab Alex. lib.5 c.20. quia rustica
31 progenies † nescit habere modum.

Quintò debet quantum potest abstinere ab omni modo conferendi officia; quæ sapiāt perpetuitatem: quia expedit, quòd officia
32 sint † temporalia. tex est in l prima.& seq. C.vt omn.iud.tam ciuil. quam milit. & in. l.pri.cum seq. C. de honor.& muner. non confer.& c.l.10. & in auth.de defens.ciuit. §.fin.& in l.neminem.& ibi Iacob.Rebuf. & Iacob. de Pen. C. de suscept. & ordin.l. 11. & tradit Mart. Laud. in tract. de offic. Princ § 92.& §. 104. Sequitur Nicol.Boer. decis.149. vers. Tertiò præsuppono, nu 4. Vbi dicit, quòd ista est regula, & est bona regula, vt dum Iudex cogitat de fine offi-
33 cij & de tempore reddendæ † rationis, habeat vnde reprimatur ab iniustitia, à superbia, & à contemptu subditorum, & ita se gerat, vt possit confirmari in officio suo, prout confirmari poterit, si laudabiliter se gessit, vt dicit Boer.d.decis.149.num.5. vbi multa bona dicit in hac materia circa tempus mutationis officialium.

Sextò debet diligenter abstinere à venditione officiorum, quia non decet, vt S. Tho. scripsit ad Ducissam Brabantiæ, vt in eius
34 Epist. post tract. de regim. Principum, & multum scitè docuit Vincētius Castellian. In tract.de offic.Reg.lib.4. cap.3.per tot.

Septimò ne decipiatur, obseruabit, nè aulicos respicientes munera, vel fumi venditores,
35 vel causarum commendatores, vel aditū ad eum impedientes pęnes se habeat: quæ omnia comprobauit latè Castel.in d. tract. de offic.Reg.lib.4.c. 6.& c. 9.

36 Non solum autem Princeps debet † tanti facere habere bonos ministros, sed debet etiam omni diligentia animaduertere in errores malorum, vt mediantibus pœnis transeant alijs in exemplum, quod moraliter dicitur Speculum 19.dist. d.cap. enim verò. Errores autem reduci debent ad duo
37 capita, † & secundum vnum vno modo, & secundum alterum alio modo animaduertendum est: quia pœna commensuranda
38 est culpæ, & delicto, vt in † terminis oculi est tex. Deuter. cap. 19. quem citat Alber. vers.pęna, vbi alia ad propositum.

Sub primo capite continentur errores quibus dignus est Iudex, vt solum remoueatur ab
39 officio † suo: Et hi sunt duo. Primus est, quā
40 Iudex in suo † officio negligens admodū est.l.vlt.ff. ad pup. educ. deb. Secundus est,
In Ioseph. Mascard. qui damnatur in ordine alphabetico, quia in eo genere scribendi nulla inuentio, nulla materiarum connexio, nullum deniq; genus dispositionis inuenitur, materiæq; dissipantur genera, eorũque effectus à sua coniunctione disiunguntur, vt per Fulu. Pacã. dicto cap. primo num. 19.

In Karolo Ruin. cuius nomen sic scribere placuit, quamuis communiter scribatur p C. quia sic me docet tex. in cap. Adrianus il 2. dist. 63. & in c. oriatur, 23. q. 8. & in c. hic si quis 11. quæst. pri. & in c. Excellentissimus vndecima quæst. 3. & in c. nouit, ex de iud. nam Carolus Ruin. in consil. 7. nu. 12. lib. pri. reprobatur per Menoc. in cons. 99. num. 137. vol. pri.

In eodem Karolo Ruin. in cons. 149. num. 4. lib. qui reprobatur per eundem Menoch. in cons. 299. num. 201. lib. pri.

In eodem Karolo Ruin. in consil. 42. volum. pri. qui reprobatur per Gabr. in consil. 72. num. 10. vol.

In eod. Karol. in cons. 91. vol. pri. qui reprobatur per Sanch. in l. hæredes mei, in §. cum ita. num. 598. ff. ad S.C. Trebel.

In eod. Karol. Ruin. in cons. 81. volum. 2. qui reprobatur per Sanch. In d. §. cum ita, nu. 464.

In eodem Karol. qui in cons. 96. vol. 2. reprobatur per Sanch. in iam cit. loc. nu. 1303.

In eodem Ruin. qui in cons. 137. nu. 7. lib. 2. reprobatur per Menoch. cons. 323. nu. 130. volum. 4.

In eodem Ruin. qui in cons. 67. in 2. dub. volum. 3. reprobatur per Zanch. in d. §. cum ita, num. 1207.

In eodem Ruin. qui in cons. 122. col. 2. lib. 3. reprobatur per eũdem Zanch. in d. §. cum ita, num. 72.

In eodem Ruin. in 114. vol. 5. reprobatur per Gabr. cons. 56. num. 9. lib. pri.

In eodem Ruin. qui in cons. 128. num. 11. lib. 3. reprobatur per Menoch. cons. 197. num. 18. & 19. vol. 2.

In Ludouic. Rom. quem mordet Alex. in l. si cum dotem, in § eo tempore, col. 3. ff. solut. matrim. & refert Cot. in verb. iur. ciuil. colum. 16.

In eod. Ludou. Rom. quem minoris auctoritaris Paulo de Castr. dicit Sim. de Pret. in tract. de interpret. vltim. volun. lib. 5. interpret. 2. dub. 2. num. 105.

In Matsil. quem Fulu. Pac. dicto lib. primo, & cap. pri. num. 15. dicit plus carnis, & minus neruorum in materia probationis adhibuisse.

In eodem Matsil. qui reprobatur per Lucr. de Pinu in cons. 168. num. 8.

In Neuiz. qui in consilio 77. reprobatur per Surd. decis. 45. num. 13.

In Oldr. qui dicitur obijsse ex tristitia contracta ex crimine præuaricationis, per Clar. in § fin. q. 72. num. 2.

In eodem Oldrad. qui in cons. 251. reprobatur per Achil. de Gras. decis. 57. nu. 4.

In Petr. de Anchar. quem mordet Felin. in c. si quando col. 2. de rescript. quod more laicorum contra clericos inuehit.

In Prat. Papien. qui iudicatur redargui de mala lingua. per Neuiz. in Silua, libro primo, num. 132.

In Paul Castr. quem nimis promptum in cõsulendo appellat Alex. in l. quæ dotis, col. 4. ff. solut. matr. Et Aretin. in consilio 162. vt in Sylua nuptiali in dicto loco, numero vigesimoseptimo.

In eodem Paulo de Cast. quem Catelian. Cot. in dicto loco, colum. 4. reprobat, quod minus rectè tempora, & mortem Papiniani retulerit in l. vlt. col. 2. C. de instit. & subst.

In eod. Paul. de Castr. qui postponitur Baldo, per Corn. in consil. 190. sub num. 7. lib. 1.

In Raphael. Fulgos. quem Corn. in d. consilio 190. num. 17. lib. pri. postponit Baldo in Riminal. sen. qui in cons. 110. num. 65. reprobatur per Surd. decis. 21. nu. 18.

In Rot. Rom. in antiquis de rest. spol. decis. 3. quæ reprobatur per Dec. in consil. 136. colum. pri.

In Rol. à Val. qui in consil. vlt. num. 15. lib. 1. reprobatur per Menoc. in consil. 124. num. 12. & 15. lib. 2.

In Socin. iun. in consil. 60. num. 8. qui reprobatur per Natam in cons. 402. & 410.

In Salicet. de quo Barr. in sua Ioannin. col. 49. dicebat, quòd habebat malos vicinos, quia seipsum laudabat.

In eodem Salicet. quem Felin. in Cap. Rodulphus in c. pri. de rescrip. dicit, quod fuit caput partis, & se talem ostendit in cautela, quam dat contra malos Iudices.

In eodem Salicet. qui aut. ei qui. C. de bon. authorit.

thorit.iud. possid. reprobatur per Surd. decis. 46. num. 14.

In Tribun.quem euiuscunq; religionis & maxime Christianæ contemptorem, fraudulentum, auarum, licet sermone blandum & suauem dicit Cot. in ver. Iuris ciuilis, colum.8.

In Vulpian quem nimis bonum dixere,& ob id à Prætura remouerunt, vt affirmat Cot. in d.loco,colum. 2.

In Vant. in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defec.cit.num.... quem reprobat Cagnol. in decret.Montisfer 11. §. 6.num. 17.

In Zanch qui in cons.169. inter consilia vltimarum voluntatum, reprobatur per Menoch.in cons 187.sub num. 6. vol. 2.

Et vt recedam ab aliorū exemplis,& proprio exemplo comprobem in eum, quem in ducem accepi,& sic instruam neuelum iudicem diligentiori medio,vt in eâ promisi,& decet, quia vbi maius periculū ibi cautius agendum. Coripheus scribentium & cōpa

28 ter meus vir Papirnianeus† secūdum Lancellottum Galliam ad consuetudines Alexandriæ in præfatione,num.17.& acutissimi ingenij secundum eundem in d. tract. in ver. legare, num. 101. eum quo concordat Mascard. concl. 254. nu. 14. qui illum appellat doctissimum, & peritissimum, & Mant. in tract. de coniect. vltim.volunt.lib. 8.tit.10.num.12. qui illum dicit celeberrimum,& eminentis scientiæ, & in summos legum vertices collocatur, Rim. iun.consil. 748.in prin.volum.7. & ego ipse ætatis suæ Principem dixi in Epistola mea ad nouas additiones.in tract.de arbit.iud.& affirmauit etiam Peregrinus in cons. 11.sub num. 4.examinando illius celeberrimum consilium 284.lib 3.ad interpretationem Con-

29 sil. Oldrad.21.huius rei, & modi † necessitatem in multis reliquit.

Nam in trac.adipisc.remed.primo reprobatur per Achillem Person. in tract. de indic. q. 9. per tot.

In eodem tract.adipisc.remed.2. num. 42. reprobatur per Hippolytum Rimin in tract. de donat.in princ num.1442. & nu. 1452.

In eodem tract.adipisc.remed.3.num.22. videtur aduersari his,quæ dixit in cons. 295.

In eodem trac.Adipisc.rem.3.num.23.reprobatur per Marc.Ant. Eugen. ex professo in cons. 65.

In eodem tract.adipisc.rem.3.nu. 59. videtur sibi contrarius in intellectu l. pri. § generaliter.ff de leg. præst. secundum ea,quæ dixit in d.cons. 295.

In eodem tract.adipisc.rem.4 num 57 reprobatur per Rimin.iun.consil.545. num. 35. lib.5.& per Paset in cons. 140.

In eodem trac.adipisc.remed 4 nu. 556. in fi. reprobatur latè per Ioseph. Lud. decis. Perus 47 num.2 par.pri.

In tract.recup.remed pri. num. 121. reprobatur per Franciscum Personalem in dicto tract.de indic.q 4 num.44.

In tract.recuper.eodem remed.pri.num. 128. & 130. reprobatur per Fräciscum Personal in dicto tract. de indic. q 5. versic. & his quoque,num. 46.

In eodem tract.recup.remed.pri.num. 184.reprobatur per Ioseph. Ludou. decis. Perus. num.14.

In dicto tract. recup. eodem remed. pri. num. 216. cum seq. reprobatur per Franc. Person.in d.tract de indic.q.4.sub nu.40. vers. & licet Menoch.qui num 43.conatur conciliare.

In eodem tract... remed.15.lib.5.num. 66. reprobatur per Rim.iun.cons.561. nu. 26. volum 4.

In eodem tract.remed.15.num.143 reprobatur per Surd.cons.49 num.30.vol.pri.

In tract.de arbitr.Iud. generaliter reprobatur per Franc. Molin. in tract. de brach. secul. cap.13.num.10.& c.14. num. 35. vbi adeò grauiter vrget vt ieiunius loqui potuisset de tanto viro.

In eodem tract lib.pri.q.7. num. 12. reprobatur per Balthassar.Gomez. in suo elegantissimo tract.de potest.in seipsum,lib.pri. cap. 13.num.10.

In eodem tract.q. 68. reprobatur per Franciscum Molin. in dicto tract. de brach. secul. dicto cap. 35. num. 6.

In eodem tract.de arbitr.iud.cas. 114 nu. 24. reprobatur per Thom. Granut.Theor. pri. sub num.primo,& 17.num. 6.

In eod.tract.cas. 127. num. 5. reprobatur per Granut.conclus.prima, num.

In eod.tract. cas. 256. reprobatur per Zanch. in l. hæredes mei. in §. cum ita,in 5. p. fin. 9 ff.ad Sen.Consul.Trebel.

In eod.tract.cent.4.cas.... reprobatur à Rim. iun.consil 361.num.8. volum.4.

In eodem tract. cas. 452. acriter reprobatur per Franc. Molin. in dicto tract. de brach. secul.

ſæcul.cap 14.

In Iuis Comment. de præſumpt. reuocantur in examen ea, quæ ſcripſit q 49.num.2 per Turret.conſ. pri.lib.2.

In eiſdem comment.lib.2. præſumpt. 50. nu. 24. reprobatur per Surd.deciſ.71. nu. 20.

In eiſdem Comment.lib.2.præſumpt. 54. nu. 24.reprobatur per Surd.deciſ.75.nu 20.

In eiſdem Comment.l.b 3 q.56.nu.41. reuocatur in examen per Fab.Toret. d. conſ. pri.lib. 2.

In eiſdem Comment.lib.3 præſumpt. 85 reprobatur per Caroſ. in tract locat. & conduct.in 2.p.ſub rub.de Medic.q 7 ſub n.6.

In eiſdem Commẽ. l b 4.præſumpt. 198. nu. 24. dum allegat Ruin. & Sim. de Pret. reprobatur per Toret. cõſ.100. nu. 55.& ſeq.

In conſ.11.reprobatur per Laderch.conſ. 87. num.13.

In conſ.19 ſub nu.26.videtur contrariari his, quæ dixit in conſ. 108 volum. 2. cęterum conciliatur per Æqu.Rug.conſ.3.nu. 39.

In eod.conſ.26.reprobatur per Peleg.de fideicomm.art.10 nu. 25.

In conſ.60. nu. 29. videtur obſcurus, declaratur p Surd.in trac.de Aliment.tit.5.q.7.n 4

In conſ.65. videtur contrarius his, quæ dixit in conſ.295. ſed videndus eſt Eugen. conſ. 65.nu.20.& 21.

In conſ.69.nu.71.72.& 73.vnà cum Cephal. in conſ.221.nu.29.& 30.& in cõſ. 503. nu. 14.& Caeheran.in cõſ.52 nu.11.& Hond. conſ.87. nu. 16. reprobatur per Caualcan. deciſ.29.nu.16.17. 18 & 19. Nauar. conſ. 20.& 22.de ſponſal.lib.5 Rimin. iun.conſ. 691.nu.16.& ſeq vol.6.Guter.de contract. iur.c.5.nu 25.& per alios nouè adductos p Stephan. Gratian. in lib. diſcept. forenſ. c. 83.nu.13.& num.ſeq.

In conſ.71.nu.25.examinatur per Toret. cõſ. primo,lib. 2.

In conſ 90. reprobatur p Triniſ. canſar. crim. lib.2.deciſ. 55. per tot.

In conſ.92.nu.81. verſ. quod dixit Couar.ſolũ diſſentire, reprobatur per Curt. de execut. ſent. cap. bon.cap. ſi num. 391.

In conſ.108 vol 2.videtur contrarius his, quę ſcripſit in conſ.19.ſub nu.26 cęterum conciliatur per Æ. ju. Rug.d.conſ.3. nu. 39.

In conſ.116.nu.85.113.114 130.154 & 155. reprobatur per doctiſſimum dominũ meũ Raudenſ.in tract.de Annalog.c.27.nu. 97.

In eod.conſ.116. reprobatur per Laderch. in conſ.24.num.4.

In conſ 124.in 2 col. reprobatur per Cephal. conſ.600. nu.17.

In conſ.164.nu. 29. lib. 2. reprobatur per Pelegr.in conſ.67.ſub num.6. lib.pri.

In conſ. 172. reuocatur in dubium per Mantuam de conject.vlt.volun.lib.8.tit. 18. nu. 122. & ſeq.

In conſ.187.nu.27. vol. 2. reprobatur per Rimin.iun.in conſ.40.nu.28 & nu.35. vol. 4.

In conſ.206.num.18.examinatur per Turret. conſ.pri.lib. pri.

In conſ.272.verſ.nec obſtat lib.3.examinatur per Turret.in conſ.100.nu.55 & ſeq.lib. 2.

In conſ.295.num.7.reprobatur per Æmil. in conſ.65 nu.20.& 21.

In conſ.306.lib.4.reprobatur per Vincent. de Handed.in conſ.83.nu.26. in 2. p.

In conſ. 327. nu. 67. obſcuritatis notatur per Turret.declarãtem in conſ 82.nu. 3. lib. 1.

In conſ.363.nu.18. reprobatur, per Rim. iun. conſ 361.in conſ.421.nu.22. lib. 5. examinatur p Nat conſ 402.& 420.nu.26. lib. 4.

In conſ.425 examinatur per Turret.conſ.77. num.108.

In conſ.651.in pri.dub. videtur ponere deciſionem valde dubiam,& periculoſam propter dolum, videri tamẽ poteſt Rei.de infirm p.2.litt.teſtamentũ,fol.262.qui mentionem facit de d.conſ. 651. & videdus eſt Menoc.in d.trac.de arb. caſu 395.in addit.

Has aquas, Iudex qui non biberit, compellitur bibere de aquis turbidis, Nili in Ægypto, ideſt iudicare caſu,& ignoranter in ruinam multorum: quia qui Iudex eſt, à pronuntiando abſtinere non poteſt: Et huius rei præmium paratum erit lacus, in quo nõ erit aqua, de quo Zach.q. quia, dicet Dñus, repuliſti ſapiẽtiam,& ego te repellam, Cęteris verò aquas lympidiſſimas iuſtitiæ prudenter deguſtantibus aqua ipſa conuertetur in Vinum, in gratiam, ad gloriam.

Et hactenus de Aquis dixiſſe ſufficiat.

vt Iudex, vel districti iura regiminis dimittere compelleretur continuum subire periculum turpis missionis, & consequenter famæ, & proprij honoris.

Malus Princeps dicitur malus propter † mul-
13 tas causas: sed quoad propositum nostrum causas legimus descriptas in sacris litteris cum suprema voce Exod. capitulo 21. ad
14 Moysen † dicitur, Loquere ad Aaron homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes de suo, nec accedat ad ministerium eius: & subiungitur, si cęcus fuerit, si claudus, vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si mãcus, si lippus, si gibbosus, & albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus.

Causæ autem quinq; colliguntur ex eo text. quæ personam ipsius Principis respiciunt, cętera vero ad personam ipsius Iudicis supra piè retulimus.

Et primo, ad personam Principis pertinet il-
15 lud, si claudus, vt † de Agesilao fuit dictũ, si dum videt, quo pergere debet mediantibus oculis suorum Iudicum per infirmitatem eius mentis viam perfectè tenere non valeat, sed velit, quòd eius voluntas non regulatur, expleatur, & fiat.

Secũdo, similiter ad personam Principis pertinent illa verba, si paruo, vel grandi, vel † torto naso, qui dum non vult existimari hæbes sæpè in quibusdam scrupulosis inquisitionibus, plusquam necesse est, contra Iudices suos ad quærelas subditorum, vt
16 leuis folia arida, † & sine pondere succi volat, statim mouetur, & ex nimia subtilitate fallitur, dum auctoritatis Iudiciariæ deprimit vigorem: nasus quippe grandis, & totus est discretionis subtilitas immoderata, quæ dum plusquam expediat exercuerit, actionis suæ rectitudinem confundit.

Tertio pertinet ad Principem sequentia ver-
17 ba, si fracto † pede, si mancus, dum à bonis, & laudabilibus inquisitionibus actionem Iudicum suorum in totum, vel in partem Textus vocat, quasi non, & ipse Deo rationem redditurus sit de singulis, quos fidei suæ credidit, & Imperio.

Quarto, pertinent & ad Principem illa verba,
18 Si gibbosus, dum † illum terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad suprema respiciat, sed his solis, quæ infimis calcantur intendit: dum, & quæ sui status rationem reddituumq; augumentum continent, etiam cum Dei offensa quærit.

Quinto, pertinent ad Principem, si iuuenis
19 sit, illa verba, si iugem † scabiem, si ei carnis petulantia sine cessatione dominetur; In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsque ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus vsque ad cutis scabiem prorumpit, & foris etiam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur.

Sextò, pertinent ad Principem senem illa ver-
20 ba, vel ponderosus, qui † turpitudinem operæ non exercet, quia non potest, tamen ab hac cognitione continua, siue moderamine grauetur in mente, qui nequaquã quidem ad opus nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxuriæ, sine vllo repugnationis obstaculo delectatur, & totis cogitationibus ad lasciuiam defluens pondus turpitudinis gestat in corde: & quamuis praua non exerceat opera, ab his tamen non auellitur mente, nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat in absconditis pondus graue.

Septimo, pertinent ad Principem illa ver-
21 ba, si impetiginem † in corpore: si Princeps non patiatur se admoneri de erroribus, sed contemnat, nec doleat: impetigo quippe sine dolore corpus occupat, quod contingit tunc, quando Princeps in profundum malorum venit: propter quod absque eius tedio decor omnium membrorum, & præcipuè oculorum, in quibus præcipuè splendor Reipublicæ enitescit, perditur. Vnde post Lucret. libro decimo. Non (inquit) quod impetigo seu petigo Oculos conscendit, & ea cõmu-
22 nio † morbi, seu ruinæ moraliter elicitur ex idẽtitate naturalis remedij: quia cum Plin. de hac infirmitatis specie multis in locis tractet, præcipuè libro vigesimo, capitulo
23 nono doloribus capitis, oculorum † caligini, & impetigini vno eodemque remedio occurritur.

Caueat ergo Oculus à malo capite, caueat, qui eligendus à malo Principe: quia sine capite nihil possunt membra, capit. cum non liceat, de præscriptione, Ant. Burg. in capitulo cum omnes, num. 143. ex. de constit. Et suprascripti non faciunt miracula sine virtute Dei.

vel.mon.cap.hijà quibus,23. q.8. cogitaui solum in duobus casibus eludi posse iuditium Ecclesiasticũ,vbi reus rellaxetur fideiussori,& aufugiat. Primus casus est,si ipse aliqua pœna corporali, puta fustigationis veniat puniendus: sed nisi ostēdat limitatio reg. quod reus debeat rellaxari fideiussori,vbi non venit imponenda pęna corporis afflictiua, dico, quòd & in hoc casu debet rellaxari, quia pœna fustigationis non est pęna sanguinis: nec potest elidi iuditiũ, quia superest pęna banni, quæ est minor, vt probatur ex his, quæ scribit Bertazz. cons. 525. dubitari potest, lib. 2. cons. crim. Secundus est casus vbi, quis nouiter transmittendus ad triremes, & in hoc subsisto.

Quintum exemplum sit in illis Iudicibus, qui turpiter Dacium imitantur, nec vnquam suo Principi contradicunt, reputantes cũ vate Ferrariensi, misertimum esse, si non

40 aiunt, quod Princeps ait: imo † si non faciunt, quod Princeps innuit, vel quod Principi placere intelligunt, etiam, si illud iniustum sit, contra quos est tex. in § si quis autem, in auth. de manda. Princip. quem tex. nor. glo. contra miseros Prælatos, qui tan-

41 tum timent litteras † Pontificis, vt non audeant reclamare: qua in re videat lector, Felin. in cap. si quando de rescrip. vbi ma-

42 teria † secundæ iussionis.

Sextum exemplum sit in illis Iudicib. qui, vt ostendant se peritos, vel etiam se sinceros,

43 animi sui votum ante † tempus detegunt: quem obtegere prudenter tenentur vsque ad eum terminum, vt relinquatur locus defensioni, & discutioni veritatis, l. vbi, C. de fals. lo. de Pra. in l. admonendi, ff. de iur. iur. verbi gratia si petatur iuramentum in supplementum probationis, & Iudex non vtatur solita cautela reseruandi iuramentum petitum in calculo ferendæ sententiæ.

Secundo loco Iudex debet se exercere in his intelligendis, quæ incognita possent impedire illum in processu ad vlteriora, ne cum

44 ipse † iustus sit fructus iustitię conuertatur in amaritudinem victoris, propter dispendium pecuniarum, & temporis.

Hæc autem, quæ consueuerunt frequentius impedire, restringuntur ad duo præcipua media huius absurdi.

Primum illud est ignorantia Statutorum, ex constitutionum, & styli illius Ciuitatis in qua futurus est Iudex, & propterea debet

45 † diligēter se exercere, vt benè videat Statuta, & Constitutiones eum solitis Apostillis, & adnotationibus, siue impressis, siue manuscriptis, cuiādo omni diligentia vberiores lucubrationes superinde habere ab aliquo magno practico degente in loco.

Et eum diligentia † debeat esse eirca omnia,

46 hoc tempore tamen esse debet circa ordinatoria.

Eadem ratione curabit Iudex eligendus edoceri de stylo secundũ modum, formam, &

47 distinctionem, quam † posuit magnus practicus Ang. in §. ex non scripto, instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

Secundum illud est, vt ex fonte iuris communis breui Epilogo in vnum redigat omnes illas difficultates, & omnes illos modos,

49 † propter quos ea in re adducta ratione acerbus fieri posset fructus Iustitiæ, vt si

49 agatur de iurisdictione cognoscendi † articulum à quo pendet iuriidictio, quæ in dubium reuocatur: de quo Surd. cons. 286. lib. 2. per totum, vt in distinguenda qualitate ex rescripto, de qua No. DD. in l. pri. in §. si quis simpliciter, vbi Alciat. num. 11. cum seq. Trot. num. 18. cum seq. & distinctius Lancelot. Gal. num. 23. ff. de verbor. oblig. & in comprehensiua respectu causarum nouiter superuenientium, de qua te Capr. Reg. 36. col. 3. personaq;, vt successorum obtinentis, de qua te Capr. Reg. 35. & in iurisdictionis suæ fines, puta an possit cōpellere aliquem ad compatendum personaliter in causa ciuili, vt per Mand. de monit. 94. num. 3. an potuit reicere defensores absentis in causa criminali, vt per Rolan. cons. 47. an ex mandato Senatus, vel Principis potuit torqueri sine inditijs, & absque traditione, cap. vt per Afflict. ad Constitut. Neapol. lib. pri. de inquisit. facien. Rub. 51. num. 5. & 6. vsq; ad fin. an possit habilitare minorem, vt in iudicio compareat sine curatore, vt per Dec. cons. 519. Guid. Pap. decis. 494. num. 8. Med. decis. March. 29. nu. nu. 8. an possit dare curatorem minori non subdito in lite coram se. vt per Steph. fid. de interrog. ver. num. 70. an possit examinare testes senes, vel valetudinarios in causa, in qua iudicauit, & ab eo fuit appellatum, quã nondum adest nouus Iudex, vt per Mand. de inibit. q. 34. nu. 3. an possit alterare terminũ ad dandum Apostolos protogando,

vel

verbo potestas, num. 3. ab vna parte allegationes alterius, vt per Put. de Sindicatu in verb. allegationes, num. 7. si copia interrogationum, vt per Campeg. de Test. Reg. 75. si citatio ad personaliter comparendū, vt per Mandos. de Monit. quæst. 4. nu. 3. curatot minori inquisito, vt per Alciat. Reg. 3. præsumpt. 10. num. 8. si hinc inde à partibus proponatur varia consuetudo fori, vt per Capram, Reg. 24. & Rim. sen. consi. 123. num. 8. de stat. præfat. 1. num. 7. si reus recusset respōdere in causa ciuili, vel criminali, in qua non sit locus torturæ, de quo casu, si in casu, in quo procedere posset ad torturā, inueniret eum non posse torqueri ob aliquod impedimentum, de quo casu Io. Roy. de heret. num. 303. vel si existens in tortura taceat, nec videatur pati de quo casu... vel si ita obscurè loquatur, & intricate siue in ciuili, siue in criminali loquatur, vt responsio sit dubia, de quo casu Dec. in l. age, num. 1. de transact. in ciuili, vt per Menoc. consi. 105. nu. 94. lib. pri. si in criminali, vt p in ver. an si petatur interpretatio decreti pro minore ratione originis subditi, occasione bonorum existentium in territorio alterius, de quo casu D. meus, & amicus Octauius Simoncellus in tract. decreto. num. 69. si proteste requiratur in casu pendenti coram se. de quo casu Camp. de test. Regula 59. vel in causa, in qua iudicauit, & ab eo fuit appellatum. de quo casu Henr. Bort. de Episc. cap. 2. nu. 79. habent arbitrium pœnæ, vt per Simanc. de cath. instit. tit. 46. nu. 78. si clamitent coram se exactore tributorum, vt in auth. de mand. prin. colum. 3. in §. coge. si præsentetur rescriptū, vel iussus Principis ininstus, vt per glo. in §. si quis auth. in auth. de man. prin. vbi est bonus tex. & per Felin. in c. si quādo, de rescript. vbi de man. secundæ iussionis, & per Menoch. consilio 244. num. 6. cum multis sequ. si exhibeatur præceptum cum clausula ad rumpendum, & frangendum, vt per Paris. de Put. de Sind. in verb. captus, num. 2. & 69. si ab eo petatur, vt arbitrum eligat, vt per Blāc. de compromiss. q. 2. num. 43. & Oriun. de arbitr. p. 2. num. 14. & Io. Bap. Perus. de arbitr. lib. 4. capit. 11. num. pri. vbi & de arbitrarore.

In tertio tempore, quando quis in Iudicem 50 electus est, Iudex ipse nō debet † præcipitāter ad ministerium iustitiæ deuenire, vt vel prima die officium administrare incipiat, vt dicit Paris. de Put. in tract. de Sindic. in verbo officialis, num. 10. sed debet infrascripta diligenter exequi.

Primo seipsum colligere, à Deo sapientiam petere, vt rectè regere possit, exemplo Salomonis, & determinare, confirmareq; animum suum, vt potius velit mori, quàm iniustitiæ ministrum fieri: id quod facilè as-51 sequetur, si ante Oculos ponet † formulā iuramenti, quod habetur in auth. de iur. iur. quod præst. per tot. præsertim in illis verbis, Si verò nō omnia ita seruauero, recipiam hic, & in futuro sæculo, &c. Si pariter ob Oculos ponat illa verba solita appo-52 ni in sententijs, Solum Deum præ † oculis habētes, cum declarationibus, quas ponit Bereng. in l. fin. vers. quartum fundamentum, num. 56. & 58. C. de posth. hæred. Et 53 si cogitabit, quòd est constitutus in † magno discrimine salutis suæ, primo, quia foueas, in quas incidere poterat dum erat Aduocatus, & ruinam minabantur sibi vigilanti, apertæ sunt sibi Iudici facto, etiam 54 mienti: quia aduocatus perit viuens, & † vigilans, Iudex verò perit dormiens, & licet Aduocatus, & ipse possit ob negligentiam peccare, tamen rarò. vel nunquam id con-55 tingit: quia clientes huius † temporis, etiā Gliro somnolētiores, suis diligentijs, (ne dicam importunitatibus) illos excitant, nec cum illis regulariter modestè agunt falli in Aduocatis, qui sibi dantur à iudi-56 cibus, vel alias † sanguinis coniunctioni, vel ab illis stricta amicitia pendent, quia hos timent, muneribus cumulant, & tacent.

Secundo, quia Iudex tenetur † pro Aduoca-57 tis, vt C. vt quæ des. Aduo. Iud. supl.

Tertiò hec idem suadeor multæ rationes, quas ponunt Lancel. Polit. in l. filium, quē habentem, num. 150 & 151. C. famil. hercisc. Sed ego duobus verbis huius tempo-58 ris monitis finem impono, Verba sunt, durissimum † iudicium his, qui præsunt fiet.

In quarto tempore, quando scilicet Iudex cœ-59 pit administrare, is debet † infrascripta monita diligenter seruare. Iudex, qui cœpit administrare, debet imprimis Maiestatē ser-60 uare, † l. obseruandum, ff. de offic. Prętor. sed 61 ita, vt sciat habere modū, quem † ponit tex. in §. festinabis, vers. talem verò, in auth. de mand.

mand. prin. collat. 3. & in §. cos autem, in auth. vt vid. fine quo quo suffrag. collat. 2. vt publicè, & priuatim appareat terribilis delinquentibus, & indeuotis, mansuetus autem, & mitis innocẽtibus, & deuotis, quod
62 facit, vt † rigidos Catones, & debet ad hũc finem etiam ea prudentia vti, vt si ad eum pro tribunali sedentem veniat aliquis uir
63 insignis † nobilitatis, & gradus, interponat iudicandi munus, & descendat de Tribunalis loco, ne aut ille cogatur sedere in eo, aut, vt litigans stare §. sancimus, auth. vt ab Ill. & qui sup. eam dig. sunt.

Secundo, proximè accedit, quod debet cum inferioribus ministerij, & præcipuè cum notarijs ita se habere, ne illi videantur qui-
64 dem subiecti, † sed re vera suæ præesse noscãtur voluntati, tex. est in §. si quis autem, in vltimis ver. in auth. de mand prin. colla. 3: ex hoc. n. errore incidit in suspitionẽ Iu-
65 dex, vel latentis † fraudis, vel quòd indigeat nutrice, vel quòd careat intellectu.

Tertiò, debet omnes libenter audire, magis autem patienter, vt cognoscat an is decipiat, & illos, cõtra quos aciem inclinat in expeditione illi postea, etiã iustè condemnati, pari
66 ter conquerantur iustè, † quòd nõ fuerint auditi.

Quarto oportet, vt vtatur † magna prudentia
67 ne decipiatur, & capiatur in verbis eorum decretorũ, in quibus faciendis versatur discrimẽ curię, vt decreto fideiussor. Menoc.
68 in discrimine, vel votũ detegendi cõtra ea † quæ habentur in l. vbi C. de fals & no. in l. admonendi, vbi Io. de Prat. nu. 50 & Rip. nu. 46. ff. de iur. iur. & dãdi materiam fraudibus parti malum ius fouentis ad recusationes, obloquia, periuria, appellationes, & similia.

Exemplum sit, vt si pars vna petat sibi deferri iuramentum in supplementum probatio-
69 nis, vel iuramentum † in litem Prudentia autẽ erit & cum ea, qua vti debet prudens Christianus aduersus tentationes demonis, quibus nescit respondere, vt scilicet suspendat resolutionem his, vel simil ib. verbis. Dominus Iudex admisit si & inquan-
70 tum, & reseruauit sibi † facultatem deferrẽdi iuramentũ in calculo ferendę sniæ, & ita obseruant Iudices prudentes, & iucundissima responsio, per quam ars deluditur arte, & illuditur, vt de illo hebreo,
71 qui interrogatus † an die Sabbati marsupium inuentum in strata colligeret, qui respondit, non est dies Sabathi, & marsupium non adest.

Sed quid si non potuit prodesse talis inutela,
72 vt si vna pars petat eligi peritum † ad visitãdum, & superinde sit discordia in modo faciendæ rellationis? Nõ recedat Iudex, à cautela iam data, & mãdet fieri relationẽ, vtroq; modo, cũ habiturus rationem vtriusque relationis, quæ iuris fuerit.

Huic proximum est exemplum, quando est controuersia inter partes de lapsu instantiæ, & altera petit fieri calcula, & interim tempora labuntur, Tunc uel debet iudex mandare, vt fiat calculum cum decreto, q
73 interim tempora † stent in suspenso, et à si opus est de consensu partium, vel mandare, quòd iura producta ponantur ad partes, & non ponãtur in processu sinè nouo decreto, & si cõtingat casus adeò difficilis, vt nequeat statim se resoluere q̃rat fugas, puta mandauit sibi acta exhiberi cũ monitione ad talem diem, vel mandauit informari, & similia.

Quintò debet inuigilare, ne partes grauentur
74 indebitis † expensis. Sextò debet prouidere ne fiant actus elusorij, sed in hoc opus vti cautela, vt potius admittatur actus elusorius, quàm detur materia parti appel-
75 landi, quia † minus malum habet rationem boni, & pessimi sunt aduocati, & procuratores, qui votũ vincere leuia cõterendo tempus, & differendo expeditionem in
76 meritis, & hoc † appellatur amittere vincendo vt dicebat Reuerendiss. Buratus, dũ essemus Collegę.

Septimo debet cauere ne causa cur lites diffe-
78 runtur ea † præcipuè ne contrahatur economicidium, & amplius dicit Ripa in l. dies, in §. hoc autem iuditiũ, nu. 61. ff. de damn.
79 infect. quòd iudex videns instantiam perituram, potest procedere ad diffinitiuam etiam nemine petente.

In quinto tempore Iudex, qui formato processu dum nihil superest, quod vlterius in quæstionem deducatur, voluerit sententiã diffinitiuam proferre, debet imprimis reuocare ad memoriam præcepta Iustiniani
80 † relata per Mass. de exercit. ver. penit. lib. 3. & querere veritatem in iure, quæ est in
81 supercilio † montis, vt Tob. 1. xi. idest in summo labore.

Secundo, debet cuncta rimari: sed quando

Iudex

Iudex inuenit, poterit esse certus, se cuncta rimatum fuisse: Non pudet tantum hæc, quæ leuia videat, posteaquam in se tantam continent pietatem innuere. docere. Habeat igitur Iudex viuens semper pre oculis Rubertum de Libellis, & illum videant super illa actione, vel iuditio, super quo intendit pronuntiare: nam ibi inueniet omnia necessariò incumbentia actori, & reo, dum ipse format petitiones, & materiam exponit probandam.

Nam tot sunt necessaria, quot ipse ibi enumerat, vt patet, quia omnia legibus probat; & ideo si viderit auctorem, vel reum in aliquo defecisse, de hinc materiam iustam dubitandi elicere debet: hoc documentum præstauit viam facilem, tutam, & securam, idq; experientia protulit, cum fuerit resolutus accingat se viriliter ad expeditionem causarum, quia hoc est tempus, in quo præcipuè oportet Iudex irrumpat iniquitates: Ideo si viderit opponi læuia, & friuola, super eis interloqui faciat decretū hoc modo. Dominus super hiocinde peritis monuit partes ad audiendum eius voluntatem, & quatenus commodè ad sententiam, & in termino monitionis sententiam ferat, & præcidat calumniam.

Tertio, debet prudenter se habere in destruēdis sententijs: Descendunt aliqui DD. ad specialia: vt de sententia priori, & secundi Decreti Iacob. de Bellouisu in tract. de primo, & secundo decret. num. 83. de sententia appellationis deserta Vestr... & de sententia iux, conueo. part. DD. in l. si conuenerint. ff. de re iud. de viui tex. declaratione optimè Afin. in tract. de execut. §. 3. cap. 251. num.... ego autem generaliter loquar, & referam obseruanda Iudici in destruendis sententijs.

Quarto, debet curare effectum ne sententia sua sit frustratoria præsertim in spetie nullitatis, quæ ipsius dignitatem ratione suspitionis lædit, vt puta si prætensores proximi, & causa in qua prius fuisset aduocatus; hic vide quæ pro Cribello, & adde Bertaz. consil. 550. per totum lib. 2. vbi est locus plenus, pro declaratione stat. med. l. si prætor. ff. de iud. l. fin. ff ne quid in lo. publ Cost. in l. & si condemnatus. ff. de nox.

Quinto, debet curare modum, & cauere præcipuè à duobus. Primum est, ab obscuritate: aliàs enim non. assequitur finem Iudicis, ad cuius officium pertinet lites dirimere Dec. in l. quidam existimauerunt. nu. 2. ff si cert. pet. nam sæpius contingit disputare de his, vt in casu Menoc. 110. per tot. lib. 2. & simil. Alterum est à materia impugnandi sententiam suam, exprimēdo causam in ea Glo. in l. si me, & Titium. ff. de except. re. iud. quæ adducit rex. in l. in sum ma. ff. eo. & si Iudex sit constitutus in necessitate exprimendi causam, vt in lib. 9. reg. iur. reg. 244. vbi sexdecim casus ponū tur: debet ponere verbum, maximè, præcipuè, & similia, vt docet Panor. in cap. ex parte, de concep. præben.

Primo, circa personam suam debet diligenter cōsiderare, quomodo exprimat nomē suum; nam si esset Iudex ordinarius, & iurisdictio sua esset alterata, & ideo effectus delegatus, & conciperet sententiam his verbis, Prætor in tali causa, sententia esset nulla: secus si diceret, Ego talis Prætor, vt subtiliter, & notabiliter obseruat Alci. de præsump. reg. 3. præsump. 35. num. 5. & notatum habemus celeberrimum exemplum apud Menoc. in cons. 406. per totū. lib. 5.

Secundo, circa personam partium, debet ēē diligenter videre quid faciat, exemplum sit in casu, in quo sententia deberet concipi in personam Procuratoris effecti domini litis, & instantiæ, vt in l. 1. C. de sent. & interlocut. omn. iud., de quo exemplum extat elegantissimum eius Menoc 415. de tribus propensis per totū, lib. 5. vbi tuetur subtilitatem d. l. aduersus omnes oppositiones factas, vt ibi per eum.

Tertio, debet diligenter animaduertere ad id, quod venit in sententia; nam sunt quidam scrupulosi, qui in his nimis subtilitate quandoq; fallūtur exemplum tu suis, q cert. & certa est iuris sententia, q ille, qui agit actione reali, qua rem sibi restitui, & dari, vel relaxari petit, debet probare ipsius rei identitatem. l. si in rem nisi, ff. de rei vend. l. in actione. ff. de fun. & no. Bar. in l. 1. nu. 3. C. si vn. ex plur. appell. & scribunt Alex. in cons. 183. nu. 19 lib. 6. Soc. sen. cons. 40. vol. 2. lib. 3. Crau. consil. 198, nu. 4. Corn. cons. 144. num. 11. lib. 4 Menoc. cons. 507. nu. 4. lib. 6. modo pone casū, in quo satis dilucidata remaneant corpo-

ra bonorum in loco designata, sed in probationibus id deficere, quia nõ benè constet qualia,& quanta sint bona, in quantũ se extendant, & exemplificat quod dictũ, quia Iudex non debet absoluere reũ, sed illum condemnat ad restituendum bona petita per eum detenta, facta tamen prius per actorem, tã ex probatis, quàm ex probandis clariori demonstratione in executione sententiæ, quanta sint, & quatenus se extendant dicta bona intra suos veriores antiquos confines,& per inspectionem ocularem Iudicis. Hæc sunt verba Simonis de Pret. in tract. de coniect. vlti. volũt. lib.5.dub.vlt.num.344.cum seq.qui adducit doctrinam Bal. semper menti tenendã in l. Volũtatis ad fin. C.de fideicom. quòd scilicet quoties dubitatur de corpore post sententiam probationes admittũtur, nec per hoc dicitur ordo iudiciarius subuerti, sed sententia liquidari, arg. l. hæredes palam.§.sed si non ff.de test.alia adducit pulcra,& reuidenda, in praxi valde vtilia, & de pane lucrando, quæ non curo repetere: Volui tamen regulam illam adducere, quia instar habet multorum exemplorũ, quæ ex industria omitto.

In sexto tempore Iudex qui functus est officio debet multa monita pre oculis habere, quę tamẽ ad duo capita redigi possunt. Primum caput pertinet ad Iudicem prout Iudex fuit, & habeat aliquas reliquias cũ monitis pertinentibus ad ministerium iustitiæ, quod ipse subijt. Secundum caput pertinet ad Iudicem prout ad hominem priuatum, qui in alio non differt ab alijs hominibus nisi in eo quod grauiori onere reddendæ rationis Deo viuo, & vero constringitur multa. n. talenta à Dño suo recepit,& de illis interrogandus est, vt diiudicetur, vel seruus bonus, vel seruus nequam. Quod attinet ad primum caput qñ Iudex functus est officio suo secundũ ea, quę scribit Capr.lib.reg.iur.reg.26.fol.29. Is debet scripturas restituere partibus, nec illas sub quouis prætextu retinere, neque etiam prætextu proprij honorarij, alias tenetur ad omnia damna, expensas,& interesse Boer. dec. 15. vbi dicit ita fuisse iudicatum. Secundò debet patienter ferre quærelas partium contra quas ipse pronuntiauerit: quia iustus dolor illas excusat. Tertiò licet iam exuerit personam Iudicis, vt pulchrè per Cuma. in cons. 133. tamen non debet amplius se intromittere in causis in quibus pronuntiauit ne videatur sententias tulisse amore, odio, vel sordibus,& cum iactura famæ suæ nouas inimicitias contrahat. Hoc tamen non intelligitur in casibus in quibus Iudex requisitus tenetur facere partem testis, Id quod placet aliquibus exemplis declarare. Primum exemplum sit, quando Iudex inquireretur de causa, quæ illum mouit Card. in consil.139. nu.7. Bar.in l.qui testamento,§. 1. ff. de excus. tut. Secundum exemplum sit quando ageretur de iustificando facto Notarij, vel alia re simili non pertinẽte ad eius laudem, vel vituperiũ Ruin. consil.16. circa illud, num.4 volum.5 Cętera exempla possũt haberi ex distributione, quam posuerunt hac in re Henric. Boic.in c.dilecto de test.& Bagaro.in trac. de reprob.test.sub nu. 37.

In septimo, & vltimo tempore Iudex debet ex fine officij sui moueri de vltimo eius fine,& propterea ante oculos suos infrascripta monita proponere. Et primo debet certo scire se redditurum esse rationem supremo Iudici de omnibus per eum gestis. Reddere autem rationem in hac vita determinare debet: quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis: atque ideo præ eligere iudicium Dei miserantis, & coram Christo in cruce pendenti, quæ ad perfectam rationem reddendam necessaria sunt peragere. Hæc autem duo sunt alterum rationem reddere, & hoc exequi debet secundum monitum Prophetę Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: alterum verò reliquatum consignare . . . . . . Et hoc opus, hic labor est. Hæc consignatio cõsistit in restitutione malè ablatorum,& in consignatione sui ipsius. De restitutione nihil dicam: quoniam adsunt tractatus integri,& sic humana infirmitas resistit, vt onus huiusmodi iuribus meis impar penitus existimem. Vt aũt complementum reliquatus consignationis assequatur in seipso infrascripta obseruabit. Primo vt in bona valetudine constitutus disponat de oĩbus bonis suis iux. illud dispone domui tuæ: neq; expectet infirmitatẽ, qñ anima minus est apta ad actus intellectuales, vt dicit Arist.in 7.phisic.& ibi not.D.Tho.&

prudentia

prudentia, quæ exigitur in illo actu.l. secunda.l. in aduersa, ff. qui test. fac. poss. præterea instit. quibus non est permiss. fac. testamen. impeditur dum mens ipsa mortis cogitatione perturbatur, l. hac consultissima. §. at cum humana, C. qui testam. fac. poss. auth. de trien. & sem. §. illud. l. iubemus l. quoniam indignum, C. de testam. quod Teuthones tanti fecere, vt in legibus suis, art. 65. de rebus suis facultatem disponendi tali casu exemerint: pro quibus facit Bald. in l. fin. in princ. C. de bon. quælib. vbi ex Arist. inquit, quòd deficiente calore, & corpore deficit intellectus.

Secundo, vt omnibus modis interiorem hominem paret, vt solutis mondanis curis conuersus ad Dominum magna spe dicere possit iuxta consilium D. Ambr. Ecce Domine sum positus extra manus hominum, In manus tuas commendo spiritum meum.

Hoc autem efficiet, si ad eius Dei amorem, dum viuit, dum valet, quærendum, applicet animum suum: sic enim assequetur perfectam charitatem, dum enim applicatur animus magis augetur affectus, & diligentibus Deum omnia conuertuntur in bonum, etiam peccata.

Animi applicatio fieri potest infinitis modis.

Ego autem existimo iucundius fieri non posse, quàm si Dæmonis, si Mundi, si Carnis, si hostium, si peccatorum in genere, si singulorum mortalium vitiorum turpitudo, si mortis terror, si inferni horror, si Paradisi gloria diligenter, & piè excogitetur. Cæterum, quia sicut Oculus naturæ per vitrum iucundius inspicit, ita oculus intellectus latentibus sub similitudinem, vel metaphorarum inuolucris libentius incumbit, vt dixi in præfato numero 79. paucis curiosissimis tamen Oculum Reipublicæ secundum capita superius constituta, & particularibus rubricellis distincta onere media excogitandi ad accendendum animum subijciam.

Neq; hoc loco garrulus Momus laceret scripta mea: quia fines egrediar legalis philosophiæ: quia iuuat seruare fidem, & adductæ in præfat. sufficiunt pro defensione & Vasqui exemplum Doctoris celeberrimi, qui scripta sua pluribus similibus exornauit, spem dedit, decisionemque in terminis pro me parauit. Rem igitur ipsam aggrediens media subijciam.

De Diabolo.

Diabolus hominibus fallaciter blanditur, vt Canis; occultè insidiatur, vt Lupus; vt manifestè eos aggrediatur in hora mortis, vt Leo.

Hæc veritas ex monstro, quod pedibus supponebatur Apollinis, enitescit.

Diabolus sub varijs speciebus nos decipere quæritat. Ad hoc potest adduci fabula telę Arachnes, in qua descripta erant media quibus Dij decipiebant puellas; Nam omnes Dij Gentium Dæmonia.

Rursus induci potest fabula Iouis, qui vt concuberet cum Leda in Cygnũ se mutauit, vt frueretur filia Regis Thebarum; se in Satyrum transformauit; vt cubaret cum Alcmena, eius mariti formam assumpsit: & denique. Danaem Acrisij filiam in imbrem aureum conuersus corrumpit.

De Mundo.

Mundus præliatur aduersus animam: ideo antiqui dixerunt: quod Terra produxit Titanes hostes Iouis. Difficile est qui diutius diuitias, & honores Mundi possit ab illius se illecebris liberare. Huiusmodi tres fructus Mundi possunt comparari tribus Pomis malogranati, propter quod Proserpina dentata dicitur in Inferno: nam & Mundus Inferni typum gerit.

De Carne.

Qui amat carnem suam perit: nam scriptum est, & dicit Dominus. Qui diligit animam suam perdet eam: Induci potest fabula Narcissi, qui dum vixisset nisi seipsum amasset, vt Thiresias eius matri Liriope de filio vaticinium petenti respondit. Caro concupiscit aduersus Spiritum. Ideo Iuno, & Iuppiter contrarios partus edidisse perhibentur.

Natura nostra est procliuis ad malum. Hoc fabulati fuerunt Poetę in filio Terrę,

quem Anthæum, quasi contrarium, & aduersarium vocatunt.

De hostibus animæ.

TRes sunt hostes ad decipiendam animam nostram sub varijs formis conatus suos exercentes. Protæus, idest Diabolus, Achelous, idest Mundus, & Diyope, idest Caro. Quibus, (vt in fabulis) vis fuit in plures transeundi figuras. Caro nostra insequitur Euridicem, nempe animam nostram: nam inimici hominis domestici eius, per prata, per delitias huius mundi, & serpens latens in pratis Diabolus scilicet, illam mordet morsu peccati, & ipsa moritur. Amplius Orpheus homo, cantu, confessione reuocat Euiydicem, recuperat animam, & iterum causam præbet mortis iterum peccando, & illa captiuatur in Inferno.

De Peccatore, & peccato.

PEccator non surgit ex fouea peccati sine gratia præueniente; Hoc etiam somniati fuerunt Poetæ in fabula Proserpinæ medio Iouis è manu Plutonis ereptæ.

Peccator ob sui turpitudinem priuatur cœlo. Ideo antiqui finxerunt, quod Dij propter turpitudinem ad præces Cereris matris de cęlo eiecerint turpissimum Vulcanum, qui typum tenet peccati, inquantum etiam dicitur filius Iunonis, idest voluntatis.

Ad mortem animæ peruenitur medio peccati, cogitatione, delectatione, & consensu. Hoc somniati fuerunt antiqui, in tribus Parcis. Nam Clotho nendo cogitationis, Lachesis inuoluẽdo delectationis, & Atropos incidendo consensu significationem habet.

Peccator habituatus difficilè resurgit. Ad hoc induci potest responsum, quod fertur datum fecisse per Cererem Ioui: nempe quòd Proserpina non posset ab Inferno trahi, si de Inferni fructibus gustasset.

Hac ratione fabulati sunt Poetæ, quòd Sol cœlum mæruit; quia solus de Titanis ab iniuria numinum abstinuit.

Timor Domini expellit peccatum. Ad hoc induci potest, quod Styx habuerit filiam nomine Victoriam: nam ex tristitia, quæ oritur ex timore datur victoria peccati.

Homo sine ratione secundum animi sui libidinem viuens, nihil quasi differt à bestia; vnde Salomon, Leo rugiens, & Vrsus esuriens Princeps impius super populum pauperem; & faciunt, quæ de Nabuchodonosor à Domino in similitudinem bestiæ cõmutato albi legitur: Hanc veritatem somniati fuerunt antiqui in fabula Lychaonis Tyranni nequissimi conuersi in Lupum.

Sæpè contingit, vt verificetur illud. Sicut patres vestri: ita, & vos, & illud, Mali Corui malum Ouum; pro quo adduci potest fabula Lychaonis, & filiæ: sicut enim ille in Lupũ, ita illa in Vrsam mutata fuit. Item; & quod Cadmus filius Regis Agenoris cum lancea interemisset Martium Serpentem, eiusq; dentes, iussu Palladis, seminasset, ipsi mutati fuerunt in milites: qui & inter se mali fuerunt, ita ut se inuicem interficerent: Et quòd Mercurius genuit Antilochum, qui candida de nigris, & de candentibus atra faciebat.

Ex malo patre sæpè peior filius: iuxta illud, peius operati sunt, quàm Patres eorum. Huius rei simulacrum potest poni, in eo, quod ex sanguine Gigantum dicantur orti alij Gigantes peiores, quàm patres eorum.

Hac nostra misera temporum conditione durissima sunt hominum corda: & verè (salua pace bonorum) homo homini Lupus. Induci potest fabula Deucalionis, secundum quam de lapidibus homines creati dicuntur.

Pernoctatio arguit stuprum, & similia delicta, quoniam qui malè agit odit lucem, vnde fabulati sunt Poetæ: quod Iuppiter induxit nebulas in mundum, illumq; totum altra caligine repleuit, quando voluit rapere Io: filiam fluminis Inachi.

Vir iniquus lactat animum suum, & ducit eũ per viam non bonam; simulacrum reperitur in Mercurio, & Argo.

Io: mutata in vaccam, Anima peccatrix, quãdo accedit ad flumen, flumen inquam sapientiæ Dei, ad sacræ scripturæ lectionẽ cognoscit se habere cornua superbiæ, & alios defectus, & præ horrore sui ipsius confugit ad Nilum lacrimarum rogans verum Iouem, pro restitutione primeuæ

formę

formæ pro restitutione gratiæ, & eam obtinet.

Peccator restitutus ad gratiam debet cauere diligenter ne iterum Deum offendat, iuxta illud. Qui stat, videat ne cadat. Ad hoc induci potest, quod Io. de Vacca in fœminam mutata, vt nihil de Boue superesset nisi candor in illa, tamen non audebat loqui.

Vidimus multas propter peccata ad ignem æternum damnatas: Ideo hunc ignem debemus diligenter euitare, & potius stagna lachrymarum petere. Pro hoc facit fabula Cygni, qui cum vidisset Phaetontem eius fratrem à Ioue fulmine percussum, & interemptum, semper timuit, & penes aquas moratus est, & versari dicitur.

Peccator se conuertere debet ad Deũ, quem offendit à natiuitate mediante virtute humilitatis, quæ colligitur ex præsepio, in vita omni probitate, quia nemo ipsum arguere potuit de peccato: in morte charitate, qua sic dilexit nós, vt pro nostra omnium salute mori voluerit in cruce. Induci potest fabula Clysiç, quæ facta inimica Soli, præ dolore defecit in florem, qui Heliotropius dicitur, qui ad Solẽ in ortu, in meridie, & in occasu se conuertit.

Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea: nam corrumpunt bonos mores colloquia praua: Induci potest fabula Virgarum quç ex eo, quod tetigerunt virgas à capite Gorgonis lapides effectas, in lapides conuersæ fuerunt.

Phineus, Adam, ad instãtiam Nouercæ, Euç, filios nos miseros mortales, occidit, Morti, pœnæ, & culpæ subiecit, & ipse excæcatus remansit, priuatus lumine gratiæ, & splendidissima luce Paradisi, à qua in hanc densissimam mundi caliginem relegatus fuit, & adiectæ fuerunt Harpiç, immundissimi Dæmones, quæ cibos, qui virtutes pro posse raperent, & mensam, & cor turpissimis suggestionibus fœdare niterentur. At Iason, at Dominus Iesus Christus ad hospitium dicti Regis cæci innuendum, hospitium cæcitatis humanæ, in naui, in vtero Sacratissimæ Virginis, & Columbam, & purissimam carnem accepit, suscepit, & homo factus est, & canes Iouis, & Arpias, & Dæmones per filios Aquilonis alutos, per Prædicatores, & Apostolos superans, deuincens & Draconem vigilem, & Luciferum vnà cum Bobus spirantibus ignem, cum sequacibus suis superauit: & vellus aureum, spolium sanctarum animarum salutis nostræ reportauit, & velum templi scissum est, vexatio, quæ contingit propter peccatum, dat intellectum. Induci potest fabula Cadmi, qui post multa infortunia cõuersus dicitur in Serpentem, idest prudentem.

Iusta est pęna, qua quis in eo punitur in quo deliquit: ideo cum Medusa in capillis placuisset Neptuno, qui eam in templo Palladis oppressit, in illis fuit punita; quia crines mutati fuerunt in hydras.

Homo in honore constitutus, & inter delitias positus facilè peccat, Exemplum in Eurydice, cui Serpens in prato mortem intulit, & in Silla, quæ super turri. mirabiliter sonitu Citharæ Apollinis resonanti Minois amore capta fuit, & seipsam perdidit.

De Superbia.

ANtheus, homo de limo terrç factus, tunc ab Hercule, à Diabolo exanimatur, occiditur, quando à terra eleuatur, quando sic initij oblitus per superbiam extollitur.

Vulcanus, Diabolus, incude, dignitates, & honores Hermione priuignæ suæ, animæ nostræ donat, subministrat in interitum.

Ambitiosus nunquam quiescit mente, iuxta illud, Præcordia fatui quasi rota currus, & quasi axis versatilis cogitatus eius.

Induci potest fabula Ixionis, qui propter amorem Iunonis, idest prosperæ fortunæ, & gloriæ, Inferno ad perpetuam rotam damnatus dicitur.

Ambitiosus decipitur in desiderijs suis, etiam quando illis frui opinatur: quia honores mundi sunt vmbræ, quæ decipiunt, & euanescunt: vt in Ixione fabulati sunt Poetç, qui nubem pro Iunone oppressit.

Sapiens in sapientia sua non debet gloriari, alias cito cadit, vt dicit Angelus. Hoc senserunt Poetæ, qui pœnes Mineruam Sapientiæ Deam, Noctuam humilitatis simulacrum posuere.

Aggregantibus diuitias, vt illi indignè ad dignitates ascendant, resistit Dominus, & facit illud. Præcipe, ne bestia montem ascendat. Ideò antiqui finxere, quòd Iuppiter Gi-

gantes, qui aggregauerant mõtes, eorumque habitationem, quasi ad Sydera extulerant, fulmine percussserit.

Superbia parit contemptum, & contemptus ruinam, vt optimo figmento expresserunt Poetæ, dum finxerunt, quod Phæbus fuerit vulneratus à Cupidine, vt continuo Daphnem amaret, & ab ea non amaretur: quia ipse prius elatus in superbiam eo, qđ Phitonem serpentem maximum interfecisset: contempsisset Cupidinem sub eo prætextu, quòd is eius respectu indignè portaret aurum, & sagittam.

Superbus gloriam quærit, & illa fugit. Potest induci fuga Daphnidis, de qua Ouidius Protinus alter amat, fugit alter nomen amantis.

Superbia ita obcęcat hominem, vt ipse sæpè sub prætextu honoris, ruinæ, & mortis auctor fiat; Ideò in prouerbijs scriptum reliquit Sap. Stulti, & quæ sibi sunt noxiè cupiunt. Potest induci fabula Semelis, quæ petijt à Ioue, vt iscum illa iũgeretur talis, ac tantus, qualis ac quantus coniungebatur cum ipsa Iunone: propter quod ab ipsa Iunone tonitruis, & ignibus fuit interempta.

Superbus si efficiatur pauper, adhuc remanet superbus: propter quod & alios pauperes dedignatur, & diuitibus quærit associari, etiamsi ab illis contemnatur, & obliuioni tradatur: Huius veritatis simulacrum viuum habemus, & illud expresserunt Poetę in casu Calistonis, quę acubata in vrsam vrsas abhorrebat, & ad homines se conuertebat, & ab illis euitabatur, vnde Ouid. Mens antiqua manet, ficta quoq; manet in vrsa &c.

Ex vili genere natus ad dignitates, & officia consueuit sequire in nobiles: propter quod deprimitur ab ipsis Nobilibus, vt sibi dici postmodum possit, Conuisti in terram, qui vulnerabas gentes. Hoc expresserunt antiqui in fabula Oeti, & Ephialtis, qui creuerunt vsque ad cęlum, & ita superbire cęperunt.

De Auaritia.

Avarus indigenti cibum negat, vt seruet aurum, & induratur cor eius, vt in eo, qui Dauid petenti cibos negauit, de quo scriptum est. Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Induci potest fabula Atlantis Regis vlterioris Hispaniæ, qui noluit recipere Perseum, propter timorem amittendi poma aurea, iuxta vaticinium Theonidis, & oblationem capitis Medusæ conuersus fuit in montem.

Princeps antiquatus in malo, vt Saturnus in annis, curuus in voluntate, vt ille in corpore, falcem rapinæ tenet in manu, & filios comedit, subditos excoriando indebitis exactionibus, semper gestat in manu, semper tuetur, & conspicit aliquem Draconem, aliquem iniustum officialem, vt opem accipiat in vxorem, vt diuitiarum abundantiam assequatur.

Sed quandoq; eijcitur de Regno ab aliquo ex filijs, & subditis, Et de virilibus eius, Et de eius voluptatibus proiectis in mare, conuersis in amaritudinem, nascitur Venus, aliorum voluptas: scriptum est enim, qui aceruat ex animo suo iniustè alijs congregat.

Auaritia obcæcat: Ideò Poetæ Phineum, qui à fęnerando dictus, typum tenet auari, cęcum finxere.

Ex senectute Saturni, cuius influentia terrena conspicit, vt fabulati fuerunt Poetæ, qui Opem eius vxorem constituerunt, & ex eius mortali constellatione, secundum quam qui in ea nascitur, raiò viuit, quàm fragiles, & periculosæ sint diuitiæ cognoscitur.

Auarus nunquam satiatur: quia tantum crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, Et ideo scriptum est, Qui merces cõgregauit, misit eas in saccum pertusum. Hæc pęna auaritiæ exemplificari potest in illa Pellidum, quos aquam in dolio sine fundo fundere dicebant Poetæ: qui & finxerunt Midam famæ pereuntem.

Veh his, qui aderunt, quando aurum valebit, quando iuuenis regnabit, & quando populus pileum communiter portabit. Hoc prouerbium est Bononiensium: quòd sic exponi posse arbitror. Quando aurum valebit per se, quando pecunia pariet, quãdo iuuenis regnabit, quando rector erit insipiens. Quando populus pileum portabit, quando etiam nobiles mercaturam exercebunt. Ratio primi est prætermissio

aliorum

aliorum negotiorum,& ruina familiarum, vt par. nostris temporibus, quibus plenæ sunt plateæ sociorum illius obiecti,& calamitosi hominis,de quo Liuius lib 3.dec. 1. Rationem verò secundi scriptam reliquerunt antiqui in casu Phetontis filij Solis,& experiuntur multi. Tertij denique capitis ratio est, quia si omnes mercatores, vt designat Pileus, quem ideo Mercurio Mercatorum prætenso Deo dicatum etiam dixere, omnia venalia, & virtus erit vilior algę.

A minori vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student: ideo antiqui circa Dianam, quæ typum gerit auaritiæ, dum seruos, idest abiecti animi homines pręsertim sagittare dicitur: non solum Satyros, sed. & Nymphas syluarum, montium,& fontium choreas ducentes posuere.

Clauis omnium pecunia, ideo Cybellem siccum Opem Saturni vxorem,& diuitiarum Deam cum claui in manu pinxerunt antiqui.

Auaritia superat sæpè etiam fortes, Ideo, & Leones domiti dicebant trahere currum Cybelis siue Opis.

Ratio interesse concordat, ideo, & Galli, & Leones dicuntur inseruire Cybeli.

Tyranni super aquas delitiarum natant, & sceptro triplicis concupiscentiæ saxo miseros subditos percutiunt, & conuertunt in Equos, dum ex oppressionib. eorum Equos & similia emunt: & tamen habent secum tubicinas Tritones, adulatores, eorum malefacta extollentes, quorum voces comparari possunt his, qui audiebantur circa Statuam auream de qua Daniel, capitulo tertio.

Mulier vix custodiri potest contra vim auri, quia eius genus, genus auarissimum est; Et ideo præsertim muneribus corripitur. Ideo cum Aciesus pater in turrim æneam induxisset Danaem custodiendæ castitatis gratia, Iuppiter per tegulas domus in pluuiam auream illam prægnantem reddidisse fertur. Et Hippomenes pronepos Neptuni Athalantæ Cenei filiæ Nymphę pulcherrimæ ex Veneris consilio pomis aureis coniugium obtinuit.

Pauones Iunonis pedes lambunt, idest nobiles diuitibus famulantur: Iunoni diuitiarũ domina dicitur.

Fur deniq; detegitur,& punitur, vt in Mercurio, cuius furta Battus detegit.

Actæon venator, deprædator laceratur à proprijs canibus, tandem, & ipse depredatur. Iuxta illud Vœh, qui prædaris, non ne prædaberis, & illud, Cunctos prædatores tuos in prædam dabo.

Mercatores verbis decipiunt emptores: ideo antiqui Mercurio, & fistulam, & gladium curuum, quem Harpen vocabant, apposuerunt.

Qui offert sacrificium de substantia pauperis quasi filium victimat in conspectu patris, Ideo dicitur, quod Iuppiter indignatus in Lychaonem, qui hominē interfecerat, & carnes ei obtulerat, illum commutauit in Lupum.

Paupertas est res suspecta: quia Diana idest Auaritia, ceruos, idest pauperes, & viles sagittat.

Auari ducuntur pauperes circũ circa veluti equos ad rotam molendini, sicorum cęliorum ficta circulatione; sed eorum anima rotabit, quasi in impetu, & circulo fundæ.

Auaritia præsertim reperitur in corde diuitũ. Hoc expertos fuisse dicuntur Iuppiter, & Mercurius, qui dum sub specie humana nundum lustrarent à diuitibus reiecti, & à Philemone, & Bacco pauperibus senibus sub eorum tugurio libentissimè recepi dicuntur.

Frigida charitas, seu crudelitas nostri temporis homines habet properantes, seu volantes ad aurum, Induci potest fabula filiorum Aquilonis,& Horintij, quorum humeris alæ volucrum increuerunt, quibus ad rapiendum vellus aureum cum Iasone volitarunt.

De Luxuria.

LVxuriosus omnia audet, vt in Ixione fabulatum est: qui cum esset Secretarius Iunonis, illam de stupro importunè interpellauit. Et melius induci potest fabula illius Regis, qui arcem ascendens aëri se commisit, vt Minoadas Nymphas euolantes, & ab eo fugientes insequeretur, qui ideò corruens expirauit. Quid nequius: quàm

quàm quod excogitauit caro, & sanguis? Patet in fabula Pasiphæ, Medeæ Biblis, Myræ.

Amore inter delitias facilè capimur, vt in Sylla, quæ su per turri resonanti sonitu Cytharæ Minois amore capta fuit.

Vxor absente viro, facilè mœchatur, sic dicitur, quod Pasiphes filia Solis, & vxor Minois Regis Cretensis eo absente in obsidione Athenarum, Taurum insano amore dilexit, vt ab eo cognita fuerit, & Minotaurum conceperit.

Os vuluæ nunquam dicit esse satis: facit quod Vulcanus, idest stimulus concupiscentiæ, qui propriè Vulcano confertur ratione caloris, & turpitudinis, dicitur esse de vulua Iunonis, idest mulieris, propter quod & Vulcanus quasi de vulua cadens dictus traditur.

Venter mœro estuans facilè spumat luxuria, Ideò ex Saturno Venus, idest ex satietate luxuria orta est.

Concupiscentia carnis, etiam iustos torquet: idem à Cupidine Apolinè ò sagitta confectum fuisse legimus.

De muliere insano amore amante non est confidendum, sed timendum, ne ratione paupertatis, vel alterius magis dilectæ formositatis fallat, Hoc expresserunt antiqui in illa ex Gratijs, quam facie se auertentē pinxere.

Mulieres ad festa, & spectacula accedentes facilè cadunt, vt in Helena exemplificari potest, quæ ad Cythereain Insulam ad festum Veneris causa solani iuit, & ibi rapta fuit à Paride; Sed verum, & viuum exemplum habemus in Dyna: quæ egressa ad videndum mulieres regionis à Sichen filio oppressa est.

Pudicitia prudenter admodum committenda alicuius fidei sub ratione sanguinis: nā sub specie cōsanguinitatis Philomena corrupta fuit, & vulnerata dicitur Venus telo Cupidinis filij sui eam incautius osculātis.

Amor facit homines cæcos, iuxta illud: Insano in amore nemo videt: Ideò finxerunt Poetæ Cupidinem cęcum: & quod Sol propter amorem. Leuchotœnis filiæ Orchami, & Euritnenis oblitus fuerit illuminare Mundum.

Amor est res plena timoris, vt dicit Penelopes apud Ouid. in pri. Epistola, & patet in fabula Pirami, qui ob vanum timorem mortis Thybeæ se interfecit.

Venus, idest meretrix, habet secum tres iuuēculas, Carnalitatem, qua nos allicit, Auaritiam, qua nostra rapit, & infidelitatem, qua nos eijcit. Seu Carnalitatem, qua nos seducit, Auaritiam, qua nos conducit, & infidelitatem, qua nos deijcit.

Amor, & Maiestas non bene in vna sede morantur, vt in fabula Iouis, & Europæ.

Amor vbi regnat nullum reperit secretum, Ideo Poetæ Venerem nudam pinxerunt.

Amor omnia vincit: Ideo antiqui Pan, qui ab eis dicebatur Deus naturæ, in luctationibus ab Amore victum repræsentabat.

Homini fornicario omnis panis dulcis: is nullo habito discrimine turpitudinis, infirmitatis, doloris, vel mortis, vt alter Titius cor, & iecur exhibet ad deuorandum.

Non est bonum pulchram cōiungi cū turpi, quia ex talibus coniugijs solent adulteria sequi, vt in adulterio Veneris coniugis turpissimi Vulcani.

Filiæ inobedientes facilè opprimuntur vt cōtingit in Proserpina; quæ egressa domo contra præceptum Cæteris ad colligendū flores cum Venere rapta, & deplorata fuit à Plutone.

Pulchritudo sæpè præbet occasionem peccati, & doloris, vnde Daphnes rogauit terrā, vt pulchritudinem auferret.

De Ira.

Actæon aliorum insectator vertitur in Ceruum, in paupertatem à Diana, à sorte sua, quam ipse suis contentionibus sibi in Deam in hac mundi Sylua constituit, & comites, & canes, & proprij amici, & satellites, qui eum comitabantur, & pro eo pugnabant ipsum recognoscere non dignantur: imo occasione se offerente in eum arma mouent, & eum occidunt.

Ira reddit insanum, vt in fabula Cinaræ, quæ propter iram, quam concepit de turpitudine facti Myræ, effectus fuit insanis, imo de homine facit bestiam, vt in Sylla, quæ violenter rapta in iram se in mare proiecit, & conuersa dicitur in Alaudam.

Crudeles sæpè eo modo puniuntur, quo alios occiderunt: Nam scriptum est: Per quæ peccat quis, per hæc, & torquetur: vt con-

rigit in Diomede Tyranno, quem Hercules ad deuorãdum proprijs canibus dedit: quibus ille viuens alios ad comedendum supponebat.

Magnus practicus Marsilius dicebat credulitatem esse testimonium ignorantiæ, vel ignobilitatis. Hanc veritatem expresserũt antiqui, dum dixerunt, quod Monoculi fulmina fabricarent. Ioui, & quòd Palischi abiectè nati hospites suos occidebant.

Patientia læsa fit furor: ideo Cadmus dicitur tunc conuersus in Serpentem, quando diutius infortunia ferre non potuit.

De Gula.

OPeratius ebriosus non locupletabitur: Ideo Poetę Bacchum seminudum finxere, & potest induci fabula Herisitonis: qui comedendo omnia consumpsit, & filiam propriam pluries vendidit: & illa Mineidum, quorum telæ, textoriaq; instrumẽta in vites mutata dicuntur.

Tumultuosa res est ebrietas: Ideo Bacchus super Tygrides repræsentatur: & egregiè facit, quòd vxor Regis Thebarum, pro eo, quòd Bacchum nutrierit, medio Thesiphonis de mandato Iunonis in furiam conuersa, in mare se præcipitauit.

Vinum tollit intellectum: Ideo Bacchus in pueri figuram designatur: Hinc est, quod proximus non debet argui in conuiuio vini, vt senserunt antiqui in casu Panthei: qui à matre, & sororibus matris furẽtibus in festis Bacchi in monte Citheronæ, quò ille se contulerat ad illis improperandum, baculis, & lapidibus occisus fuit.

De Inuidia.

INuidia quandoq; est causa mortis sui possessoris, vt fabulati sunt Poetæ in his, qui præmium venationis Atlantæ rapuerunt, quos ideo Meleager interfecit.

Quos virtus extollit, inuidia quandoq; deprimit, vt fabulati sunt in Paride filio sororis Dedali, quem Dedalus ipse propter inuidiam eius virtutis de arce, siue turri Palladis præcipitauit.

Vbi Perseus, homo præclarus, virtute caput Medusæ amputauit, egregium aliquid fecit, nascitur alatus eques, fama oritur, quæ portat illum, seu verius nomen in remotas regiones cum tanto honore, vt à capite Medusę ab egregio facinore homines conuertantur in lapides, hoc est fiant immobiles præ stupore: Sed ex diffusione sanguinis, ex diuulgatione famæ nascuntur Serpentes, in surgunt mille inuidi, susurris, & detractionibus sibilantes, & inuidentes. vt Serpentes: Nam virtuti inuidia comes: Ideo, & Mineruæ noctuam apposuere, quæ typum tenet inuidiæ in quantum non potest videre splendorem Solis. Et fabulantur, quod Ocyroe filia Chytonis Centauri mutata fuit in Equam: quia cum magna de Esculapio filio Solis prædixisset, prouocauerat Deos ad inuidiam.

Deus sæpè extollit, quos inuidia deprimit, & potest induci fabula Calistonis, si dicatur Iuno inuida mens, videns Calistonem, animam proximi redditam prægnantem à Ioue, plenam virtutibus, mutat illam in Vrsam, deprimit, & damnificat, Sed Iuppiter, sed Deus illam exaltat vsq; ad Sydera, iuxta illud, Imposuit cœlo vicinaq; sydera fecit.

Tot sunt supplicia inuidorum quot bona felicium, vt inquit Seneca. Hæc veritas colligitur ex descriptione Inuidiæ, de qua Ouid. lib. 2. metam.

Inuidus aulicus ex morte socij prædilecti, cui præbet pro posse causam, primum locum expectat apud Principem, & amittit eius gratiam, vt in casu Clysiæ, quæ Leuchoto mortem quæsiuit propter amorem Solis, quem amisit, & perijt.

De Accidia.

NEptunus Deus huius maris, huius sæculi Diabolus tridenti triplicis concupiscẽtię, oculorum scilicet, & superbiæ vitæ, saxa, idest homines otiosos percutiens, cõuertit in equos, in luxuriosos, inuidos, superbos, impellit ad omne nefas: quia otium est omnium malorum esca.

Homo non debet in tribulationibus nimis se contristare: quia post tenebras lux: vnde dicitur, quòd Iouis stella, quandoq; se in circulo Saturni exaltat, vt senserunt Poetę, dum fixerunt, quòd Iouis expulerit Patrẽ de Regno.

Vita nostra in manu voluntatis nostræ ob dor-

dormitationem spiritualē periclitatur induci fabula potest Nisi, & Pelei, ac Thetidis. voluntas enim nostra est illa mala filia, quæ dum nos inuenit dormientes, in his, quæ sunt salutis crines capitis, idest virtutes intellectus tondit; propter quod Spiritus Dei à nobis recedit, & fortitudinē amittimus, & à Philistæis, ab inimicis nostris, Diabolo, Mundo, & Carne vincimur, sicut legitur de Sansone.

De Morte.

MOrs æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque lares: Ideo Mortem pro vna ex tribus Parcis Atropo, quę filum rumpit, posuerunt maiores nostri, ad ostendendum, quòd nemini parcat, iuxtà illud Virgilianum, scirent si ignoscere Parcæ.

De Inferno.

IN Inferno nulla est redemptio: Ideo Acherontem illum finxerunt antiqui, qui interpretatur sine salute, ad ostendēdum, quòd ibi nulla adest spes salutis.


IAm video Oculū meum e ministerio sacrarum legum in vestimentis humilibus, quæ sola inueniuntur in domo iustitię ex his tenebris ad cęlestia properare, vt nō ramis arboris (vt olim mox erat in sacris certaminibus) sed vt ægyptia corona florum scilicet, ornatus gaudeat, vbi sensus amicitia, concordia, plena, potestas, pax secura, decus, & gaudia, vbi corpora sanctorū fulgent, fortia, pulchra, libera, sana, sita sine fine manentia læta, vt de pœnit. dist. 4. cap. si ex bono, §. denique, & §. finis & ... id quod, vel duobus verbis ad propositum nostrum pagina confirmat, cum dicit iustus, vt palma florebit, dum enim magis in terrenis est paruulus, sursum se erigens in celestibus desiderijs magis atq; magis fit magnus, vt 47. dist. cap. omnes.

Ex his cum finis laboris ex palma consistat, vt C. de prin. agen. in reb. l. pri. lib. 12. quod moraliter exponit Alber. in dict. in verbo palma sub spe futuræ palmæ victoriæ huius laboriosi certaminis huic certamini artis, & naturæ ad laudem, & gloriam Dei, Beatiss. Virg. vtriusq; Ioannis, Seraphici Francisci, & omniū aduocatorum meorū finem impono, omnia Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ iudicio, & censuræ humillimè subijciens, vt c. Valentianus, 63. dist. & c. hęc est fides, 24. q. pri.



DE INSCRIPTIONE LIBRI, ET EIVS LAVDE.

F. Bernardini Porri I.C. Mediolanensis.



Culum Reipub. veluti Aristocratiam seu optimorum Principatum visus est mihi author adeò ingeniosè formasse, vt non tantum ad reformandam, sed etiam de nouo eam instituendam omnium consensu, sufficiat, Nec ab re ita Iussit appellari, cum oculus sit prætiosissima pars corporis. Hinc Cicero de Natura Deorum ita inquit.. oculi tanquàm speculatores altissimum locum obtinent ex quo plurima circumspicientes funguntur suo munere, sic in Reipub. administratione præcipua cura Rectorum in oculorum munijs sita est, & centum fronte oculos, centum vt ceruice gestent expedit, oculosq; per singula voluant, rimentur, & intueantur, ea per quę facile in præceps ruere & labi possit. Non falli se is patitur qui oculum adijcit nam & stabilis, & inconcussa est ratio quæ oculis tenetur, Tutò & constanter iudicat qui oculos in oculis alienis figit futura ex præsentibus prospiciens. Et qui oculos tollunt prudenter res æstimare solent quia potissima pars amoris in oculis residet Hinc illud. Oculi sunt in amore duces. Iustissima ergo est hæc inscriptio seu epitome, OCVLVS REIPVBLICAE, veh autem illi populo in quo sedet Princeps amoris in subditos expers, oculis captus qui libidini & cupiditati, quæ per oculos irrepit, seruit, & ancillatur & ab ijs vinci se patitur. Cumq; oculus sit Triplex, Corporeus, Mentalis, Administrationis. De eo intelligendus est liber qui in intellectu consistit, Nam mens est quæ videt, non oculus, sic legitur in Genesi cap. 3. Aperientur oculi vestri, & eritis sicuti Dij. Scientes bonum & malum. Rursus Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. Vidit & gauisus est, At qualem oculum desideramus? Primo vt mentalis sit purus, nec magna trabe vulneratus, Corporeus vt sit pudicus, Administrationis, prouidus, nec aliam ob causam sacra pagina Diaconos appellat oculos Episcopi quàm quia hi debēt perlustrare omnia & cōsiderare, ea quę corrigenda sunt & ad aures Episcopi perferre. Sic qui Reipublicę frena tenet vigiles insomnesq; oculos intendere debet ne iustitiæ neruus frangatur, vt vnicuiq; ius suum reddatur. Non tolerantur anxiæ disputationes eorum, quæ in oculis sunt posita, nam rectè Lyricus.

Segnius irritant animos demissa per aurem
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Quæ spectantur facilius ingeruntur, vixq; diffluunt ex intuentium animis ea verò quibus mortales aures onerantur facile flaccescunt cum stomacho, Nec difficile obruuntur obliuione. Qui de rebus arduis ad Rempub. attinen-

tibus consultant si vigilent, & nl torpor eos occupet, eam ab insidijs vacuam, & immuné reddunt, iure oculus dicitur. Quia qui mentis cecitate laborãt ad publicas functiones, & munera non sunt idonei, & cum oculus sit dirigendus ad rationem, & diuinam contemplationem iccirco nihil aberrante ratione tentãdum est, & iusto Themidis libramine singula sunt tam pensanda, quàm excutienda, quia in oculis omne mentis iudiciũ inest, inter omnes sensus oculi, viciniores sunt animæ, omnis animi perturbatio, vel hilaritas in eis apparet: Poterat autem Cauatius alio Epitheto cohonestare hoc opusculum verùm cum nullum aut decentius aut præclarius inueniri posset ideo hanc denominationem est amplexus, & sicut magna est expectatio de filijs quibus insignia nomina sunt imposita, ita ille ingenij sui partum, & fœtum à nominis pulcherrima specie, & venustate, & vocabuli iocundo sono opportunum putauit studiosos ad eum legendum excitare: Fertur ob oculorum Nobilitatem, & præstantiam eos tribui Mineruæ, illa sanè ratione, vt omnes intelligant quod cum nil eis sit amabilius nullam esse amoris vim, quæ non debeatur doctrinæ, & eruditioni. Quid ergo hic Reipub. oculus aliud præsefert quam quod hi qui regunt, & dominantur multis virtutibus imbuti esse debeant. Non plura de hoc. Cætera res ipsa præstabit. Vale.



IOAN. BA-

IOAN. BAPTISTÆ CAVATII

I.C. Bononien. & Aduocati Mediolanens.

OEDIPVS COLONEVS, SIVE DE SANITATE MENTIS

Accuratissima, & curiosissima disputatio.

Illustriss. & Reuerendissimo

BENEDICTO IVSTINIANO CARDINALI AMPLISS.

Et Bononiæ de latere Legato Vigilantissimo.

Io.Bapt.Cauatius I.V.D. Bononiensis, & Aduocatus Mediol. S. D.



Raues ærumnas, maioraq; pericula, in quæ lubrico ætatis incideram deuiraturus, non autem suauiss. patriæ optatos sinus, meosque, & maiorum meorum iucundissimos lares derelicturus, voluntario exilio memet mulctaui, At

Postquàm collapsi cineres, & flamma quieuit.

susceptis iam vndecim filijs, æditisq; qualiscunque ingenij mei varijs fœtibus, in quibus vniuersæ familiæ meæ præsidium omne consistere res ipsa docuit; tandem patriam cogitare cœpi; & vt filijs consulerem, quorum natu maximus non mediocre ingenij specimen, ni me patrius amor fallit, ædere incipit. Verùm cœpi timere, ne leuitatis reus fierem, qui post tàm diuturnam moram ab hac Illustrissima studiorum omnium, studiosissimorumq; altrice Vrbe Mediolano discessum parare vellem, in qua tot, tantosq; amicos nactus sum, vt potius locum, quàm patriam mutasse mihi videar. Interea ex illo amplissimo, & celeberrimo Theatro, ad has vsque partes laudum tuarum significationes, vocesque sine vlla exceptione sic relatæ sunt, vt nullum aliud tempus, votis meis, magis opportunum expectandum duxerim; Referant alij vitæ integritatem, morum suauitatem, natalium splendorem, æquabilitatem in iure dicundo nulla gratia mutabilem, rerum in quibus versatus es magnitudinem, electum in familiaritatibus percautum, totius familiæ tuæ grauem, & constantem disciplinam; mirabor ego nullum in ædibus tuis, aut per quàm rarum Accensi officium, facilitatem in au-

diendo, & diligentiam in satisfaciendo; non fasses, securesque, sed intus ardentem ignem amoris foris zelo paternæ seueritatis accensum. Hic cum primùm illuxit, omnem timorem fugauit, bonosque bono animo esse iussit: Non enim habet quid timeat, qui virtutis firmissimo præsidio innititur, vbi quies publica piè sæuienti disciplina illæsa seruatur. Vicit igitur ea ratio, quæ spem fecit. Cæterum, vt cautius agerem Oedipum Coloneum, seu disputationem, in qua illa exceptio submouetur, sub nominis tui splendore, cum quo adest causa spei, & reditus potissima ratio, emisi. Tuæ nunc erit humanitatis, subditum, qui solus recessit, cum multis filijs redeuntem benignè recipere, in tuorum numerum referre, & relatum tueri: quod si exoptatum res exitum sortiatur, tibi post D.O.M. patriam, tibi filios, tibi honorem, tibi omne bonum acceptum perpetuo feram: velox erit reditus, & beneficia optimè collocata, publicis testimonijs variorum laborũ meorum diuturnis vigilijs ad vmbilicum perductorum, apud omnes vberrimè testatum relinquere spero. Interim publicæ pietatis Parens, securitati publicæ totiusq; Christiani Orbis magno commodo fœlix viue. Mediol. 4. Id. Decembris *1607*.

Illustrissimæ, & Reuerendiss. Amplitudinis tuæ

Addictiss. seruus

Ioan. Baptista Cauatius.

PRAEFATIO



Omani eloquij Principis vestigia sequutus; qui Demosthenem imitatus Orationes in M. Antonium Philippicas vocauit; præsentem disputationem pro P. C. quasi desipiente in re familiari à N. iniustissimè accusato; OEDIPVM COLONEVM inscripsi, vt titulus susceptæ materiæ conueniret, infœlici Patri clienti meo solatium afferret, N. honestum timorem incuteret, & eruditissimis viris Ioan. Baptistæ Sormano, Petro Cantono, & Alexandro Tesseræ I.C. quos vera virtus cum nobilitate coniuncta cumulatissimè exornat, atque commendat, qui stipitem Cauatiæ Domus in his adoptiuis tueri consueuerunt, media afferret; vnde lectionis varietatem, altius etiam ab antiquis fabulis opportunè, vt arbitror, Sophoclis exemplo repetitam, à Theoninis dentibus vendicare possent, vt denique conceptæ spei ex sapientia, & iustitia Illustriss. Solis Ducis, & Moderatoris tot splendidissimorum Syderum IACOBI MAINOLDI Excell. Sen. Mediolanen. PRAESIDIS Scytalam, seu Hieroglyphycum contineret.

OEDIPI

OEDIPI COLONEI.

PARS PRIMA.

Media adducta contra Reum ad probandum illum non esse sanę mentis perpenduntur.

SVMMARIA.

1 *Iudicantem cuncta rimari oportet:*
2 *Stultitia probatur ex factis.*
3 *Dilapidatio bonorum arguit stultitiam.*
4 *Dilapidationis probandæ extrema probanda quæ.*
5 *Philippi nomen perpenditur.*
6 *Equitare quando arguat stultitiam.*
7 *Digladiatoris artem in senectute discere refertur ad stultitiam.*
8 *Saltationes in sene referuntur ad stultitiam.*
9 *Amoris imago moraliter exponitur ad stultitiam designandam amantis.*
10 *Amoris, & cupidinis nomina, quatenus differunt.*
11 *Stultus, sicut Luna.*
12 *Singularitas testium, quando non obsit in probanda fatuitate.*
13 *Gradus supremus infirmitatis mentis est insania.*

Adsit Dominus spes mea.

SI iudicantē cuncta rimari oportet, vt inquit text. in c. iudicantem 30. q. 5. sunt † mea quidem
1 opinione in hac causa multa hinc inde diligenter perpendēda, quæ sicut pro suscepti muneris nostri onere, in quo vltra latrocinium peccatur, quando cliens pro viribus non adiuuatur, non potuerunt omitti, quia status causæ est coniecturalis, & oportuit coniecturas ex ordine hinc inde referre, & omnia comprobare, & reprobare respectiuè, non solùm per iuris, & rationum terminos, sed etiam per inductionem testiū, & iurium productorum, ita ab omni culpa hanc insolitam latius discerēdi methodum eximunt, quia non est culpabile, quod necessitas infert. Sed is erit ordo, vt oīa facilissimè sub breuitate reduci possint, & re ipsa experiemur ne in hac violēta differēdi prolixitate à dilecta, & solita breuitate recedam.

PRIMA igitur fronte, vt exordiamur cum I. C. in l. Quingenta. ff. de probat. videtur interdicenda administratio bonorum Io. Philippo C. quia plures præsumptiones, & seu probationes contra eum resultent ex informationibus sumptis ad instātiam partis aduersæ de prodigalitate, & fatuitate.

Nam in primis dictum Io. Philippum, & prodigum, fatuum faciunt plures testes. Primò Io. B. de Z. fol. 52. inquit, dalla republica il detto G. F. fù tenuto mezo matto, & come huomo fuor di sentimento, & per tal lo tengo; perche lo vedo à far delle materie. Secundò Ioan. Ambrosius P. fol. 81. inquit, tengo per mezo matto Gio. Philippo, e per tal l'hò sentito da altri. Tertiò Gab. B. fol. 123. inquit, tutti li suoi parenti lo tengono come vn'huomo matto, & per rapinado per le scapade, che fà, & lo tengono come vn matto inspiritato, & per forfante, & matto lo nominaua meco suo padre, & fol. 124. subdit, seguendo come fà, gli auanzarà il tempo.

Adiecerunt insuper præfatis multas præsumptiones, quas ex ordine referre oportet.

PRIMA præsumptio ex qua Iosephus V. gener. nomine Lucretiæ, & Aureliæ de C. contra socerum, & patrem respectiuè suam intentionē adiuuare conatus est, desumpta est ab actu dilapidationis duorū cassonorū serici; & alterius quantitatis, quā dicit Benedictū dicti Io. Philippi patrē tpe mortis suæ reliquisse, & dictū Io. Philippū imprudenter breui tpe consumpsisse: Nā cū stultitia pro-
2 betur † ex factis. l. is qui, §. diuus. vbi gl. ff. de tut. & cur. dat. ab his, cū similibus latè cumulatis per Fulu. Pacian. lib. 1. de probat. c. 43.
3 nu. 10. actus dilapidationis † vr̄ præcipuus d. §. diuus. l. 1. ff. de cur. fur. vbi dr̄, q; ad exēplū furiosi datur curator ei, qui neq; tempus neq; finē expensarū habet, sed bona sua dilapidādo, ac dissipando profudit, & ita nor. Alex. cons. 141. nu. 8. vol. 1. & sequitur Pacian. d. c. 43. nu. 27. & est tex. in l. cū de indebito. ff. de prob. in l. siue aurū. ff. de solut. quæ iura in his terminis adducit Paris. in cōs. 88. nu. 13. lib. 3. vbi dictū exornat varijs decisionibus. Et cū ista sit pręsumptio in pūcto iuris
4 vera, vr̄ etiā satis ꝓbata; Nā duo † extrema, q; Benedictus reliquerit tantā quātitatē serici, & qđ Io. Philippus illā cōsumpserit ex depositionibus triū testium resultare videtur.

Primum extremū nixi sunt probare tres testes Io. Baptista de Z. fol. 6. & 7. dicit, quod ante mortem dicti Benedicti per quindecim dies vidit hanc serici quātitatē in hęc verba:

vidi duoi caſſoni honeſtamente grandi tutti pieni di ſeta parte lauorata, & era ſeda cruda filata, & altra ſorte di ſeta da trare, & attaccato alli raſtelli vi erano diuerſe ſorti di ſete filate parecchie lire.

Ioan. Ambroſius P. fol.42. dicit, la settimana della feſta di San Tomaſo, dopò la quale morſe poi il detto Benedetto; il detto Benedetto ſe n'andò ad vn caſſone grande, qual era in fondego, & per contro ad eſſo vi era vn'altro ſimile caſſone, & aperſe tutti gli detti caſſoni, & vidi, che erano tutti duoi pieni di ſorte di ſete da far giù, & erano parecchie lire, & mi diede vna ſorte di ſeda da portar à mia moglie. Horum duorum teſtium dicta coadiuuare videtur Gabriel B. fol. 110. io non sò, che tempo auanti la morte del detto Benedetto, inteſi dal detto Benedetto, che eſſo haueua molta quantità di ſeta. Secundum extremum conati fuerunt probare teſtes: nam licet Io. Baptiſta de Z. fol. 8. dixerit, che Gio. Filippo conſumaſſe detta ſeta in ſei meſi non vi sò dire: tamen confugit ad coniecturas, & dicit de auditu ab Angela vxore d.Io. Philippi, & de auditu ab eodem Io.Philippo, quòd ipſe retinebat vnam meretricem, vt fol.10. & in hoc concordat Ioan. Ambroſius P. de auditu à dicto Io. Philippo, fol.48. ibi, è ben vero, che sì per auanti la morte di ſuo padre, & dopò mi hà detto, che teneua à ſue ſpeſe vna puttana. Et ſuper ipſa diſtractione dictus Io.Baptiſta de Z. dicit fol.12. quod dictus C. habita fide de precio dicti ſerici, partem vendidit: & his generale dictum ſubijcit Gabriel B. fol.111. & hò poi inteſo dopò la morte di detto C. eſſer ſtato il vero il contenuto in queſto capitolo da molte perſone di queſta Città di Milano, maſsime dà ſuoi amici, & parenti.

SECVNDA p̃ſumptio retenta maiori propoſitione deducitur ex alio actu dilapidationis, quia teſtes affirmant dictum Benedictũ reliquiſſe in eius hæreditate ſingraphas exigendas in quantitate librarum triginta, vel quadraginta millium, quodque eas d.Io. Philippus exegerit, & pecunias conſumpſerit. Ioan. Baptiſta de Z. fol.14. Io. Ambroſius Puteus fol. 51. dicunt audiuiſſe à Benedicto C. quòd habebat ſingraphas in tanta quantitate, ſed quòd illas d.Ioan. Philippus exegerit, neſciunt.

TERTIA præſumptio inde deſumitur, quia d.Io.Philippum, ſic Philippũ dixerunt,
5 ideſt † equorum, & equitandi amicum, vt propter id ipſum per Ciuitatẽ equitaſſe nobilium more equo inſtrato, & riſui patuiſſe velint, Io. Baptiſta Z. fol.25. eſſo Gio. Filippo caualcaua, & ſubdit, la gente ſi marauigliaua, ſi rideua, & faceua beffe, che il detto Gio. Filippo faceſſe tal coſa, & fol. 26. ſubdit, & lo teneuano per matto, per quanto io ſenteuo à dire, & fol.27. profitetur audiuiſſe multos ex hoc eidem Io. Philippo irriſiſſe, & fol.63. repetit vidiſſe eum equitantem, (vt vulgo dicitur,) con valdrapa. Gabriel B. concordat, quod vidit dictum Io.Philippum equitantem. fol.116. & huiuſmodi actionem, & ipſe prouocat ad riſum. Hunc actum quæritant qualificare nonnullis adiectionibus, & circunſtantijs, vt magis ludi-
6 brio † patuiſſe videatur. Prima circunſtantia deſumitur à veſtimentis, Gabriel B. fol. 117. dicens, gli dauo la baia con dirgli, che lo vedeuo sù l'amoroſa vita, Ioannes Baptiſta de Z. deſcendit ad ſpecies veſtimentorum, & ea exprimit fol.61. his verbis: vn veſtito di raſſa di meſchia, con guarnitione di ſeta di color verde, & taneno, ouero berettino, vn'altro di veluto à opera, ouero ormeſino di color nero, con guarnitione di ſeta nera, vn'altro veſtito di color nero di ſeta, ouero di caneuazzo di filiſello, con l'ornamento di ſeta nera gentile. Secunda deducitur ab ætate, quia eſſet ætatis annorum 45. prout eum facit Gabriel B. fol. 119. Tertia circunſtantia deſumitur ex eò, quod varias emptiones equorum fecerit, & in omnibus diuerſas iacturas. Quarta, & vltima circunſtantia, quod diuerſa ephipia conficifecerit, & ex his aliqua reuendiderit cum damno.

QVARTA præſumptio inde deſumitur, quòd ipſe Ioan. Philippus in ea ætate con-
7 ſtitutus digladiatoris artem † diſcere cœperit. Ioan. Baptiſta de Z. fol.32. qui dicit de viſu, quòd vidit illum diſcentem, Io. Ambroſius P. fol. 64. qui deponit de viſu, Gabriel B. deponit de auditu ab ipſo Ioan. Philip.

QVINTA p̃ſumptio deſumit͛ ex ſaltatio-
8 nibus ſuper quibus deponit † Ioan. Baptiſta de Z. fol. 32. vbi dicit vidiſſe C. ſaltantem vix biennio elapſo ſuper quodam feſto.

SEXTA p̃ſumptio deſumit͛ ab amore, quo

vo-

volunt C. flagrasse erga quandã meretricẽ,
cũ qua cubabat,& ex eo filios susceperat,nã
9 amor puer pingitur,q a est irrationabilis,†&
stultus:Hunc,& alatũ pingunt,qm̃ cupidine
calentibus nihil leuius,nihilq; mutabilius in-
uenitur:sagittamq; in manu tenere fingitur,
quoniam cor vulnerat,faciemq, inflammat,
vt declarat Boer. dicta decis.23. nu. 76. vbi
exempla ponit, & differentiam inter amo-
rem, & cupidinem.

SEPTIMA, & vltima desumitur ab in-
stabilitate,quia vbiq; quærunt ostendere C.
non habuisse, neq; habere sensum firmũ, &
hæc ratio satis videtur reducibilis ad argu-
mentũ:nam scriptũ est,sapiens sicut Sol per-
15 manet,stultus autẽ sicut Luna mutatur†Ec
clesiast.27.& refert Boer.d.decis.23.sub nu.
83.prope finem, & huius instabilitatis testis
est Io. Baptista de Z. fol.22. & Sil. fol. 104.
qui licet sint testes singulares;tñ videntur re
12 cipiendi ad probandam fatuitatem,& †de-
mẽtiã hominis,vt per Boer.decis.23.nu.44.

Hæc sunt (si in summã redigantur,) quę
cumulata fuerũt,(quo fine,Deus scit,ego au-
tem nec examinare, nec iudicare intẽdo)ad
ostendendum dictum C.non modo stultum
in actionibus,& fatuũ in sermonibus,sed eũ
reponendũ in supremo gradu,videlicet,insa
niæ,vltimum huius miseriæ locũ,iuxta illud
13 † Tullij in 4.Philip.ibi, vt hominem stultũ
magis etiam infatuet iuncto elegantissimo
loco Comici in Eun. ibi, Hic homines pror-
sus ex stultis insanos facit, de quibus inter
nostros Pactian. Doctor elegantissimus in
tract.de probat.lib.1.cap.43.num.15.12.&
13.cuius dictis accedit vberrimus locus Boer.
omnes hos terminos, quò ad effectum iuris
æquiparantis d.decis.23.num.42.

OEDIPI COLONEI.


Pars Secunda.

Adducuntur media probandæ sanitatis mentis, & hac occasione multa curiosæ cumulantur.

SVMMARIA.

1 *Iniuriarum actione tenetur, qui dicit fatuum.*
2 *Recantationis pœnæ æquitas quanta.*
3 *Testibus deponentibus pro sanitate mentis magis creditur.*
4 *Cognitionis humanæ qualis sit modus.*
5 *Quisquis ab effectu facta notat.*
6 *Causæ quatuor propter quas testes, testibus sunt præferendi.*
7 *Singularitas testium quando noceat in probanda fatuitate.*
8 *Testes deponentes super non sana mente, tenentur reddere causam scientiæ etiam non interrogati.*
9 *Ratio non debet esse eadem cum dicto.*
10 *Ratio qualis debeat esse, vt probet dementiam.*
11 *Singularitas suppletur ex præsumptionibus.*
12 *Fatuitas non præsumitur.*
13 *Natura inimica imperfecti.*
14 *Natura norma iustitiæ.*
15 *Natura docet.*
16 *Contractus prudenter facti sanitatem mentis arguunt.*
17 *Contractus facti cum damno,quatenus arguant quẽ esse non sanæ mentis.*
18 *Dementia arguitur ex enormi læsione.*
19 *Quod operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito.*
20 *Causa ad effectum, sicut se habet in productione;sic destructio causæ in resolutione.*
21 *Par est potentia contrariorum.*
22 *Productionis, & resolutionis actus eadem est natura.*
23 *Approbatum non reprobo; Reprobatum non approbo.*
24 *Pactum gratiæ quanti æstimetur.*
25 *Preces amicorum extimantur,tamquam pars pretij in contractu.*
26 *Necessitas venditoris rem minus valere facit.*
27 *Malum minus ratione maioris, habet rationẽ boni.*
28 *Actus facti more dementium, dementiam arguunt agentis.*
29 *Actus prudenter gesti sanitatem arguunt mentis. Ampliatur præcedens dictum etiam in eo, qui aliàs fuisset demens.*
30 *Mos Romanorum in petendo consilia.*
31 *Consilium petere peritorum,est signum integritatis mentis.*
32 *Prouerbium Bon. Il primo Capitolo de' matti, è il credersi sauio.*
33 *Ionata sagitta commemoratur.*
34 *Hieronymi Caimi laus.*
35 *Littera Sen. Ex. requisita ad validitatem contractus arguunt sanitatem mentis.*
36 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
37 *Testamentum patris in quo filium instituit,est indicium sanitatis mentis filij.*
38 *Pater consueuit capere bonum consilium pro filio.*
39 *Filius prodigus potest exhæredari.*
40 *Vnius inclusio, alterius exclusio.*
41 *Coniecturis non est locus in claris.*
42 *Prohibitio alienationis legitima facta filio, an faciat præsumptionem dementiæ in filio.*
43 *Testator quod non loquitur, velle non præsumitur.*
44 *Prohibitio alienationis legitima quãdo sustineatur.*
45 *Prohibitio alienationis legitima quando mentionis vim habere dicatur.*
46 *Actus ducendi uxorem pertinet ad sanitatẽ mentis.*

47 *Artem aliquam exercere arguit sanitatem mentis.*
48 *Impedimentum, quod appellant priuationis in matrimonio, quale.*
49 *Scutiferi officium in Mensa alicuius magni Domini arguit sanitatem mentis.*
50 *Achilis lancea curiosè interpretatur.*
51 *Natura vrget patrem ad amandum filium.*
52 *Pater qui non amat filium præsumitur demens.*
53 *Amor filij arguit integritatem intellectus.*
54 *Similitudo nominis inducit amorem.*
55 *Exemplum præcedentis dicti.*
56 *Reuerentia filij auget amorem patris in nepotes.*
57 *Amor est ignis qui descendit.*
58 *Prouerbium, se gessit, vt Cato.*
59 *Vitæ integritas, signum integritatis mentis.*
60 *Scire, Dominari, & non mori sunt præcipua desideria cordis humani, quod egregiè cōprobatur.*
61 *Textus 3. Reg. cap. 10. & 18. in moralitatem referuntur.*
62 *Ira, cupiditas, & libido furiæ exagitātes hominem.*
63 *Ira in quo peior cupiditate, & libidine.*
64 *Marescotorum dictum notabilissimum. Si patiens sapiens.*
65 *Palladis simulacrum morali expositione exornatur.*
66 *Caroli de Noilhano dementia.*
67 *Patientia læsa furor, quod exemplo egregio comprobatur.*
68 *Defectus probationum dementiæ facit præsumptionem sanitatis mentis.*
69 *Calumnia quando excusetur in eo, qui non probauit, egregia distinctione ostenditur, & num. seq.*


HIS tamen non obstantibus contrarium verissimum esse existamus, & credimus non solùm actores teneri ad omnes expensas, damna, & interesse dicti C. sed etiam actione iniuriarum ex tali interpellatione
1 iniusta † text. est in l. iniuriarum in §. si quis per iniuriam. ff. de iniur. quem no. dicit ad hoc Soc. in cons. 118. visa narrati pūcti vers. sed his non obstātibus. col. 3. lib. 1. & ad re-
2 cantationem, pœnam † condignam, de qua loquitur Mysing. sing. obser. lib. 2. obser. 98. in fine. Quoniam habemus septem testes plenissimè probantes C. neque prodigum, neque dementem. Primus testis Io. Amb. B. fol. 8. secundus, Io. Ambr. Bir. fol. 15. Tertius nob. Io. Baptista Sirturus fol. 19. Quartus Gabriel Perogallus fol. 21. Quintus Pōponius Peregus fol. 24. Sextus Io. Frācisсus Coquus dictus de Cumis fol. 26. Pompeius Rub. fol. 31. Hi septem testes sunt præferendi omnino testibus examinatis contra C. Primò, quia regula est generalis, quòd testibus attestantibus aliquem esse sanæ mentis
3 magis creditur, cum † attestationes suæ cōueniant, & naturæ, & dispositioni iuris communis, vt in specie dixerunt Corn. Dec. Paris. Boer. & Soc. iun. quos citat Menoch. in commentarijs de præsumptionibus libro 6. præsumpt. 45. vers. hinc fit, num. 21. quibus addo Ias. Thom. Grammat. & Decian. quos refert Mascard. de probat. cōclus. 827. vers. quod si fortè, num. 11. & num. 12. & 13. vbi reddit rationem dicti, & illud ampliat. Secūdò, quia adducunt optimas rationes sciētiæ, & multum clarè loquuntur. Prima ratio est, quia C. sit cautus in emendo, & tractando negotia, ita primus testis dicto fol. 8. ibi, è auueduto, & accorto in quello, che tratta. Secundus testis fol. 15. ibi, l'hò sempre ritrouato molto accorto, e sottile, in quello, che trattaua, & ibi, sempre l'hò visto proceder cautamente, con appigliarsi à tutti quei auantaggi, che poteua hauere, & ibi, è nōtorio, che esso C. è auueduto, & sagace nell'arte sua. Tertius testis fol. 19. ibi, & nel serrare gli mercati molto sottile, e tale, che dimostraua giudicio nel discernere gli drappi di miglior bontà, & nell'appigliarsi à quei partiti, che erano vtili per lui. Quartus testis fol. 21. ibi, & l'hò sempre ritrouato sagace, & molto intelligente in quello, che trattaua, & ibi, l'hò trouato à casa, & conosciuto in lui molto giudicio. Quintus testis fol. 24. ibi, & vedeuo, ch'egli trattaua cautamente, & dimostraua giudicio, & intelligenza grande, nel saper conoscere, & discernere minutamente le qualità, & bontà delle seti. Sextus testis, fol. 26. ibi, l'hò sempre ritrouato huomo accorto, & diligente, & auantagioso, & ibi, l'hò sempre ritrouato à casa, & scopertolo per persona, che sà il suo. Septimus testis fol. 31. ibi, l'hò visto procedere nelle sue attioni prudentemēte, e cautamente. Hæc est ratio optima, quia ab effectu procedit, imò vnica, & singularis, quia humana fragilitas non potest,
4 nisi per effectum ad causæ cognitionē † deuenire, non autem per causas ad effectus, quia hoc est Dei omnipotentis, & Angelorum proprium, vt attestatur Ludouicus Tessera, in repet. Rub. de reb. dubijs, sub vers. secunda conclusio, ibi non enim, pag. 5. Secūda ratio, quam adducunt testes est excellentia ipsius C. in munere suo. Primus testis, dicto fol. 8. ibi, & nel parecchiar le seti non

vi

vi hà pare alcuno, & delle ſeti, ch'egli pa-
recchia ſe ne cauarà ſempre dieci, ò vinti
ſoldi di più la lira, di quello ſe ne cauarà da
altri. Secundus teſtis eodem fol. 15. ibi,
dico che nell'arte di parecchiar le ſeti, egli
non à alcuno ſuo pare, & biſogna dirla, che
è così, & ibi, & delle ſeti, che ſono parec-
chiate da lui, ſe ne cauerà più di quelle delli
altri. Septimus teſtis dicto fol. 31. ibi, &
egli è molto prattico nell'arte di parecchiar
dette ſeti. Et hæc ratio eſt eiuſdem poten-
tiæ cum prima, quia ab effectu procedit, à
quo vnuſquiſque facta notanda putat, vt
5 † dicit Ouid. in Epiſtolis, & ex noſtris pro-
bat Franc. Perſonal. in conſ. 28. num 24. &
in conſ. 34. num. 16. lib. 1. Tertia ratio de-
ſumitur à moderatis expenſis, quas fecit C.
Primus teſtis dicto fol. 8. ibi, & ſpende, &
ſempre hà ſpeſo parcamente, nè mai hà fat-
to alcuna ſpeſa ſuperflua, & ſe ciò foſſe, io
lo ſaprei per la continua prattica, c'hò ſeco,
Secundus teſtis dicto fol. 15. ibi, & nel ſpen-
dere io sò, che và parcamente, & veſtiſſe
anco modeſtamente, & ibi, & procede par-
camente nel viuere. Quintus teſtis dicto
fol. 24. ibi, & l'hò ſempre viſto andar veſti-
to molto abiettamente. Sextus teſtis fol. 26.
ibi, & sò anche, che in caſa ſua, & nel veſti-
re ſi è portato parcamente, & abiettamen-
te. Septimus teſtis dicto fol. 31. & sò anche
ch'egli ſpende, & hà ſpeſo parcamente, sì
nel veſtire, come anche in caſa ſua, & di-
co con giuſta verità, ch'egli è huomo, che
và molto peſato, & ſtretto nel ſpendere.
Tertiò ſunt præferendi hi teſtes ex illis
quatuor cauſis, propter quas teſtes teſtibus
6 præferendos eſſe affirmauit † Io. de Amic.
in conſ. 101. num. 8. Primò ratione dignita-
tis, quia teſtes C. ſunt mercatores nobiles
diuites, & omni exceptione maiores: Teſtes
verò contrarij, primus, & ſecundus ſunt per-
ſonæ viles, & inſeruientes: primus, ſecūdus,
& tertius ſunt inimici, & omnes patiuntur
grauiſſimas exceptiones, vt infra dicetur.
Secundò ratione numeri, quia cum teſtes
aduerſariæ partis ſint tres, & omnes ſingu-
lares, non quidem in eo, quod in genere in-
tendunt, ſed ſuper actibus particularibus,
quos referunt, quæ ſpecies ſingularitatis no-
7 cet, iuxta celebrem † diſtinctionem receptā
de qua poſt Felyn. & alios, latè Maſcard. d.
concluſ. 827. num. 8. imò ſunt ſingulares, ſin
gularitate obſtatiua, vt aptiori loco dice-
mus: teſtes ipſius C. ſunt plures, videlicet ſe-
ptē, & cōcordāt, & in dicto, & in rationibus
vt ſupra. Tertiò ratione qualitatis depoſi-
tionis, quia teſtes partis aduerſæ informiter,
& generaliter loquuntur; Nam primus poſt
illa verba, lo vedo à far delle materie, ſu-
biungit, ma di qual ſorte non lo sò, vt fo. 52.
Secundus poſt illa verba, l'hò ſentito tener
da altri, Interrogatus, neſciuit exprimere à
quo vt fol. 82. Tertius potius iniuriando, q̃
deponendo procedit, & tamen certum eſt,
& neceſſe eſt, quòd teſtes qui volunt de-
ponere ſuper non ſana mente, tenentur red-
8 dere cauſam † ſcientiæ, etiam non interro-
gati, ſecundum com. de qua atteſtatur Soc.
in conſ. 42. verſ. Primum eſt, col. 1. lib. 1. quę
ratio debet habere duas qualitates, quòd ſit
9 ſufficiens, hoc eſt, non ſit eadem † cum di-
cto, vt hunc terminum declarat, Bald. in l.
ſolam. C. de teſt. & ſequitur Socin. d. loco
verſic. primò quia: & quòd ſit manifeſta, vt
per eundem Socin. eodem loco, & manife-
10 ſta dici † non poteſt ratio, quæ non deſcen-
dit ad ſpecialia, ſiue illa deſumatur à verbis,
ſiue ab ipſis factis, vt per infinitas rationes,
& deciſiones in indiuiduis terminis oſtēdā,
dùm reſpondebo ad contraria. Quartò ra-
tione, qualitatis perſonæ producentis: cęte-
rum quia omnis comparatio odioſa, vt pri-
mo Reg. cap. 18. ſuper hoc non inſiſto, cùm
ſatis ſit me de qualitate C. diſcuſſurum in
ſexta præſumptione, quam pro eo adducam.
Quartò ſunt præferendi hi teſtes, quia pro
eorum dictis accedunt præſumptiones lega-
liores, & numero plures, & pleniſſimè pro-
batæ, ex quibus in eam ſententiam vnuſ-
quiſque adduci poſſit, vt vnus quilibet ex te
ſtibus plenam faciat probationem, & ſic C.
habeat ſepties, & pluſquam ſepties vltra q̃
neceſsitas exigeret, probatam intentionem
11 ſuā, quia ſingularitas † ſuppleretur ex præ-
ſumptionibus, latè Crauet. conſ. 35. nu. 6.

PRIMA præſumptio reſultat ex natura
ipſa, ſecundum quam quis fatuus non præſu
mitur, niſi probetur. text. eſt in verbis in l.
Nec codicillos ibi, aſſeuerationi tuæ mentis
eum compotem fuiſſe negantis fidem adeſ-
ſe probari competit. C. de codicill. & ibi gl.
adducit rationem, & concordantia, & per
12 illum tex. fatuitatem in homine † non præ-
ſumi dicit Rom. in conſ. 281. in rę præſenti.
num. 7.

num.7. vbi & ipse allegat iura concordantia, alia cumulat Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.2. tit.5. nu.2. & seq. vbi ponit quinque ampliat. & quatuor limitationes. Hæc præsumptio dicitur propria præsumptio naturæ, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.2. d. tit.5. post num.2. alia cumulat Mascard. d. concl.824. nu.6. cum seq & nunc accedit, Menoch. in suis comment. lib.6. præsumpt. 45. num.19. & 20. perfectissima, quia natu-
13 ra est inimica † imperfecti. l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. cũ alijs de quibus, Neuiz. in cons.50. nu.20. & est iustissima, quia na-
14 tura est † norma iustitiæ secundum Tulliũ in 2. de leg. & est magistralis, quia natura
15 docet, vt † scribit Philosoph. in 3. Reth. & est tex. in l. liberorum, ibi natura docet. ff. de verb. signif. & sola sufficit pro victoria, quia secundum hanc C. habet intentionem fundatam super leg. nec probatur contrarium, ita in indiuiduis terminis dicit Patis. in cons. 88. num.18. & 19. & seq. vbi & rationibus, & varijs decisionibus dictum exornat.

SECVNDA præsumptio sanitatis men-
16 tis resultat ex contractibus factis † prudenter, vt dicit Boer. decis.23. num.72. & num. 84. & cum in eo loco ostendat, Boer. sufficere contrahentem de cuius mentis sanitate tractatur non fuisse læsum, vt ibi dicto num. 74. quod intelligo enormiter læsum, tùm quia læsio citra dimidiam fatuitati nõ ascribitur, imò ad eam, vsque metam contrahen-
17 tibus licitum est † se inuicem decipere. l.2. C. de rescind. vend. Dec. cons.167. col.2. tũ quia sic expressim in propositis terminis fatuitatis, vel prudentiæ diiudicandæ fuit de mente, Dec. in cons.86. num.7. tanto magis hæc præsumptio procedit in casu nostro pro C. qui non solùm non fuit læsus, sed in magno remansit lucro, vt mox dicetur, & est rationabilis talis præsumptio, quia si (vt dicunt aduersarij) dementia arguitur ex eo,
18 quòd quis patiatur se enormiter † lædi, vt inquit, Dec. d. cons.86. num.7. bene infertur prudentiã argui ex lucro, quia quod operatur propositũ in proposito id operatur op-
19 positum in † opposito. §. plus autem, & ibi not. Ang. & Ias. inst. de action. & sicut se habet causa ad effectum in productione, sic se
20 habet destructio † causæ in resolutione, ita dicit Bal. in l. cum mulier. ff. sol. matrim. &
21 bene, quia par est potentia † contrariorum. l. fin. §.6. ff. de leg.3. & huc spectat illud pro-
22 ductionis, & resolutionis actus † eadem est natura. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. & quia omnes contractus referre esset nimis laboriosum, aliquos tantummodo nos colligemus. Primò igitur possunt cumulari multæ not. emptiones serici factæ per dictum C. in societate, quam habebat cum Io. Ambr. Bol. in quibus multum lucratus est: vna vice emit sericum pro summa librarum quatuordecim mille à quodam Nob. Viro de loco Vallis Magreræ cum lucro librarum bismille: Secundò à Nob. Ioan. Baptista Sirturo Thesaurario Illustrissimæ Cõmunitatis emit quantitatem serici pro summa librarum vndecim millium, & quingentarum, vel circa cum lucro librarum mille sexcentarum Imperial. vel circa; Tertiò emit à Nob. Io. Baptista Cribello in duabus vicibus quantitatem serici pro summa librarum viginti quatuor millium, cum lucro librarum trium millium, vel circa: Quartò emit à Francisco Hospite loci Gauardinæ quantitatem serici pro summa librarum nouem millium, & vltra cum lucro librarum mille, & centum Imperialium. Quintò infinitas emptiones mediocris summæ continuò fecit in quibus lucratus est, & cum præfata contigerint in societate aliorum, non possunt dijudicari somnia, & adest fides sociorum, videlicet Boltra sij examinati, & Nob. Octauij Sirtori, qui adhuc etiam socius est, & perseuerat, quia lucratur, & vbi aliqua hæsitatio adesset, scriptura, & libri loquuntur: & ab effectu ipso constat, quia cum sic oppressus sit, vt nihil percipiat redditus ex bonis suis, sed solùm habitationem habeat, victum, & expensas sic sibi suppeditauit, & hæc sicut certissima sunt in facto, quia ab effectu vnusquisq; facta not. putat: ita sunt inditia indubitata sanæ mentis, & euidentissimæ probationes dãnorum illatorũ hoc medio per aduersantes, quia cum emptiones huiusmodi factæ fuerunt, vt plurimum habita fide de precio, totum lucrum fuisset C. ni sibi fides adempta fuisset ab aduersantibus hoc modo, & tanto magis non habent, quid objiciant, quia anno 1605. quo sic C. lucratus est, Ver. præsenti pecunia, & capitali librarum centum millium non lucrum, sed iacturam fecit librarum septem millium, vt haberi potest ex eius libris, quibus adiecto interusurio libra-

rum

rum decem, iuxta stylum mercatorum, remansit in damno decem, & septem milliū. Sextò emit vnam possessionem pro pretio librarum viginti quatuor millium, & septemcentum à Carolo Barzio, iuxta æstimationem, quam fecit Petrus Antonius Barca peritus electus cū consensu, & postea fuit æstimata pretio librarum viginti quinque millium, & quatuor centum: & ingenierius æstimator fuit Hieronymus Lādolus electus ab ipso V. qui conuenerat emere, iuxta æstimationem, & proinde non potest impugnare hanc veritatem, quia quem approbo nō re-
23 probo. † l. Nesennius. ff. de neg. gest. & l. si quis testib. C. de testibus, sicut è contra, quē reprobo non approbo, vt dicit Boer. d. decis. 23. nu. 82. & licet dictus V. noluerit postea emere, si id allegat consentiente C. & pro bono reddet malum, vel dissentiente, & se in fide defecisse affirmat, sed adsunt instrumenta. Neque est cur dicatur, quòd C. vendiderit minori pretio Io. Dominico de Agate, apparente instrumento publico, quia venditio fuit pro libris decem, & octo millium cum pacto gratiæ, quod si æstimetur pro
24 tertia † parte, iuxta Socin. sen. consilio 15. nu. 56. vol. 1. Abb. in capit. in aliquibus in 2. not. de decim. l. si seruus. ff. de cond. fur. Dec. cons. 167. Roland. consil. 96. num. 38. lib. 2. & si addatur, quòd talis contractus fuit fa-
25 ctus amicorum † precibus aliquid etiā erit detrahendum, Alberic. in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. in præfat. par. 1. num. 23. si addatur, quod fuit factus tempore quo ipse C. erat in necessitate
26 † constitutus, erit detrahenda alia portio, iuxta Bart. Alex. Ias. & Ripp. in l. 1. in §. si hæres. ff. ad sen. cons. Treb. cum alijs cumulatis per Ari. Pin. in l. 2. cap. vlt. num. 20. C. de rescind. vend. & si colligantur vel coaceruētur omnia, C. vtiliter, & egisse, & prudenter dicere compellimur: vtiliter, quia hoc modo pretium pactorum, & aliorum excedit pretium primæ emptionis: prudenter, quia hoc fecit ad euitandum carcerem, quę mala dicitur mansio, & prudentia actū designat, quia minus malum habet rationem
27 boni respectu † maioris mali, quia est eligibilius, vt inquit Philosoph. & si Ver. in hoc retorquendo aciem contra socerum ascribere velit impudentiæ necessitatem, iam aduertat, quòd quisquis fuerit, qui per publicā

plateam diffamauit C. allegando ipsum pauperem, bona fideicommisso subiecta tenere, & similia, quæ mouerunt Agratum, & alios ad instandum summo cum rigore pro eorū creditis, omnino illud inprimis aduertere debent, quod ascribi debet hæc iactura indebitis diffamationibus suis, tamquā causæ proximę, & immediatę, & æquum est, vt culpa culpantibus, & sic non C. noceat, & ipse ad omnia huiusmodi damna, & detrimenta, tā in foro fori, quam in foro poli teneatur. Septimò, vt vndique appareat, quàm iniustissima sit intentio aduersantium, illud hic cōmemorandum est, quòd attribuunt imprudentiæ ipsius C. cōductionem cuiusdam domus factam post mortem patris: & tamen passim in hoc processu legitur huiusmodi cōtractum sic prudēter factum à principio, videlicet, ex causa vicinitatis plateæ, exemptionis ab expensis conductionis fundici, ex consilio socij, vt cum superuenerit ratio mutandi propositum, quod est prudentis cū re, eadem domus fuit sublocata Christophoro Ripæ pro eodem pretio, qui etiam releuauit Molendina ibi confexa, & satisfecit, ita deponit Boltrafius fol. 7. Io. Ambrosius Biragus fol. 14. & 15. & Io. Franciscus de Cumis fol. 26. Non sunt etiam omittendæ diuersæ emptiones equorum cum lucro, de quibus infra latius dicetur. Hæc præsumptio est efficacissima, quia est præcipua, & conuertitur. Nam sicut actus, ita gesti, vt homo sanæ mentis non ita fecisset arguunt demen-
28 tiam † in agente, vt dicit Soc. sen. in consil. 98. num. 5. lib. 3. ita actus benè, & prudenter gesti arguunt sanitatem mentis etiam in eo, qui prius probatus fuisset furiosus, vel de-
29 mens, vt de testamento † Tuditani eiuis Romani viri notæ insaniæ, iudicauit supremus ille Senatus Roman. vt scribunt Valer. Max. Tul. & Lactantius Firm. quos commemorat Menoch. d. præsumpt. 45. nu. 66. vbi vtrumq; dictū comprobat, & pro secundo dicto super quo fundatur pręsumptio nostra extat doctrina, Bal. Bart. & Alexand. quam refert, & sequit. Dec. in d. consil. 448. versic. quarto hoc idem adducunt. num. 15.

TERTIA præsumptio est, q. in actis ponderosis dictus C. semper adhibuit consilium peritorum, & imitatus fuit sapientissimos il-
30 los Romanos, qui Ælium, † & Manilium adire cōsueuerunt, non solùm, vt sibi respon-

derent de iure, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de que omni negotio, & officio, vt attestatur Cicero lib. 3. de Orator. & ex nostris refert Scala in tractatu suo de consilio Sap. lib. 1. c. 2. in fin. vbi multa cumulat ad propositum, & est text. in l. fin. in §. Lucius Titius. ff. de leg. secund. quem in his terminis adduxit Boer. d. decis. 23. num. 74. vbi adducit vberrima loca apud Lucam de Pœna, & alios, ad
31 ostendendum, quòd requirere † consilium est signum prudentiæ, & integritatis mentis: id quod probatur prouerbio conciuium meorum Bon. qui dicunt: Il primo capitolo de' matti, è il credersi di esser sauio, quòd
32 † in specie, & in terminis nostris comprobauit, Socin. sen. in dicto consilio 42. sub lit. G. lib. 1. Rectum enim sui iudex est, & obliqui, vt inquit Aristot. in 1. Top. & refert Soc. dicto cons. 42. vers. postremò, lit. l. eod. libr. 1. multa etiam ad propositum adducit. Tiraq. de leg. connub. l. 11. num. 3. cum multis seq. Et cum multos possim referre actus tãtummodo insistam super eo, quem aduersantes probro, & imprudentiæ ascribunt C. vt omnia sint mihi tamquam sagitta Ionatæ Pro-
33 phetæ. Nam quando C. voluit emere bona sita in loco Sidriani, quò ad pretium voluit consilium Petri Antonij Barchæ, ingenierij electi etiam de consensu vẽditoris, sed cum eo tutiori modo, quia ipse mediator, & arbiter pretij erat sanguine coniunctus ipsi C. non autem Catolo Barzio venditori. Io. Ambrosius Boltrafius fol. 4. ibi, sò che il C. prima, che stabilisce il pretio, fece far la stima da Pietr' Antonio Barca: concordat Biragus fol. 12. Pompeus Rubeus fol. 28. in secunda facie ibi, & hò à memoria, che auanti si stabilisse il pretio, il detto Filippo di cõpagnia di Francesco Castano, & di Pietro Antonio Barca ingegniero, & parente di detto C. andò à visitar la detta possesione, & far fare la stima del pretio, atteso, che il C. diceua di non volerla pagare più di quello hauesse stimato il detto Barca. Quò verò ad securitatem bonorum consilium adhibuit I. C. collegiati Hieronymi Caimi, in quo scientia, conscientia, praxis, summè fulgebant, vt res ip-
34 sa docuit; posteaquàm eius † virtutibus ad omnes ferè honorum gradus euectus fuit, & nunc in Hispanijs Regentis huius ditionis merito locum tenet. Et hoc expresè dicit Boltrafius fol. 5. ibi, sò anco, che volse vedere le scritture, & instromenti de' fideicommissi intorno detta possessione, quali feco studiare, & in particolar io sò, che fece studiar le dette scritture dal Sign. Hieronimo Caimo, & io era presente, quando gli portò le scritture: Pompeius Rubeus fol. 29. in secunda facie, ibi, dico di più, che esso C. vsò ogni diligenza per impiegare gli dinari cautamente, & che questo sia vero, dopò, che fù annotato l'instromento, esso C. lo portò al Sig. Hieronimo Caimo Dottore da studiare auanti, che si mettesse all'atto del rogito. Et voluit insuper auctoritate Excellentissimi Senatus se tutiorem reddere, & omnia iuxta ordinem, & literas eiusdem Senatus Excellentissimi ordinate, vt quasi Se-
35 natum ipsum haberet in fideiussorem, † argumento text. in authent. de non alien. vel permut. in §. quia vero verisimile, cum alijs ibi per glos. in verbo dictauerit, quem in omnem casum habere debebat in iudicem, & moderatorem omnium earum difficultatũ, quæ superinde contigere potuissent, vt expresè dicit Pompeius Rubeus, super septimo capitulo fol. 29. & infirmitas foret intellectus, quærere probationes in hoc, quia habemus instrumentum publicum, quod dici-
36 tur probatio † probata secundum Bal. in l. quoties in vltimis verbis de iudic. cum infinitis cumulatis per conciuem meum, Mars. in Rubr. de probat. num. 3. 4. & 5. vbi inter alia dicit, quod nihil aliud quæritur, nisi qđ dicat instrumentum, vt ibi numero 5.

QVARTA præsumptio resultat ex testamento patris sui, qui illum instituit absque aliqua exemplari substitutione, & absque aliquo Curatore, & absque aliqua alia prouisione, quæ ostendat, quòd pater haberet il-
37 lum † pro prodigo, vel fatuo, quæ tamen omnia ipse pater potuisset, & verisimiliter fecisset, vt arguit Boer. d. decis. 23. num. 80. & nu. 82. & est ratio, quia parentes pro fi-
38 lijs consilium † capere solẽt. l. quod ait lex. ff. de adult. l. si furioso. in fine. ff. de cur. fur. Neque indicti fideicommissi ratio obstat, quia si hac ratione motus fuisset, non sufficienter prouidisset, quòd non est dicendum. l. Gallus. ff. de lib. & posth. maximè, quia ipsi licuisset filium etiam si tantum prodigus
39 fuisset † exhæredare, relictis sibi alimentis, quia hoc non tendisset in odium, sed in fauorem.

rem.l.si furioso puberi de cur. fur. vbi per illum tex.id not.Bal.& sequitur Boer.d.decis. 23.nu.81.& 82. Et apparet de causa iniuncti fideicommissi,ibi,Quia volo ea remanere in familia, &c. & consequenter cessant omnia,quæ in contrarium coniecturari pos-
40 sent, quia inclusio vnius est exclusio † alterius, cap.non ne extr.de præsumpt.l.cũ præ-
41 tor.ff.de iud.& in claris nõ est † locus coniecturis, l.continuus.§.cum ita.ff.de verbor. obligat. præsertim, quia clausula,quia volo, respicit etiam Trebellianicam,& legitimam ibi, & hoc in totum, & absque aliqua detractione Trebellianicæ,& legitimæ: Et si dicatur Amice prohibuit specialiter alienationẽ legitimæ, vsque ad ætatem sexaginta annorum compleram, ergo intellexit de imbecillitate filij, vt fiat interpretatio pro validitate,referendo sic prohibitionem ad filij fauorem. Respondetur requiri expressionẽ causæ,vt quia dixisset,quia cognoui filium meũ minus industriosum, & malè administrantem;vt dici posset patrem id cogitasse,vt sic
42 sibi liceret prohibere, iuxta † communem, quam attestatur post alios Crass.in §.legitima.quæst.38.versic.infertur 2.nu.16. quod cùm testator non dixerit, neque nos dicere possumus,quia, quod testator non loquitur;
43 velle non † præsumitur.l.1.§. sin autem ad deficientis, vbi Bald.per illũ text. C.de cad. tollen.cum multis pro ornatu huius conclusionis cumulatis per Rol. consil.56. num.5. cum seq. volum.3. Neque subest necessitas consequentiæ,quia ex alio potuit credere pater sustinere prohibitionem, cum vltra hãc, multæ aliæ sint limitationes, quæ deseruire
44 possent de † quibus Port. lib.1. conclus.42. Nec etiam foret inconueniens sustinere effectum istorum verborum sub eadem clausula,posteaquam sub vna structura verborum continetur, eo modo, quo potest, idest in
45 † vim monitionis.l.muto. §.hanc autem.ff. de [illegible] l.si extraneus in princ. ff.de cond.ob. ca. Vel igitur prohibitio consideratur cum causa expressa, & illæsa manet præsumptio adducta; vel per se, & prohibitio remanet nuda, & inefficax,& ostendit patrem confidisse de filio,quem simpliciter monuit, & auget vim præsumptionis,quia auget vim confidentiæ. Et quòd pater non haberet filium pro prodigo, patet,quia in sua potestate,posuit dispositionem bonorum mobilium; Nã uerba sunt, prohibui, & prohibeo omnem, & quamcunque alienationem,distractionẽ, & permutationem bonorum meorũ immobilium, quia uolo ea remanere,&c. & sic nõ dixit mobilium,tamen clamitant aduersantes magnam quantitatem serici,pecuniarũ, & aliarum rerum, relictam fuisse in hæreditate, simul cum creditis, usque ad summam librarum uiginti millium.Quòd autem non habuerit eum pro fatuo, inde satis apertè colligimus,quòd ipsum filium nuptui collocauit, & etiam de secundis nuptijs cogitauit, & disposuit,ut in indiuiduo de hoc actu uxorem ducendi, ab illo legitimam præsum-
46 ptionem † sanę mentis eliciens,commemorauit Socin.in sæpius citato consil.42. col.2. in fine lib.1.ubi etiam posuit aliam præsumptionem ab exercitio artis lanæ, quæ fini-
47 tima est cum exercitio † serici, cuius diuturna sollicitudine prudentior factus est C.ut supra, & bene infert Socin. quia iudicio priuus non potest contrahere matrimonium:
48 obstat enim impedimentum quod appellãt
48 † priuationis, ut not.in cap. dilectus ext. de sponsal.& in his terminis hoc argumẽtum, & in indiuiduo latius comprobat Boer. dicta decis.23.num.67. in fine. vbi etiam ad exemplum Soc. arguit etiam ab incumben-
49 tia officio scutiferri in † mensa, & domo cuiusdam potentis viri.

QVINTA præsumptio, inde scilicet resultat, vnde prudentia ipsa oppugnatur, sic, vt omnia sint mihi veluti ferrum lanceæ A-
50 chillis, quod † vulnerabat, & sanabat, nẽpe ex suscepta cura sanguinis sui, & suæ propis etiam naturalis; sicut enim si contrarium fecisset à naturali iure, & omnium animantium deuiasset;cũ naturalis stimulus vrgeat
51 patrem † ad charitatem in liberos. l.amicissimos.§.Lucius.ff.de excusat.tut.l.2.l.Titia. in fi.ff.de inoff.test.l.patronus.§.vlt.ff de legat.3.& sicut ex eo, quòd quis de hac naturali charitate rationem non habet, arguitur
52 † dementia secundum Bal. in authent. ex causa num.26. vers.secundò capio. C.de liber.præterit.& Socin.iun.in conf 59.nu.13. & seq.volum.3. ita ex hac charitate intelle-
53 ctus integritas † cognoscitur,quia idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. Nam habuit filium quem proprij patris Benedicti nomine vocari voluit, vt pater,qui viuebat nominis similitudine

54 dine adductus nepotem diligeret † iux.tex. in l. cum filius. in §. pater, ibi, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorē mei nominis.ff.de legat.secun.& iuxta sententiam etiam Philosophorum,nam legimus de Lycone Astyanaxe Philosopho Peripatetico,eū
55 in suo testamento talia habuisse† verba: Lycodi fratri præcipua do, quòd is nomen ferat nostrum: multa exempla ex Liuio, Suetonio, & varijs locis ad propositum cumulauit Tiraq.ad probandum similitudinem in omnibus producere amorem, sed præcipuè hanc nominis in l.5. versic. quid quòd simplex nominis, num.27. in tract.de leg. connub. Eundem nullatenus domi paternæ retinuit,ne pater cogitaret se contemni ab eo,
56 & ex contemptu filij impediretur † amor nepotis, sed ex reuerentia filij augeretur amor aui, solito more amoris, qui est ignis, sed igni contradicit, quia hic ignis descen-
57 dit, & magis auus amat † nepotem, quàm proprium filiū, quia in eo desiderium vitę, seu reliquiarum vitæ magis enitescit. Neque eius curam ignoto commisit, sed Nob. Dominæ Beatrici Castanæ nuptæ viro ipsi C. sanguine coniuncto, à quo ideo potuit sperare filium proprium amari. Eundem etiā Castanum in compatrem prælegit, vt filiū spiritualem de sacrosonte leuatum diligentius tueretur,& ardentius amaret. Hæc omnia, quæ dicta sunt de Benedicto filio, geminatè replicantur in Beatrice filia,quam eidē Beatrici custodiæ tradidit, & Beatricem eadem ratione nuncupari voluit, & ab eadem Beatrice de sacro fonte leuari curauit, & sic in
58 effectu se gessit, vt † Cato melius cogitare non potuisset,vt in simili, in proposito suo, dixit Boet.d.deci[illegible]3.num.59.

SEXTA præsumptio est,quia probatum est, quòd C.consueuit sacrificijs, officijs sacris interesse, concionatores audire, pluries in anno peccata confiteri, Eucharistiam deuotè sumere.ecclesias frequētare; hæc enim sunt signa euidentissima sanę, & benè com-
59 positæ mentis, vt in † specie dicit Corn. in cons.219. in fine. vol.1. & sequitur nuncupatim, Decian.d.respons.227. versic. quinto considerandum, sub nu.34.vol.3. Primò enim Boltrafius fol.9. postquam egregiè de fama C.locutus est, inquit, hà viuuto, & viue [illegible] buon Christiano, sente Messa ogni gior[illegible]o, & alle feste và alla Predica, & Lettioni,& io più volte son stato di sua compagnia. Secundò Ioan. Ambrosius Biragus fol.17. enixè loquens dicit: Non vi è dubio alcuno, che detto C. è huomo da bene, di buona conscienza,e timorato di Dio,& sente la Messa ogni giorno, & và alle Prediche la Festa, & si confessa spesso, & più volte io son stato di compagnia sua,& alla Messa, & alla Predica, & à vederlo confessare, & si confessa nel Monastero di Sant'Angelo, & è voce publica. Tertiò, Io. Baptista Sirturus, de hoc dicit fol. 20. è verissimo, nè io credo,che alcuno informato, & conoscente di detto Filippo, & delle attioni sue, sarà di contrario parere, atteso, che egli viue quietamente, & Christianamente andando alla Messa ogni giorno, & le Feste alla predica, & alle deuotioni. Quartò, Gabriel Pirogallus fol.22. Io non hò alcun dubio,per che il detto C. hà sempre viuuto honoratamente,& Christianamente: & paulò infra; & hò pratticato con lui, nè l'hò mai sentito dire parola dishonesta,& subdit aliqua egregia de fama. Quintò Pomponius Peregus fol.24.inquit: Dico di certa scienza,che detto Filippo hà sempre viuuto, & viue honoratamente, & da buon Christiano, & sente Messa spesso,& paulò infra, & l'hò uisto più uolte à commūnicarsi. Sextò Ioan.Franciscus Coquus,dictus de Cumis fol.25.inquit: Non hò mai sentito dir di lui (intelligens de C.) alcun difetto, ò mancamento notabile,ò dishonorato. Septimò Pompeius Rubeus fol.ultimo: è uerissimo,& posso dire di uerità di hauer sentito molte uolte Messa, & Predica con lui, & molte uolte siamo anco stati di compagnia à confessarsi, & communicarsi:& alia egregia subiungit. Ex quibus satis superque est probata ista præsumptio,super qua testes tanto maiorem uim habent, quanto enixius deponunt, & quanto certius est ipsos habere præsumptionem iuris pro se; & hæc latius retulisse placuit, ne uideretur fugitiuè responsum ad causam, quarto loco relatam inter aliàs, ex quibus magis testibus unius partis, quam alterius creditur.

SEPTIMA præsumptio resultat ex patientia ipsius C. qui læsus in tribus illis rebus, quibus magis gaudet animus, quæ sunt
60 † Scire, Dominari,& non mori,ut benè nouit antiquus hostis, qui potiora arma nō inueniț

uenit ad decipiendũ primos parentes, vt ad-
uertit, Cald. ſuper Pſal. 50. in prin. inducẽs il-
la verba Eritis ſicut Dij reſpectu primi, illa
Sciẽtes reſpectu ſecũdi, & illa Nequaquam
moriemini, reſpectu tertij: dum ſcilicet inter
ſtultos cõputantur, libera adminiſtratione
ſuarum rerũ impeditur, & etiam, vt ipſemet
intellexiſſe profitetur, inſidiæ vitæ ſuæ vene
rio parantur, nũ permiſit, quod Rex Ægy-
pti, ideſt Diabolus, qui eſt Rex tenebrarum,
eriperet, quò ad ſe, ſcuta de auro puriſſimo
61 Solomonis, i. fortitudinis, & ſapiẽtię, vt † mo
raliter 3. Reg. c. 10. & 18. imò à dictis eius ſo
litis ſacrificijs non abſtinuit, & animo fortiſ
ſimo, & cõſtantiſſimo ſpiritu omnia tulit, cũ
n. tres ſint furiæ infernales, quæ hominem
62 exagitant Ira † Cupiditas, & Libido, ſicut ha
rũ peior eſt ita, quia aliæ duæ conſiſtunt in
appetitu boni, hæc in appetitu mali, vt atte-
ſtantur homines per immutationem faciei,
quæ probat magnitudinem infirmitatis ſe-
63 cundum † Hippocratem, vt enim inquit S.
Ioannes Chriſoſtomus in S. Matth. c. 5.

*Os ſpumat, ignem emittunt oculi, tument, vndi-
que vultus,*

& Ouid.

Ora tument: nigreſcunt ſanguine venæ:

ita nullum ſignum mentis ſanæ & ſapientiæ
maius inuenitur patientia in tantum, vt
paſſim legantur inſcriptiones ſuper Ianuis
Illuſtriſſimorum de Mareſcortis, in dilecti-
64 ſſima patria, Si patiẽs, † ſapiens qđ & anti-
qui fabulati fuere, qui Palladi nõ ſolũ attri-
65 buerunt Galeam † ſobrietatis; & tem-
perantiæ, Itidem claritatis, & prudentiæ,
oliuã pietatis, & Miſericordiæ; & Noctuam
humilitatis: ſed etiam ſcutum fortitudinis:
& patientiæ: & tanto magis, quia expe-
rientia docet, quòd homines ſapientes ex ſi-
milibus, & minoribus cauſis effecti fuerunt
66 non ſolùm † dementes, vt in caſu Caroli de
Noilhano de quo, Boer. d. deciſ. 23. nu. 77.
ſed etiam, quod ſtat reg. quod patientia læſa
67 fit furor, vt in caſu illius † Cleomeni, qui are
pto gladio ab ima corporis parte ad verti-
cem, vſque capitis ſe diſſecuit, vt ex Herodo
to in Erato legimus, & cum preſentia obie-
cti augeat vim effectus, prædicta tanto ma-
gis ſunt digna, vt ab Excellentiſſimo Senatu
perpendãtur, quia inimici aduerſantes ſem-
per fuerunt, & adhuc domi dicti C. eo inui-
to, & cum non modica eius iniuria, & in-
credibili incommodo, in tantum, vt ipſe
non habeat vbi accendat ignem, & eiuſdem
vitæ periculo, irriſionibus, & rixis, & mul-
tis verbis per annos ſeptem ſe contineant,
vt ex proceſſibus apparet Hæc magna ſunt:
Reliquum eſt, vt Senatus Excell. eius Dei
omnipotentis Miniſter, & vices gerens pro-
uideat, & ſic det his quæque finem, vt &
meminiſſe C. iuuet.

OCTAVA præſumptio reſultat ex eo,
quòd aduerſantes non probauerint dedu-
68 cta, contra † C. multa pro hac præſum-
ptione ponit, Clar. in practica. in §. fin.
quæſt. 62. verſ. dixi ſupra, vbi refert. Glo.
Ang. Abb. Card. Alexandr. Marian. Anan.
Boſ. & alios, & atteſtatur de communi, Ne-
que poſſet pars aduerſa, contra iſtam præ-
ſumptionem legaliſsimam adducere, quòd
69 ceſſet, quia defectus probationis † inde de-
pendeat, quia teſtes exceptionibus oppoſitis
laborarit iuxta Spec. in tit. de calumniat. in
fine, & cõciuem meum, Marſil. in ſing. 444.
quibus aſcentit, Menoch. de Arbitr. Iud. ca-
ſu 321. verſ. nona cauſa num. 31. tum quia
non eſt parratio defenſionis, & excuſationis
à calumnia cum effectu ipſo præſumptionis,
quam elicimus ad liberarionem; tum quia
apertiſſimè conſtabit, etiam ratione dictorũ,
huiuſmodi teſtes nihil probare: ſed quod to-
tum facit illud eſt, quòd omnis vis etiam ex-
cuſationis, quæ deſumi poſſet, ſi qua (quod
nõ credimus) euanuit, propter probationes,
tot teſtium, tantę dignitatis, & honeſtatis, &
70 ſic clarè deponentium, contra † teſtes indu
ctos ex aduerſo, ita Felyn. poſt alios, & poſt
eũ Menoch. dicto caſu 321. verſ. declaratur
ſecundò numerò decimo octauo.

OEDIPI COLONEI.

Pars Tertia.

ARGVMENTVM.

Nonnullis præmiſſis, quæ ſubtiliter, & vere
eneruant media probandæ fatuitatis, ſol-
uuntur contraria.


SVMMARIA.

1 *Obiectis quando reſpondendum.*
2 *Difficultas conſiſtit in remouendis contrarijs.*

3 Testis qualiter debeat deponere ad probādum dementiam ex verbis.
4 Fatuitatis inquisitio subtilis, & difficilis.
5 Depositio testis generalis, quando dicatur in materia probandæ fatuitatis.
6 Catonis dictum stultitiam simulare &c.
7 Vlissis simulata insania commemoratur.
8 Prouerbium il fà l'oca.
9 Prouerbium il fà il matto per non pagar il sale.
10 Testis super actu, qui percipitur iudicio intellectus, qualiter deponere debeat.
11 Ratio eadem cum dicto reprobatur.
12 Generalitas parit obscuritatem.
13 Dictum generaliter nulli dictum censetur.
14 Testis munus est deponere super facto.
15 Grossolanus, & stultus, quatenus differant.
16 In re sua quilibet est moderator, & arbiter.
17 Grossolities, & obtusitas ingenij non impediunt dispositionem liberam rerum suarum.
18 Grossolities quæ.
19 Bononiensium mos in appellando grossolanos macharinos auctoritatibus exornatur.
20 Exemplum fatui, qui se Deum nocitabat.
21 Menedemi Lampsaceni Cinici egregia dementia.
22 Exemplum fatui, qui dicebat se futurum Regem Siciliæ.
23 Exemplum fatuæ conditionis adiectæ institutioni.
24 Exemplum fatui, qui asinum appellabat bouem.
25 Loquens impossibile præsumitur fatuus.
26 Doctoris Patauini relata dementia.
27 Responsio extra propositum arguit dementiam.
28 Capitula quomodo sint concipienda ad probandam fatuitatem.
29 Qui nescit exprimere quid velit, præsumitur demens.
30 Exemplum fatuæ, quæ dicebat, quòd turres de loco suo asportatæ, & postea relatæ fuerant.
31 Proclama egregium si quis non potest ingrauedare eius vxorem veniat ad me.
32 Dictum fatui, qui volebat filium facere fortiorem Orlando.
33 Exemplum fatuitatis dicentis se videre equitem ingredientem cubile suum ex specula.
34 Dementia mulieris, quæ in speculo secum loquebatur.
35 Fatuus fatua loquitur.
36 Testes tenentur exprimere verba præcisa in materia fatuitatis.
37 Testes tenentur exprimere facta particularia in materia fatuitatis.
38 Agitamenta furibunda arguunt fatuitatem.
39 Risus per plateas extra propositum arguit fatuitatem.
40 Ostensio partium pudibundarum arguit fatuitatem.
41 Dilapidatio bonorum momentanea arguit fatuitatē, & num. 81.
42 Expuere in faciem alterius arguit fatuitatem.
43 Sibilans loco responsionis præsumitur fatuus.
44 Io. Veronelli fatuitas egregia.
45 Amicos non salutare arguit fatuitatem.
46 Eligere viam lutuosam arguit fatuitatem limitatur. numero 60.
47 Proijcere panem arguit fatuitatem.
48 Actus qui de sui natura fatuitatem includit, non includit ex causa.
49 Saxa proijcere, quatenus arguat fatuitatem.
50 Dispositio testatoris, quòd corpus suum in mare proijciatur. an sapiat fatuitatem.
51 Mandans vxorem suam post eius mortem indui vestibus rubeis, an præsumatur fatuus.
52 Mandans corpus suum sepeliri cum tubis, an præsumatur fatuus.
53 Fletus pro mortuis pusillanimitati ascribitur.
54 Testator mandans vxorem nubere, an præsumatur fatuus.
55 Gloriosus proximus fatuitati.
56 Pastoris simulata fatuitas contra aduocatum egregia.
57 Dispositio testatoris mandantis se sepeliri candela vnius denarij, an sapiat fatuitatem.
58 Dispositio testatoris mandans cum lanterna inhumani, an sapiat fatuitatem.
59 Ioānis Francisci Cauatij artium, & medicinæ Doct. religio, & humilitas.
61 Medicinas contemnere, an sit signum fatuitatis.
62 Prouerbium, chi non vuol ammalarsi non tratti con Medici.
63 Minus malum habet rationem boni, quod exemplis multis exornatur.
64 Exceptio causæ ad excludendum præsumptionem fatuitatis ex verbis, vel factis resultantem, quomodo probetur.
65 Moriæ ramum, quandoque vnusquisque ascendit.
66 Fatuitas, vel dementia non arguitur, nisi ex pluribus, & frequentissimis actibus.
67 Exemplum ad ostendum, quod verba fatuitatis ex causa excusantur.
68 Sanitas mentis non præsumitur restituta ex vnico actu prudentiæ.
69 Accidens non præsumitur.
70 Prouerbium sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus.
71 Romani fatui egregium dictum.
72 Sententia fatui inter pauperem, & tabernariū prudenter lata.
73 Bastiani Hisceuij decis. coram Duce Mediolani, circa præcedentiam legistarum, & medicorum.
74 Præsumptio præsumptionem tollit.
75 Ratio maior excludit minorem.
76 Præsumptio maior vincit minorem.
77 Potentioribus pares esse non possumus.
78 Præsumptio quando dicatur fortior egregie demonstratur.
79 Veritas præsumpta non datur in iure contra verisimile.
80 Responsio fugitiua suspecta iudicatur.
82 Testes singulares non probant.
83 Testis vnus in præiudicium producentis plenè probat.
84 Pater quomodo possit vinculare filium in legitima remissiuè.

85 Falsi

85 *Falsi speciem habent inverisimilia.*
86 *Signum inimicitiæ est non salutare contra solitum.*
87 *Depositio testis est indiuidua.*
88 *Actus humani à voluntate, & potestate dependent.*
89 *Testis tacens exceptionem interrogatus super generalibus non probat.*
90 *Falsi suspicio pro falsitate habetur in ciuilibus.*
91 *Debitores dupliciter bonos esse dicimus.*
92 *Nemo præsumitur iactare suum.*
93 *Experientia magistra rerum.*
94 *Actio inanis, quam paupertas debitoris excludit.*
95 *Equos alere, an referatur ad prodigalitatem.*
96 *Alexandri Macedonis erga equum amor.*
97 *Augusti amor erga equum.*
98 *Equus Veneri marmorea effigie consecratus.*
99 *Simulacrum aureum equo positum.*
Exemplum memorandum amoris eximij in equum ægrotum.
100 *Ludouici Septala laus.*
101 *Consilium dare infirmo, an liceat non medico.*
102 *Testis aliquis addens de suo decolorat depositionem.*
103 *Vestitus cultusq; immodestus arguit fatuitatem.*
104 *Vestimenta, quando dicantur modesta, & quando non egregie demonstratur.*
105 *Vestitus moderatus arguit sanitatem mentis.*
106 *Scandalum passiuum quod.*
107 *Quidquid recipitur per modum recipientis recipitur.*
108 *Exempla egregia contra impressionem cœptam contra aliquem, & num.seq.*
110 *Excessus in vestitu cur ad fatuitatem referatur.*
111 *Viribus cadentibus in senectute succurrendum.*
112 *Equo vendito, an veniat sella.*
113 *Mortem omne viuum fugit.*
114 *Io.Amb.Porri I.C. coll. laus.*
115 *Voluptatis ratio excludit præsumptionē dementiæ ab omni actu.*
116 *Mores mutandi secundum tempora.*
117 *Vox vnius vox nullius.*
118 *Salomon cur idolis sacrificauit.*
119 *Amare vehementer meretricem, quatenus arguat fatuitatem.*
120 *Amoris cæcitatis limites, qui.*
121 *Tex. in l.mulier. ff. de cur. fur. intellectus elegantissimus, & curiosissimus.*
122 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
123 *Regula inhærendum, nisi doceatur de exceptione.*
124 *Curator non datur homini luxurioso, licet detur mulieri, & cur.*
125 *Tiresiæ iudicium in moralitatem refertur.*
126 *Cadauer mulieris cur pronum super aquis feratur.*
127 *Mulieris luxuriosa prodigalitas quanta.*
128 *Testis de auditu debet exprimere à quo, & cur.*
129 *Testis alienigena, & incognitus non probat.*
130 *Assertioni dicentis standum in his, quæ ab eius animo pendent.*
131 *Testis non debet diuinari.*
132 *Dementia arguitur ex sermonibus.*
133 *Sermo vanus index vanæ conscientiæ.*
134 *Mores lingua pandit.*
135 *Nicol. Boer. locus declaratur.*
136 *Singula quæ nō prosit, quādo nec collecta iuuent.*
137 *Sententia quando ferenda.*
138 *Prohibere alicui vsum rerum suarum iniuria est, id quod ampliatur. num. 145.*
139 *Pietas velata duplex iniquitas.*
140 *Malum sub colore boni grauius, quod exemplificatur tribus decis. num. seq.*
142 *Tex. in cap. debitores de cur. iur. intellectus sing. & valde practicabilis.*
144 *Benedictiones, & maledictiones Dei in filios bonos, & malos, referuntur ex ordine, & nu. seq.*
146 *Circunstantiæ legales grauantes delicta, quæ.*
147 *Effectus quando ascribatur causæ remotæ.*
148 *Senat. Mediol. egregiè, & iustè laudatur.*



Actenus cum nostra confirmauerimus, reliquum est, vt obiecta confutemus, vt docet † Philosoph. in 3. Reth. & è nostris, Glos. in capit. Abbate sanè. in §. allegabatur in versic. multum quoque distabat, & ibi.not. Doctores de re iudic. libro sexto. Et quia in hoc videtur consistere maior difficultas, † vt dicit in simili, Paris. dicto consilio 88. numero 59. libro tertio. diligentius, & sic insistemus, vt si fieri poterit aperta falsitas testium detegatur, sed antequàm descendamus ad respondendum pro dicendorum fundamento, sequuti exemplum Soci. in his terminis in dicto consilio 42. columna prima. versiculo, & pro dicendorum fundamento lib. 1. nonnulla præmittemus.

1
2

PRIMO igitur præmittimus, quòd testes, qui volunt arguere dementiam ex verbis non debent loqui generaliter, puta dicendo, diceua delle materie, vt in casu isto factum esse comperimus, sed debent descendere ad specialia alias nihil † probant. Primò, quia inquisitio fatuitatis est subtilis, & non offertur animo, nisi per multa, & diuersa media, vt expresse in his terminis cōprobat, Paris. dicto consilio 88. numero 53. 55. 58. & 59. vbi multum magistraliter loquitur, & declarat, quæ dicatur generalis depositio in proposito. † Secundò, vt iudex ipse diiudicare possit, an stultitiæ, vel prudētiæ talis discessus à proposito ascribi debeat, quia quandoq; verificatur illud † Catonis,

3
4
5
6

Stultitiam simulare loco summa prudentia est,

de quo Boet. d. decis. 23. numer. 42. in fine, sic

sic enim Vlysses, Penelopes nouæ vxoris detentus amore insaniam simulans Græcis ad
7 Troiam cum maximo † bellorum apparatu ob Helenæ raptum proficiscentibus comitatum negauit, & Vlyssem imitantur multi, vt dicit Menoch. dicta præsumpt. 45. nu. 35.
8 & est probatum verbũ apud Med, qui † cõtra tales consueuerunt illudere, dicendo, Il fà l'occa: & coloni nostri dicunt, il fà il mat-
9 to per non pagar il sale, † & est tex. ad propositum in l. obseruare prætorem, in illis verbis, quo magis curatore accepto onera ciuilia detractent, ff. de cur. furios. quem text, quàm primùm vidi, credebam pro hoc prouerbio editum, vt in simili dixit Boer. de quadam decis. faciẽte ad propositum suum d. decis. 23. num, 67. in fine. Tertiò, quia illud, quod dicunt DD, quod testes in hoc casu deponentes debẽt assignare rationem scientiæ etiam non interrogati, quia sumus
10 in actu, qui percipitur iudicio † intellectus, vt per Maran. in repet. l. is potest, num, 129. ff. de acq. vel amitten. hæred, declaratur, ita q̃ ratio sit sufficiens, & clara secundũ com, de qua in his terminis attestatur Soc. dicto cons. 42. lit. D. lib. 1. & sufficiens non potest
11 dici ratio generalis, quia est † eadem cum dicto, ita Socin. d. cons. 42. lit. E. vbi allegat Bald. in l. solam, C. de test. non etiam potest
12 dici clara, quia generalitas † facit obscuritatem. l. ita fidei. §. 1. vbi glo. in ver. rer. ff. de iur. fisc. Hinc gl. in c. ex multa, in verbo, neutros, extra de vot. dicit q̃ generaliter est di-
13 ctum nulli est † dictũ, alia allegat Butigell. in repet. l. 1. nu. 4. ff. si cert. pet. Quartò, quia sic deponendo deponerent super eo, quod est iuris, cum teneantur deponere super fa-
14 cto † cap. cum causam ex. de test, vbi in terminis hoc decidit Ant. de Butr. ex dictis Innoc. & nuncupatim sequitur Soc. d. cons. 42. col. 2. vers. secundò quia. Quintò, & tanto magis, quia datur differentia inter grossolanum, & stultum, qui ita sunt in confinio, vt
15 facilè testis aberrare possit, vt aduertit Paris. d. cons 88. nu. 56. lib. 3. & errore eius possit decipi iudex interdicendo administrationem indebitè, quia regulæ, q̃ vnusquisque est moderator, & arbiter in re sua. l. in re mandata. C. mand, vltra ampliationes, quas
16 pro illius † ornatu cumulauit, Rol. cõs. 100. nu. 8. vsq; ad nu. 13. lib. 4. hanc etiã addere debemus, vt procedat in homine grossola-
17 no, & obtusi ingenij, † vt pulcherrimis rationibus in terminis nostris docuit, Corn. in cons. 261. col. 9. vol. 4. Dec. cõs. 448. nu. 21. & 22. & Paris. d. cons. 88. nu. 41. cum multis sequentibus. vol. 3. vbi præcisè vtitur hoc
18 termino hominis grossolani, & illũ † declarat, & ponit exemplum verborum, quæ accedunt magis ad grossolitiem, quã ad dementiam in quodam Ioanne Henrici, qui propter nuptias cuiusdam Catonæ nolebat comedere, & dicebat, Hanno maritato la Catona à Sarzanello, me la poteuano dare à mi, vt ibi, num. 11. & his ascensit Menoch. in suis cõment. de præsumpt. li. 6. præsumpt. 45. nu. 17. vbi cum Lælio Rhodig. lib. 17. an-
19 tiq. lect. c. ., in fi. hos appellat † Macaronos, quo verbo semper vtuntur Bononienses cõtra similes homines, & in effectu hæc est veritas ipsa, quia verba qualiacunque sint, possunt interpretari non solùm in fatuitatem, grossolitiem, & simulationem vt supra, sed etiam in iocum, vel in impetum iracundiæ, prout etiam de his duobus medijs meminit Paris. d. cons. 88. num. 63. sic interpretando illa verba d. hominis Henrici, caga sangue, ti venga la pota di chi ti cacò; & verè casus, Paris. & eius consultatio est multum concludens in rationibus suis, maximè cũ loquatur, in difficillimo casu, in quo scilicet dictus Ioannes nesciebat Pater noster, nec Aue Maria, propter ruditatem ingenij sui. Sextò, quia ab ipsa obseruantia res ipsa notoria redditur, nam sic faciunt DD. & arguunt à specialib. verbis, & possunt dari infinitę instantiæ, Nam hoc modo dementiã arguit Carolus Ruin. in cons. 67. nu. 8. lib. 1. contra illũ,
20 qui † dicebat se esse Deum, & Sanctum, in quo casu etiam consuluit, Curt, iun. in cons. 151. præcipuè sub num. 8. Laer. lib. 2. capit. 18. contra Menedenum Lampsacenũ Cy-
21 nicum, qui se exploratorem † ab inferis venisse delatorem dæmonibus mortaliũ peccata affirmabat. Fulgos. libro 6. cap. 11. contra Cameram catheanũ, qui dicebat intercempto Rege Siciliæ, & Aragoniæ se futurũ
22 † Regem ex sæpius sibi ab Angelo relatis. l. C. in l. quidam. ff. de condit. instit. vbi contra eum, qui fecit sibi hæredem sub hac cõ-
23 ditione, si corpus eius in mare † abijceretur, Alex. in cons. 86. num. 10. vol. 2. vbi arguit contra eum, qui dicebat, quod Asinus suus
24 † erat bos, & dũ esset in Ciuitate Ferrariæ dice-

dicebat si esse in pratis ad bestias, Cuman.
in d.l.Quidam, colum.1. in fin.ff. de cond.
instit.& Ias.in l.apud Iulianum in §.constat,
num. 6. ff. de legat. 1. vbi arguunt contra
25 loquentem impossibilia,†Ful.Pact. de pro-
bat.lib. pri. c.43. in addit. sub littera C. vbi
arguit contra illum Doctorem Patauinum,
qui ordinauit, vt corpus suum portaretur
26 † cum tibijs, & corneis ad ecclesiā,& quòd
vxor sua induceretur panis rubeis,Rob. Mar.
in l.is potest num.128.ff.de acq.vel am.hæ-
red. arguit contra non respondentem ad
27 propositum,† & est exemplum in l.quæ ex-
trisnecus. ff.de verbo.oblig.ibi arma virum-
que cano Bal.in l.4.in prin.ff. de edil. edict.
dicit illum tex. not. ad probandam fatuita-
tem,& modum illam articulandi contra lo-
28 quentem † deridenda, vel digna derisione,
contra tales sic arguit etiam, Aretin. in l.
prima in §. fin. colum. penult. ff. de verbo.
oblig. Rom. in l. prima, nume. 18.ff. eo.
Ias.in d.l.furiosum nu.4.vbi etiam,Dec.nu-
me.29. Est etiam text. vbi etiam Gemin.
& Franc. no. contra illum, qui loquendo
29 nescit exprimere quid † velit, in c.1.in §.si
vero. de cler.egr. in sex. Et aliqui Doctores
arguebant fatuitatem,cōtra quandā Camil-
lam,quia dixisset, quòd turres ecclesiæ Diui
Antonij, quæ ob caliginē non videbantur,
30 fuerant asportatæ,& postea† relatæ,de qui-
bus meminit,Decian.d. responso 127. vers.
ex quib.infertur sub nu.32. Et Io.Neuiz. in
Syl.fol.70.col.3.ante finē, quem refert Nic.
Boer.d.decis.23.sub nu.52.in fine,arguit fa
tuitatem,contra illum,qui clamabat: Si quis
31 non potest † ingrauedare eius vxorē,veniat
ad me.Et ibi Boer. arguit fatuitatem, con-
tra quendam Nob.Carolum de Noilhano,
qui conabatur cognoscere matrem, dicen-
32 do, quòd vnum faceret † filium fortiorem
Rolando. Sic, & Menoch. in consilio 82.
numero 224. lib. pri. respondit Bernardi-
num, quendam Patauinum insania labo-
rasse ob id, quod diceret, se cernere æqui-
33 tem ingredientem †cubile suum ex specula.
Et in comment. de præsumpt. lib.6.d. præ-
sumpt.45. num.53. de hoc meminit,& alia
somnia adducit, & nu.54.dat aliud exem-
plum de muliere quadam,quæ se in speculo
cōtemplabatur,imaginem suam,& perinde
34 ac alteram † mulierem alloquebatur. Et
in effectu licet ista sit regula generalis,quòd
35 fatuus fatua loquitur secundum Isaiam † re
latum in c.legimus dist.93.tex.in c.conuen
tior,ibi tamquā vna ex insipientibus 23. q.
8.& in l.is qui,in §.diuus,& ibi Bar. & Alb.
ff.de tut.& cur.dat. ab his,alia cumulat, Pa
cian.d.c.43.num.9. tamen loquendo de te-
36 stib.ipsi tenentur exprimere † verba, vt de
illis habenda sit ratio,quia eorum non est iu
dicare, & aliter iudicari non potest,quam si
verba ipsa referantur, prout factū fuisse paſ
sim legimus apud Doctores vtsupra.

SECVNDO præmittimus, qđ sicut ge-
neralitas reprobatur in testibus ratione ver-
37 borum: ita etiam † ratione factorum,tùm,
quia intrant omnes rationes prædictæ, tùm
quia videmus,quod DD.descendūt ad refe-
rendū facta particularia, & ex illis arguunt.
Nam Bal.in l.sed & milites,in §.iam autem,
38 ff.de excusat.tut.arguit ab agitamentis†fu-
ribundis.in eo,qui nec sibi,nec alijs parcit,vt
in exemplo Nabuchodonosor de quo Da-
niel.c.4. & in c. Nabuchodonosor 23. q.4.
39 Ang. † in l.ob quæ vitia, ff. de edilit.edict.
40 ab incessu per vicos, & plateas † cum risu
extra propositum.Gram. consil.crimin.16.
num.8.& Boer.d.decis.23.num.52.à publi
ca ostensione partium pudibudarum. Paris.
consil.87. num.29.lib.3. à dilapidatione bo-
41 norum momento† temporis facta.Corn. in
42 consil.22.nu.8.li.4.ab actu expuendi † in fa-
ciē.Rursus idem,Corn.in consil. 319.colum.
secunda. lib.primo.ab actu sibilādi facto per
43 testatorem loco † responsionis. Soc. sen.
in consil.42.col.1. vers. nam testes lib.1. di-
sputat argumentum factum contra quen-
dam Ioannem Veronelli super diligentia,
44 quam faciebat, vt vocaretur mente † ca-
ptus, & super restitutione cuiusdam bouis,
quia nō haberet dentes desuper, vt ibi. Boer.
dicta decisione 23.numero 78. à recusatio-
ne eundi subter frondes arborum, licet ex-
cuset exemplo Absalonis. Menoch. consil.
82.numero 228.fatuitatem arguit dicti Ber
nardini Patauini Beretarij ab eo,quod ami-
45 cos † quos obuiam habebat non aspicie-
bat, neque salutabat, & ab itinere, quod
faciebat per viam lutuosam tempore plu-
46 uiæ, cum sub † perticis ire posset Maran.
in l. is potest d. nu.128.ff.de acq. vel amit.
47 poss.à proiectione panis cū † similibus, quæ
potius laboriosū,quā subtile foret cumulare.

TERTIO p̄mittimus,qđ ēt si alias actus,

de sui natura fatuitatem includit, efficacia
48 causæ eneruat, & tollit vim † præsumptionis, quæ ab ipso actu resultaret. Sic dicimus,
49 quòd proijcere lapides per viam † est actus fatuitatis, text. est in l. 2. C. de Iudęis, & celic. ibi, saxis, aut alio modo furoris genere &c. Accurs. in l. si cum dotem, in §. si Maritus, vbi Bal. num. 2. & Alex. num. 7. ff. solut. matri. Alex. cons. 86. nu. 10. lib. 2. Rui. cons. 67. num. 8. lib. 1. tamen si iusta adijciatur causa ad fatuitatem referri non potest, Bald. in §. Item furiosi instit. quib. non est permiss. fac. testamen. Dec. consil. 448. num. 33. Paris. cons. 88. num. 68. vol. 3. & si causa ista referatur ad defensionem vitæ, tunc actus mutat naturam, & refertur ad sapientiam, vt potest exemplificari in pluribus sapientibus viris, qui lapides proijcerunt pro corporis sui tuitione. Fatuitatis signum est
50 velle, quòd corpus suum in mare † abijciatur, dicta l. Quidam, ff. de cond. instit. sed si addatur causa humilitatis, vel contritionis, tunc est signum pietatis, vt admonet ibi Bart. sic etiam videmus nos, quòd non alia ratione, quàm ex causa eximi potest ex cōgregatione stultorum d. Doctor, qui mandauerat corpus suum portari cum tubis, &
51 corneis ad ecclesiam, & vxorem † suam indui pannis rubeis, vt supra, & habetur per Castr. in l. Quidam. nu. 3. ff. de cond. instit. Ias. in l. apud Iulianum in §. constat. in 3. no tab. ff. de legat. pri. & Rom. in l. 1. num. 19. ff. de verb. obligat. & causa potest desumi ex c. qui diuina 13. q. 2. vbi, qui diuina vocatio-
52 ne ab † hac luce recedunt cum Psalmis, & Psallentium vocibus ad sepulchrum deferri debent, & ex c. vbicunq. eadem causa, & q.
53 vbi fletus pro mortuis pusillanimitati † ascribitur, vt dicit Boer. d. decis. 23. num. 65. qui addit, quòd & hic ordinauerat vxorem nubere eadem die, cuius rei rationem adduci posse existimo, quia maluit vx. nubere, quā
54 † stuprari, & fortè hoc esset salubre consilium, quòd posset dari multis, qui mandant vxores seruare viduitatē, & D. Iulius Cæsar pater meus viuēs his irridebat, & irridendo cōmiserabatur. Cæterum Menoch. in comment. de præsumpt. lib. 6. d. prę sumpt. 45. numero 41. & seq. nominat hunc Doctorem, quem dicit appellatum fuisse Ludouicum Cortusium, & mortuum anno 1412. & ponit verba testamenti, quæ aliter se habent, & appellat hunc aliquantulum fatuum, vel
55 † gloriosum, & bene loquitur, vt ibi per eum, qui & num. 58. exemit à reg. stultitiæ,
56 quòd Pastor, qui † finxit se stultum ex cōs. Aduocati, cum interrogatus à prætore, quare non persoluisset vectigal pro ouibus, non respondit, sed sibilauit, & eadē cautela Aduocatum petentem honorarium consilij decepit, prudenterque, & magis illusit. Similiter ex causa excusare possumus illum mer-
57 catorem, qui iussit se vno corio † inuolutū, & vna cādela vnius denarii sepeliri, de quo meminit, Ang. in l. penul. ff. de cond. instit. & Episcopum illum Parisiensem, qui cū vna lanterna, & de nocte voluit inhumari, de
58 quo † meminit, Boer. d. decis. 23. nu. 65. & si adijciamus id causa humilitatis, prout hac ratione scio motum fuisse Io. Franciscū Ca-
59 uatiū Ar. & Medicinæ † Doctorem nemini sui temporis in dilecta patria Bon. secundū, qui cum diues esset, & nobilis voluit à quatuor baiulis ad ecclesiam S. Stephani ibi vicinissimam, quatuor torcijs solùm deferri, & hoc humilitati, & probitati tanti viri tota Ciuitas ascripsit, & ita seruatū fuit prout mandauit: Ire per viam luctuosam est signum ex-
60 pressum † fatuitatis, ex causa deficit præsumptio, vtputa, si alia via sit periculosior, vel non adsit: per quam iri possit, Menoch. d. cons. 82. num. 228. lib. 1. Prohibere, vel
61 contemnere † medicinas in infirmitate est signum dementiæ, deficit hoc signum, si id fiat, quia infirmus plus damni speret, quàm salutis, vt vidimus per plures obseruari, & ita fecit Benedictus pater Clientis mei, propter quòd, emanauit illud prouerbium, Chi
62 non vuole † amalarsi non tratti con medici; sic limitat hoc dictum Menoch. d. prę sumpt. 45. num. 37. & in effectu hoc suppositum tenent omnes DD.

QVARTO præmittimus, quòd non solū causa tollit efficaciam præsumptionis, sed commutat naturam actus de malo in bonū; sicut malum conuertitur in naturā boni ratione maioris mali, cap. duo mala. dist. 13. Ideo Philosoph. dicit, quòd est eligibilius, & est ratio super qua infinitæ decisiones iuris fundantur. Malum est, vt quis fidem da-
63 tam † in sponsalibus de futuro non obseruet, ideo ecclesia compellit ad perficiēdum initiatum matrimonium, etiam per censuras c. requisiuit, secundum com. intellectū,

ibi monenda est potius, quàm cogenda ex. de sponsal. sed si adsit causa futuri scandali, Ecclesia non compellit, & attendit illam rationem, quòd matrimonia inuita consueuerunt producere malos exitus, vt bene adnotauit, Henric. Boic. in d. ca. requisiuit. Malum est vota nō reddere Domino, quia scriptum est, vouite, & reddite, tamen ex causa permittit Summus Pontifex, vt vouens simpliciter castitatem, matrimonium contrahat, quando de incontinentia timet, cap. Veniens, vbi Abb. & DD. Qui Cler. vel vouentes, sequitur Lancellot. Corad. in templo iudicum lib. 2. cap. 1. de Pont. Max. sub verbo, Papæ potestas in matrimonio. nu. 20. Exemplum reliquit Loth. qui obtulit pudorem filiarum, ne aduersus naturā delinqueretur, vt Genesi, c. 19. & est relatum in cap. offerebat 32. quæst. 3. Bibere aquam turbidam est malum, sed vbi non habemus claram bonum est, vt de Xerse, qui aquam cū sanguine bibit. Sic lupanaria tolerantur, Panormit. in cap. inter opera de Sponsal. Sic dùm mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora eligit c. nerui, §. est tamen, dist. 13. Sic, Alex. cons. 1. num. 4. lib. 1. vult per legem antiquam permissas fuisse vsuras Iudæis, vt acciperent à Gentilibus: & illas nō extorquerent à Deū colentibus. Sic & libellum repudij. Sic vulnus vulneri additur, vt vtrumq; sanetur. Sic qui murorum ambitu vndequaq; circundatur, eò se in fugam præcipitat, vbi breuior murus ascendit, & latius dicant Deo dante in cons. amoris. nu. 101.

Modo proijcere saxa signum est fatuitatis; proijcere ex causa est signum sanitatis mentis, quia illa causa facit illam proiectionem eligibiliorem; ratio rationis est, quia minus malum continet rationem boni, & quia huiusmodi electiones prudentissimi viri facere consueuerunt, ideo vates ferariensis Filandrum laudauit cantu 21. dicens,

Così Filandro trà molte contese,
Di duoi pensieri almanco rio s'apprese.

QVINTO præmittimus quòd exceptio causæ ad excludendum intentionem asserētis fatuitatem eò ipso probata intelligatur,
64 ac non † excluditur ex vi capitulorum, & probatorum, quia per reg. non probat hoc esse, sufficit, quòd actus possit ab aliqua causa excusari, vt satis apertè probat post alios, quos citat, Decian. respons. 227. circa primum sub vers. secundo considerandum est, num. 30. volum. 3. vbi dicit non esse satis probatum actum insaniæ, si probetur lapidum proijectio per viam, nisi addatur probatio negatiuæ, quòd nulla subsistente causa, vt ibi per eum.

SEXTO præmittimus cū Corn. in cons. 91. colum. penul. volum. 4. quòd si omnes actus singulorum hominum considerarentur, nullus esset, qui nō reperiretur fatua, & puerilia loquutus, aut fatuè, & pueriliter aliquid egisse: quilibet enim, quandoq; Morię
65 ramum † ascendit, sequitur Paris. d. cons. 88. nu. 38. lib. 3. & Thiber. Decian. respons. 127. num. 32. volum. 3. id quod diligenter perpendiderunt Doctores, quando ex vna actione dixerunt, quod non resultat probatio dementiæ, vel insaniæ, sed ex sæpissimis, (vt ita dicamus) actibus, in quos, vt plurimum, & communiter is, de cuius demē
66 tia † dicitur, incidat; nec sufficit, quòd semel, vel bis contingat: ita fuit de mente, Alexand. in l. Furiosum, & in consilio 85. & 86. lib. secundo. Bart. in tract. de test. in vers. opposita prudentiæ, Gram. in consil. 16. in causa num. 9. & Thiber. Dec. qui hos sequitur in d. cons. 127. num. 30. vbi dicit oportere loquendo de proiectione saxorum, probare non adfuisse causam proijciendi; & talem proiectionem sæpissimè imò, vt plurimum, & communiter contigisse, quia ex vna, vel bina vice non sequeretur probatio; præsertim si appareat aliqua causa: Egregia fit instantia de nob. & iur. vtr. peritissimo viro, qui præ gaudio, quòd non solùm magnam quantitatem pecuniarum amissarum vno sero eadem nocte recuperarat, sed etiam maximam quantitatem super lucratus fuerat, modò se in caput vertebat, modo conuexo corpore in manus erigebat conti-
67 nuo cantando: Nox amicitiæ † lex, memoria amissi, lætitia acquisiti casus Sophoclis, Dionysij, & Chili togę seruent honorem: Dicite io semel in anno risit Apolo. Dicite io risit Apolo. Sic uidemus non unum actum iustificare, quem esse sanæ mentis, quando præcedit manifesta dementia: & ratio est quia insani, & dementes aliquando loquuntur uerba sanæ mentis, & aliquando signa
68 † prudentiæ faciunt, Menoch. cons. 82. nu. 220.

229.lib.pri.& in comment.de præsumpt. lib. 6.d.præsumpt.45.& ratio rationis est, quia id videtur contigisse casu.§. Præterea.inst. quib.non est prom.fac,test.c.sicut de regul. & transeun.ad relig. vbi hoc colligit Abb. Sicul. in 2. not.& ratio inconcussa manet,
69 etiam si reg.sit quòd accidens † non præsumitur l.si vero.§.qui pro rei qualitate.ff. qui satisd.cog. quia imò retorquetur, quia dementia præsumitur morbus insanabilis, & consequenter accidens est,quod stultus stultè non agat: & id contingere non est nouum, quia prouerbio dicimus

70 *Sæpe etiam stultus fuit † opportuna locutus,*

Vt latè probat Tiraq. de leg. connub.l.11. num.3. & seq. & huius rei experientia tria preclara exempla ob obculos ponit.

Primum est de illo fatuo, Rom. de quo
71 † meminit glo. in l.2,in verbo constitui.ff. de orig. iur.

Secundum est de illo fatuo, qui ex sono vnius denarij Turonensis,tabernario exqui-
72 renti pecuniam à paupere, qui † comederat panem ad odorem assati, satisfieri iussit, de quo Host. Io. And, Abb. sicul. & Barb.in c, ad nostram de consuetud. & alij, quos refert, Tiraq. de leg. connub.l.11, vers. non temere. nu.3.vbi dicit, quod neq; Cato, neque Gratianus potuissent decidere hanc quæstionem melius,

Tertium est de illo Bastiano Hiscenio, qui determinauit corã Duce Mediol. præcedẽtiam legistarum,& medicorum, dicendo
73 latronem præcedere † carnificem, de quo meminit,Boer.d.decis.23.num.6.vbi etiam num.57. & 59. meminit de præcedentibus duobus, (hoc tamen exemplum improbo,) & pro his omnibus est tex.cum ibi not. in §. cumq; hoc, in illis verbis, ex multis rerum argumentis accepimus, in proœm. instit.

Nunc superest vt deducta,& obiecta cõtra C. discutiamus, & tollamus.

PRIMO igitur principaliter nõ obstant depositiones testium examinatorum contra eum, vt supra pag.pri.vers, Nam in primis. Primò, quoniam contra eos stant depositiones,septem testium,quas, omnibus enumeratis supra pag.5.vers.hi septem testes præferendas esse apertissimè demonstrauimus, Secundò,quoniam si testimonijs, & non testibus, adhibenda esset fides, neq; C. aliquos testes pro se examinasset, adhuc testes contrarij non obstarent: neq; ex illis victoria aliqua eliceretur:quia testimonia loquuntur de grossitie, non autem de fatuitate,Io. Baptista de Z.fol.52.ibi, mezo matto, Puteus fol.81.ibi mezo matto, B. fol.123. ibi come vn matto,Non enim talis qualitas ìntentum finem interdictionis bonorum assequi potest, secundum ea, quæ diximus supra, constituendo differentiam inter grossolanum, & stultum in primo præmisso vers. quinto, & tantò magis. Tertiò quia rationes,quas adducunt testes non subsistunt, & consequenter eorum depositiones remanẽt insipidæ,& sine pondere succi alicuius fidei, vt constabit, dùm respondebimus ad præsumptiones adductas,in quibus continentur rationes ipsorum testium. Secundo principaliter non obstant præsumptiones adductæ, si generaliter illas attendere velimus. Primò,quia plusquàm manifestum est,quòd illæ sublatæ remanent ex depositionibus testium,& contrarijs probationibus.l.optimã, C. de contrahen. & cmomitt. stip. §. Item verborum obligatio, instit. de inutil. stipul. Secundò,cum præsumptio,præsumptionem
74 † tollat. l.Diuus, ff. de integ. rest. aduersus præsumptiones contrarias adduximus plures alias, quæ omnino habent excludere, quia sicut clauus clauum trudit;ita præsumptio præsumptionem excludit, secundum glo.in d.l.Diuus,in verbo existimari, & cõmunem omnium sententiam, de qua attestatur Cur.iun.cons.35. nu.6. & secundum hanc dicimus, quòd non solùm præsumptiones inuicem se collidunt;capit. litteras, de præsumption. Ancharan.cons.181. vers. saluo, & cons.209.num.1.& Ludou. Rom. in cons.156, num.4. Sed quod nostræ præ-
75 ponderant, quia sicut maior † ratio excludit minorem l. si debitori in fine.ff. de fideiuss.l.cui pacto,ff.de ser.export.ita præsumptiones potentiores, non solùm excludunt
76 secũdum Ang.in cons.141.in fine,sed† vincunt, secundum Imol. in l. 2. in §. si quis neget, numero 11. in fine. ff. quemadmod. testa. aper. Aretin. in l. quòd seruus numero 11. ff. de acquirend. possess. in l.si seruus plurium, in §. vltimo, in fine. ff. de legat. primo. Socin.sen.in cons.92.numero 3.volum.2.Paris.consil.13.num.37.vol.1. Grauet.cons.6.nu.70. quia nimis vulgatum est
77 illud prouerbium: Potentioribus † pares esse non

se non possumus l.qui etiam.ff.de aliena. iudic.mut.cau.fac. præsumptiones autem pro C.adductæ potentiores esse suadent multæ
78 rationes. Prima ratio est, † quia sunt certiores, cap. Iuuenis, ex. de spons al. iuncto tex tu in cap. ad audientiam de homicid. in cap. illud, in §.licet, de Cler. excomm. Secunda est, quia præsumptiones Costæ consonant præsumptioni iuris communis, imò & rationi ipsi naturali, imò & naturæ ipsæ, vt satis superq; comprobatum est sup. vers. Primo quia regula est, Hanc rationem prælationis inter præsumptiones ponit Crauet. in consil.35.num.24.& est communis. Tertia est, quia illa dicitur præsumptio fortior, quæ reo suffragatur, Syluan.in cõs.93. nu.9. & ratio est, quia proniores semper debemus esse ad absoluendum.l. Arrianus, ff.de act.& oblig. cap.2.§.vltimo de probat. Quarta est propter varias inuerisimilitudines mox enume-
79 randas, quia veritas præsumpta † non datur secundum terminos legalis scientiæ contra verisimile; quia præsumptiones non accommodantur rebus non uerisimilibus secundum Bal.in l.vlt.in vlt.not.C.de hæred.inst. in l.nulla.num.3. C.de iur. dot. & bene potest ab hac veritate, quatenus est veritas iudicij, abesse veritas, quatenus veritas facti, sed non verisimilitudo secundum eundem Bal. in l.non hoc, sub num.11. C.vnd.cogn. sequitur Manr.de coniect. vlt.volunt. lib.1. tit.1. numero 7. versic. finaliter, & nu.seq. ybi bene loquitur.

Cæterum quoniam generalitas obscuritatem parit. vt supra, & fugitiua responsio
78 † indicatur suspecta, & associata diffidentia boni iuris, & decreuimus obseruare illud, quòd dixit Iosaphat Rex Iuda ad populum. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite, vt 2. Paral.19.non existimamus bonum singulis non respondere.

Prima igitur præsumptio contra C. adducta, desumpta à dilapidatione magnæ quantitatis serici impendenter, & breui tempore obiecta, vt supra in versic. prima præsumptio est grauis inspecta dispositione iuris,
81 quia talis † actus repugnat prudentiæ iuxta illud.

Vtere quæsitis, sed ne videaris abuti,
Qui sua consumunt, cum deest aliena sequuntur.

Sed non probatur actus iste dilapidationis respectu primi extremi.

Primò, quia illi primi duo sunt testes singulares; Primus loquitur per quindecim dies ante mortem, Secundus per viginti se-
82 ptem dies ante mortem, nam testes † singulares non probant.c.nihilominus.vbi glos.3. quæst.9.infinita cumulat Pott.lib.1.conclusionum, concl.34. fol.106.

Secundò, quia nũ solùm sunt singulares, sed sunt contrarij ad inuicem. Primus enim dicit, quòd sericum erat laboratum: Secundus autem, quòd sericum non erat laboratum: & quatenus primus testis dicto fol.18. de auditu à diuersis deponit; quòd Io. Philippus vendidit habita fide de pretio, & sine cautione: contrarium affirmat secundus Io. Ambrosius P.fol.48. ibi, che detto Gio. Philippo vendesse à credenza, & senza cautione, come in questa informatione, io non lo credo, perche esso, per quello poteua cõprendere andaua dietro alla strada di suo Padre, che era huomo, che negotiaua cautamente, come si suol dire pesa, & paga, quod summè notandum est, quia vnus in
83 præiudicium † producentis plenè probat, etiamsi loquatur de credulitate, Rom.cons. 304.in fi. Marant.par.6.act.16. Bursat.cons. 47.num.4.& cons.306.num.22. libro 1.

Tertiò, quia ambo eiecti fuerunt de domo à dicto Io. Philippo propter malas qualitates, vt capitulatum fuit in decimotertio capit. super quo Boltrasius fol.9. dicit Gio. Ambrosio P. disse alcune parole contra esso Philippo, lo cacciò di casa con male parole, come anco cacciò di casa Gio. Battista Z. perche gli rubbò certi mantili, & perciò vogliono male al C. Io. Ambrosius Biragus alter testis C.fol.30. Gio. Ambrosio P. è stato cacciato di casa da esso C, come da esso C. hà inteso.

Quartò quia contra eorum depositiones obstat magnæ inuerisimilitudines, circa hoc primum extremum, scilicet, quòd dictus Benedictus reliquerit tantam quantitatem serici, tempore suæ mortis. Prima inuerisimilitudo deducitur ab expensis factis in emptione, & fabrica domus, quæ fuerunt scutorum vltra sex millium, Io. Ambrosius Boltrasius fol.2. Io. Ambrosius Biragus fol. 10. Io.Baptista Sitturus fol.18. Gabriel Pirogallus fol.20. Pomponius Peregus fol.23. Pompeus Rubeus fol.27. Secunda inuerisimilitudo

do deducitur ab eo quòd dictus Benedictus non erat in opinione, quòd haberet pecunias, vt dicunt dicti Boltrafius fol. 3. Biragus fol. 11. ibi, Non era persona tanto ricco, Gabriel Pirogallus, qui ideo dicebat homines irrisisse huiusmodi expensam fol. 20. Tertia inuerisimilitudo desumitur ex eo, quod dictus Benedictus recusabat emere serica; quia dicebat se non habere pecunias, ut dicit Boltrafius fol. 3. Quarta inuerisimilitudo desumitur ex eo, quod Benedictus ante mortem se retraxit à negotijs serici, Boltrafius fol. 1. Io. Ambrosius Biragus fol. 10. addens, rationem, quia senex, quia inhabilis, & multum præcisè loquens, ibi, si ritirò quasi in tutto, Nob. Io. Baptista Sirturus fol. 17. facie 2. qui adducit etiam rationem senectutis, Gabriel Perogallus fol. 20. qui eadem ratione senectutis ducitur, Pomponius Peregus fol. 23. Io. Franciscus Coquus, dictus de Cumis fol. 25. Pompeus Rubeus fol. 27. ibi, faceua puoco. Quinta inuerisimilitudo desumitur ex testamento paterno: quia scilicet de tali quantitate, nec verbum quidem, & tamen testamentum fuit factum parum ante mortem. Sexta inuerisimilitudo resultat ex eodem testamento, quia cùm mens esset facere amplum fideicommissum, non curauit de mobilibus, quod vtiq; non est verisimile, vbi præciosa mobilia reliquisset. Septima inuerisimilitudo deducitur ex eodem testamento, quia volens vinculare filium etiam in legitima, aliam viam inuenisset, quàm prohi-
84 bere † alienationem, vsq, ad sexaginta annos ex his quæ no. Crass. in §. legitima. q. 15. vers. quid autem sub nu. 4. Hæc ratio est po-
85 tentissima, quia inuerisimilia habent † speciem falsi Ias. post alios in l. si extraneus nu. 6. ff. de cond. ca. da. latè Neuiz. in Syl. in fin. & Nic. Euerard. in cent. leg. in loco à verisimili, latissimè Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 37. C. de reuoc. donat. compater Menoch. de arbitr. iud. cent. 1. casu 258. cōsil. 2. num. 300. cons. 34. num. 5. cons. 64. nu. 11. consil. 98. nu. 44. lib. 1. & propter hanc rationem testibus inuerisimilia deponentibus non credi, tenent infiniti DD. quos refert Tiraq. in d. præfat. num. 44. & sequitur compater meus d. cons. 98. sub vers. secundo non probant. nu. 45. & sicut nō est verisimile, quod dicunt primi duo vidisse ita inuerisimilius est, quod dicit Gab. B. audiuisse à Benedicto per prædicta.

Quintò, quia omnes sunt suspecti, & propter inuerisimilitudines, & propter inimicitiam, quæ etiam probatur contra B. cùm ex eius dictis super generalibus vbi enunciat litem inter eum, & C. vt fol. 124. cùm ex depositionibus testium, quia propter talem litem Io. Ambrosius Biragus inquit fol. 16. & sò che per questa passorno disgusti, & parole d'importantia trà esso B. & C. & sono però sempre stati inimici: & adducit optimum
86 signum, & se s'incontrano † non si salutano, & deponit de certa scientia, quia fuit præsens; propter enim talem suspitionem ipsi nullo modo creditur maximè concurrentibus tot præsumptionibus, & probationibus pro dicto C. & non solùm non creditur in hoc proter has duas rationes, sed in nullo, quia eorum testimonium redditur suspectum in omnibus, tanquam fundatum su-
87 per iuramento indiuisibili, ut in terminis † multa adducens tradit Paris. d. cons. 88. nu. 81. & 82. lib. 3.

Sextò, quia non deficiunt testes, qui concludunt, quòd Benedictus reliquerit modicam quantitatem serici: ita sanè Biraghus fol. 10. Syrturus fol. 17. Pirogallus fol. 20. Peregus fol. 22. & Rubeus fol. 27. qui omnes in eo conueniunt, quòd per duos, & plures annos dictus Benedictus retraxerat se à negotijs, & parum, uel nihil mercimonio serici incumbebat, & omnes adducunt tres rationes, quia senex, quia inhabilis, & quia expendiderat in fabrica, quæ sunt rationes ualidissimæ prima, & altera respicit uoluntatem, tertia excludit potestatem, & sic sunt rationes uiolentissimæ, quia sicut actus humani à potestate, & uoluntate regulantur, ita sic consistunt in uoluntate, sic à uoluntate de-
88 pendent, ut si alterum † deficiat nihil sit, quòd perfici possit, Boet. lib. 4. de consol. Philosoph. Socin. iun. cons. 72. num. 13. & num. seq. lib. 1. Tob. Noni. de utroq; dicto attestatur in cons. 13. num. 6.

Septimò, quia cum ita sit dd. testes super Gen. talia non detegerunt propter, quod ni-
89 hil † probant Bursat: consilio 275. numero 16. uolum. 3.

Hæc circa primum extremum: modo circa secundum, quòd scilicet d. Io. Philippus post mortem patris eam quantitatem consumpserit, nihil concludunt testes, ut pag. 2. uersic,

versic. secundum extremum; Nihilominus, & hoc loco iuuat de infallibili, & certa veritate docere: Nam cum d. quond. Benedictus pater omne sericum venderet Io. Francisco Coquo, nũcupato de Cumis, priuatiuè quoad omnes alios, vt dicitur Io. Baptista Sirturus fol. 17. facie 2. Pomponius Peregus fol. 22. Pompeius Rubeus fol. 27. tempore mortis dicti Benedicti in executionem conuentionis dictus Coquus fol. 25. exprimit præcisam quantitatem dicens: Io comprai tutta la seta lauorata, che fù ritrouata al tempo della morte di esso Benedetto, la quale fù lire cento vintidue, & onze dieci, & meza, & per tal segno la pagai à Filippo suo figliuolo del mese di Febraro, cioè alli vndeci del 1598. che fù quell'anno stesso, che detto Benedetto morì, stando che egli pasò à miglior vita alli 20. di Genaro di detto anno; Et respectu serici non laborati subdit testis, tengo, che potessi esser poca somma, perche dal detto Filippo doppo morte del Padre io hebbi poca quantità di seta lauorata, & fortiter concludit subdens, & sò che non ne daua ad altri, perche così eramo cõuenuti insieme, come anco il medesimo era conuenuto trà detto Benedetto, & me. Pompeus Rubeus fol. 27. facie 2. concordat eleganter dicens; Non lasciò notabil quantità di seta lauorata, ma solamente ne lasciò la quantità di cento lire in circa, & questo l'hò à memoria, perche io fui presente quando fù pesata in casa di detto Filippo per mandarla poi al Commune, subdens, & la detta seta l'hebbe poi il Como sudetto.

Ex his creditur indubitanter non solùm satisfactum esse obiectis, sed etiam testes ipsos reputandos esse pro falsis, posteaquàm
90 in ciuilibus, etiam falsi suspitio pro falso † habetur, Nat. in suo elegantissimo consil. 124. versic. capiendo igitur secundum dubium, num. 4. volum. 1.

SECVNDA præsumptio contra C. deducitur ex singraphis magnæ quantitatis pecuniarum per dictum Benedictum relictis, & vt dicitur per dictum C. exactis, & dilapidatis.

Respondetur, quòd pater reliquit aliquas singraphas, sed dicitur, quòd filius diligentiam adhibuit, vt exigeret, sed certo certius est, quòd non potuit exigere, quoniam li-
91 cet debitores essent boni de iure, quia obligati, non erant boni de facto, quia inexigibiles. Hoc quod essent inexigibiles, comprobant testes contrarij, quia dicunt de auditu à dicto Benedicto, quòd ipse renuntiasset huiusmodi apochas pro libris viginti mille, quod non vtiq; dixisset Benedictus, si sciuisset eos
92 esse bonos de iure, & de facto, quia † nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito, ff. de cond. indebit. Hoc idem expe-
93 rientia omnium rerum Magistra † apertissimè demonstrauit, quando C. exactores cõstituit, diligentiam adhibuit, pecunias expẽdidit, tempus aliquod conteruit, & ne damnum damno adijceret prudenter abstinere decreuit, & abstinuit, quia inanis est actio
94 creditoris, quàm † paupertas debitoris excludit.

Hæc eadem probantur ex depositionib. testium C. Nam Io. Philippus cõquestus est de singraphis relictis, quòd scilicet continerent nomina bona de iure, hoc est obligatorum, sed non de facto, quia inexigibilia, Boltrasius fol. 3. concordat Io. Ambrosius Biragus fol. 12. ibi, ma dico, ch'egli, intelligens de Io. Philippo, più volte mi hà detto, che cõ tutta la fatica, che duraua, & la diligenza, ch'in ciò vsaua, non trouaua strada d'hauer danari. Et quòd fuerit Ioann. Philip. vsus diligentia in exigendo medio notarij Bonzanini, Boltrasius fol. 3. facie 2. Io. Ambr. Biragus fol. 12. vbi dicit se scire, quòd dictus Philippus multam diligentiam adhibuit, multos labores subiuit, vt exigeret huiusmodi singraphas, & credita, & subiungit, e più volte hà anco pregato me à voler attendere all'impresa di sollicitar detti debitori al pagamento, ma io non l'hò voluto accettare. Quòd huiusmodi credita non essent exhibilia, probatur ex quærimonijs dicti Io. Philippi, ex eius diligentijs, & ab effectu ipso, à quo vnusquisque facta notanda putat, quia adhibitis prædictis medijs, exigi non potuerunt, vt benè dicit Pompeius Rubeus fol. 27. vbi profitetur se fuisse pluries ad domos diuersorum debitorum, & fol. 28. vbi etiam dicit se fuisse ad domum Hieronymi Vicecomitis procuratoris, & nihil profecisse, & res ipsa loquitur, quia possunt videri libri aperti, & singraphæ illæsæ. Colligitur etiam optima coniectura ex testamento patris, quia de his nec verbum, quòd tamen non est verisimile si tanti momenti fuissent cum præcipuè is ha-

habetet mentem ditandi posteros, vt in eo legitur.

TERTIA præsumptio ab actu equitandi per Ciuitatem desumpta, cum quatuor circonstantijs adductis supra vers. Tertia præsumptio, quantam iniquitatem contineat plura ostendunt.

Primò quoniam nullam necessariam cōsequentiam ad propositum continet: & si enim Thessalia, quæ prima equos reperijt, & domuit eadē prima aureū, argenteūque nummū cuderit, suadere videatur prodigalitatis esse retinere† equos, quippe, qui
95 insomnes sint, & inexpletæ voraginis, & si huius animalis cum obsequijs tædia conferantur, eorum emptio arguere dementiam videatur: nihilominus, quę diximus in sexto præmisso absque alia ratione tollunt hunc nodum, quia de sapientibus in hoc genere
96 deteriora legimus, de Alexandro illo † Macedone, quòd amato equo vrbem erexit, vrbemque equi nomine appellari voluit: de
97 Augusto, †qui sepulcrū equo cōstrui iussit, & Diui Iulij monstruosus sonipes ante ædē
98 † Veneris marmurea effigie consecratus fuit: Antonius Verrus viuentie quo simula-
99 crum aureum, † mortuo sepulcrum posuit: & cum hæc retulerit, viri sapientis fatuitatem circa equum egregiam refert Franciscus Petrarca in d. tract. de remed. vtr. fortunæ lib. pri. dialogo 31. in hæc verba, Nec ve quis priscam tantùm non modernam amentiam suspicetur, redeat ad memoriam nec lungè seu loco, seu tempore requirendis, adhuc enim viuit, nec dum senuit, & in terra italica vobiscum degitis, quem nominare, non est necesse, fortunæ vtriq; vir ingentis, nec parui ingenij consilijque vir alioqui magni animi nec insulsi, vbi quid serio agendum incidit, qui tamen ęgrotanti
100 equo, quem amabat aureum† puluinar, ac sericum cubile substrauit. Cumque ipse interim podagra vinctus, atque immobilis medicorum legibus regeretur, nihilominus tamen, aut seruorū vectus manibus, aut equo altero vix iniectus, & suos medicos secū ducens equum ægrum suum bis, terque quotidie visitabat, illi suspirans, atque anxius assidebat, illum leuiter manu tractans, blando murmure solabatur. Quid multa? Nullum medicinæ genus intentatum, nil languenti amico debitum prætermissum fuit. Fabulam fortasse posteritas vocet, vera res, & magno in populo nota. Sic vir fortis curam equi gessit, vt propriam, sic extinctum luxit, vt filiū.

Secundò quia iustissimè C. equitare debuit, quia sic saluti suæ, & vitæ expediebat propter infirmitatē, quæ sic exigebat, prout attestatus est eximius, & celeberrimus Ar. & Med. Doc. ex principalioribus huius Illustrissimę Ciuitatis, nouissimè honorario Philosophiæ in Canobianibus scolis donatus,
101 Ludouicus † Septalius, vt constat in processu formato, & per testes examinatos. Ioan. Ambrosius Boltrafius egregie loquitur de hoc fol. 8. excludens causam voluptatis, & ambitionis in hæc verba, è vero, che Gio. Filippo C. dell'anno del 1599. in vna istessa casa nella contrada di Visconti doue lo habitauo, caualcò per Milano il Mese di Luglio, Agosto, & Settembre (se ben mi raccordo) con valdrappa; mà in vero non si può dire, che ciò procedesse da la leggierezza di ceruello; mà da vrgente bisogno; atteso che io sò, che in quel tempo egli haueua calorità di reni, & non poteua andare, stando anco il caldo, ne fare viaggio; & perciò fece anco questo, così comandato dalli Medici, che lo curauano, che erano due, cioè vn Signor Gieronimo, che staua in Porta Vercellina, & il Medico Settara: & vn garzone del Molino gli andaua dietro à seruirlo, & tenergli il cauallo, quando montaua, & perciò non si può nè anco pensare, che egli caualcasse come hò detto per alcuna ambitione, Io. Ambrosius Biragus fol. 15. ibi, E vero, che io mi raccordo, che mentre il detto Filippo habitaua nella contrada delli Viscōti, che fù del 1599. egli caualcò per Milano con valdrappa per alcun tempo, però precisamente non saprei dire quanti mesi fossero, & questo sò, che lo faceua così comandato dal Medico, che era il Settara, & dal Barbiero, che si chiamaua Messer Hercole, & staua vicino al Duomo, quali curauano detto C. che all'hora era molto trauagliato per calorità, ouero scolatione de reni, & questo lo sò; perche mi raccordo, che io in particolare li diede alcuni rimedij intorno alla detta infirmità: & hoc nihil detrahit testi, quia cō
102 silium dare † infirmo, licet etiam non medico, vt post glo. & And. disputando tenet Afflict. in constit. Neapol. lib. 3. vers. §. 33. de probabili experientia medicorum, in verbo

vidi.

vtilitati, verſ. An autem ille num.4.& vlterius proſequitur teſtis:& ceſſata la detta infermità, io dico, che non l'hò mai viſto à caualcare in valdrappa per la Città,& quando egli caualcaua come hò detto, sò, che non menaua altro con lui, che vn garzône del Molino, di modo, che dico, che non ſi può penſare,che egli caualcaſſe per leggierezza, nè per ambitione, ma ſi bene moſſo dall'vrgente biſogno per la detta infermità, che in tal maniera lo trauagliaua, che non poteua far viaggio à piedi: & dicta horum teſtium, tanto magis ſeruiunt, quantò apertius excludunt radicem præſumptionis fatuitatis, & prodigalitatis, ibi, che non ſi può dire, che caualcaſſe per leggierezza, & includunt præſumptionem ſanitatis mentis referendo cauſam neceſſitatis, latè vt ſupra.

Nulla ex circunſtantijs adductis nocet; quoniam facili negotio tolluntur omnes. Prima enim circunſtantia deſumpta à veſtimentis, ex relata qualitate veſtimentorum, conſuetudine patriæ conſiderata, facultatibus ipſius C. perpenſis,maximam præſefert modeſtiam in colore nigro reſpectu duorũ veſtimentorum, nec aliud ſuadet primum veſtimentum; quia eo vtebatur quando rus petebat,quo non cõſueuerunt accedere homines, niſi induti colore reſiſtente pulueri, & conuenienti qualitati locorum: bene decolorat depoſitionem B. quatenus addidit illa verba, che lo vedeuo sù l'amoroſa vita: tùm quia apertè oſtendunt liuorem,& libidinem iniuriandi, tùm quia hæc addidit
103 † de ſuo, Buttig.in l.1. num.25. ff.ſi cert. petat. tùm, quia veſtimenta non ſunt talia, quæ ſic irridendi occaſionem præberent, & propterea nihil probat Maſcard.cõcl.1365. volum.3.Proſp.Farinac.de oppoſit.cont.teſtes oppoſit.24.q.71.

Quòd ſi admiſſa fatuitatis præſumptione ex immodeſto veſtitu cultuque corporis
104 reſultanti,vt latè † probat Franc. Petrarc. in lib.1. de remedio vtriuſque Fortun. dialog.20. per totum, diligentius conſiderare volumus, & obiecti veritatem intropicere; ſex ſunt, quæ articulum hunc veſtimentorum determinant, recta intentio, honeſtas conuenientia perſonæ, moderatio, temporis conditio,ſolicitudo,& ratio ſcandali,quę omnia multum doctè,& eleganter declara-
105 ta, poſſunt reuideri apud Ang. de † Clauas. & Vngarell.in add. ad eum in ſumma, in verbo Ornatus, vbi examinat materiam decentiæ, vel indecentiæ veſtitus,conſtabit, & cum multa dicant, duo ex eorum traditionibus colliguntur. Primum, quòd ex depoſitionibus teſtium contra C. examinatorum ſuper hoc probatur, quod is veſtiuerit parcè,& more aliorum hominum ſanæ mẽtis, quod etiam expreſsè dicunt ſeptem teſtes pro eodem C. examinati, vt in principio ſupra diximus, quòd ſapit etiam ſapien-
106 tiam, vt fabulati fuerunt † antiqui in Noctua Palladis, & infra dicemus, & exemplis comprobat Petrarch. d. dialog. 20. Secundum eſt, quòd aſſertio teſtis, dato, quòd is ita ſenſerit, eſt ſcandalum paſſiuum, &
107 occaſio † capta, vt vtar verbis Angel. de Clauas. in his terminis in dicto verbo Ornatus colum.penult.circa med.& quòd alia ratione excuſari nequit, niſi per regulã Philoſophi, quæ habet, quòd quidquid recipi-
108 tur per modum † recipientis recipitur, ſicut contingit in illis mulieribus, quibus carbones,vel terra propter prægnantiam.& naturæ deordinationem fit cibus delectabilis,
109 de quibus† meminit Bocr.d.deciſ.23.ſub num.75. ſeu vt contingit omnibus illis,quibus imaginatiua eſt oppreſſa, vt de Theophilo artis medicæ perito, de Galeno, de Thraſyllo, de Bernardino Patauino,de muliere illa Accone Agrigentilis, Iacobo Garzia Sacerdote valde erudito, refert Menoch.d.præſumpt.45.numerò 48. vſque ad numero 56.quæ cum referantur ad eos, qui mente falluntur, referri poſſunt etiam ad eos, qui malam impreſſionem conceperunt contra aliquem, vt arbitramur contigiſſe in his teſtibus:eadem enim quò ad propoſitum noſtrum ferè videtur vis, & efficacia impreſſionis, vt experientia magiſtra docet ca.quam ſit. de elect.in 6.

Hæc reſponſio eſt inuulnerabilis,quia radix intentionis partis aduerſæ præciditur: Nam ſi omnia fundamenta contra exceſſiuum veſtitum cumulentur, vel hoc vno in-
110 ſanæ † ambitionis verbo comprehẽdi apparebit ex Petrarch. in dicto Dialog. 20. & Tiraquel.l.connub.3. nume.1. cum ſequen. & ſic excluditur omnis ambitionis ratio. Secunda circũſtantia deſumpta ab ætate retorquetur, quia quãto magis ingraueſcebat ætas, tanto iuſtius equitabat, & cadentibus

L viribus

111 viribus, extrinsecis medijs † succurrebat, argum. text.in c. vbi periculũ de elect. in 6. Tertia ex varietate emptionis equorũ;cum multa dixerint testes, omnia facili negotio subuertuntur ex præmissis in tertio præmisso. Primò, quia de causa emptionis equorũ constat, scilicet infirmitatis vt supra. Secundò, quia de causa venditionis, & dãni prætensi constat, nam Io. Baptista de Z.fol.15. dicit de duobus equis, quòd fuerunt venditi medico pretio propter superuentam causam cæcitatis, & morbi appellati del Bolso, Ioan. Ambrosius P. fol.52. dicit, & ipse de causa cæcitatis, Sel.fol.94.95.& 96. narrat causam superuentæ cæcitatis alterius equi, quod inde patet, quia, cũ de alijs duobus equis enuncietur venditio, de hoc enunciatur permutatio cum alio equo. Tertiò nõ etiam mirum esset si in emptione alicuius equi, aliquam iacturam fecisset, quia prudentiores decipiuntur, neque deceptos iudicat fatuos lex, & si eo stricto examine humanæ actiones perpenderentur, nullus reperiretur non fatuus, quod non est dicendum, vt in præmissis supra latè comprobauimus vers.sex. Quartò, & punctus est, quòd si legantur testes examinati pro C. ex his prætensis emptionibus resultabunt multiplicatę præsumptiones integritatis mentis, & habilitatis ad emendum etiam similia, Nam Io. Ambrosius Boltrasius super nono Cap. examinatus, narrat de equo empto pro scutis 34. & vendito ex causa, scutis 44. post modicum tempus, dicens, & perche era intiero, & fastidioso, lo vendè ad vn Caualleggiero, & lo tenne poco, & ne cauò scudi 44. vt fol.6. Neque hoc loco qualitas equi, qui erat, vt dicitur integer, grauat prudentiam ipsius C. quoniam Io. Ambrosius Biragus fol.14. dicit persuasum fuisse à V. genero nũc aduersante, dicto C. vt emeret equũ talem, propter duas rationes, quia seruiret fratri dicti V. Relato in societate equitum, & etiam Rhedę: Neque emptio Carociæ (vt ita dicam) ad prodigalitatem referẽda, quia nullam rationem damni continebat, ex quo equorum vnus necessarius erat C. alius fratri V. & expensa futura erat communis, vt retulit Boltrasius fol.7. & superest præsumptio prudentiæ, quia abundat ratio vtilitatis, vtendi equis ad conducendum grana, & alia, vt dixit Boltrasius folio 7. Rursus dictus Boltrasius narrat eodem fol.6. de emptione facta vnius equi pro scutis 50. & venditione facta eo præsente pro scutis 75. habita quidem fide de pretio; sed hæc ratio non tendit ad imprudentiam, sed ad prudentiam, quia cum tendat ad augumentum pretij aliquo modo, pretium C. exegit, & habuit, vt dicit testis, & hoc idem dicit super eod.cap.9. Ioan. Ambrosius Biragus fol.154. Rursus dictus testis narrat de emptione equi pro scutis 38. & permutatione illius cum quadam Carocia, & ducatonibus duodecim, quòd etiam tendit ad prudentiam, quia Caociã vendidit V. genero, & aduersanti ducatonibus quadraginta, & sic superest lucrum ducatonorum 14. Quarta circunstantia ex diuersitate Ephipiorum, seu sellarum, per

112 se vana apparet, quia cum † vendito equo veniant sellæ ..... & alia lucra etiam super his cadunt, illud bene animaduerto, quod in processu folio septimo. legitur Ephipium album retentum fuisse ab ipso V. quod est illud super quo testes principaliter se fundant, & probro ipsi C. ascribunt.

QVARTA præsumptio desumpta ex digladiatione, vltra quòd in se non eam continet rationem fatuitatis, summæ pru-

113 dentiæ ascribi debet, quia omne † viuum fugit mortem, vt dicit Philosophus, in 3.de anim. & eo tunc periculum imminebat, propter dissidium, quod intercedebat inter d. C. & quendam Antonium Veranum, vt constitit ab effectu, quoniam inuicem districto ense controuerterunt, & reconciliati postea fuere mediante eruditisimo I.C. col

114 legiato D. meo Io. Ambrosio † Porro, à quo Senatus Excell. huius rei veritatem habere poterit. Sed vt vndique pateat, qualis sit mens V. aduersantis: is fuit (inquit C.) qui Magistrum adinuenit, & qui eum domum dicti C. conduxit: & in hoc etiam prudentior dignoscitur C. quia noluit accedere ad publicam scolam, sed secreto domi suæ præsidia salutis vitæ parare.

QVINTA ex saltationibus desumpta non includit actum, fatuitatis.

Primò, quia causa relaxandi animum, & sic voluptatis, & similis eximit actum, etiam alias de sui natura fatuitatem indicantem ex regulis fatuorum, & reponit illum inter actus sapientiæ: potest exemplificari in actu proiectionis lapidum relaxãdi

animi

115 animi gratia, vel corpus exercendi, vt † ex-
pressim comprobauit pater veritatis Alex. in
d.l. si eum dotem in §. si Maritus nu.7. ff. sol.
matr. & Ias. in l. furiosum. num.7. C. qui test.
fac. poss. Secundò, quia naturā mutasset, etiā
si fuisset actus fatuitatis, q. a cōuenisset loco,
116 & tempori: quia nimis notum est † illud.

Constans, & lenis sicut tempus postulat esto.
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.

Tertiò testis, qui hoc deponit est solus in di-
117 cto, & vox vnius † vox nullius. Glo. in c.
sicut de sent. excomm.

SEXTA præsumptio desumpta ex amo-
re meretricis, vt supra si recipi deberet,
118 iam Salomon † qui ob amorem, Idolis
sacrificauit, vt attestatur Alberic. in l. 1. C.
de Senat. consult. Claud. tollen. inter sa-
pientes non connumeraretur contra tex. in
c. afferte ex. de præsumpt. sed ne videamur
fugitiuè respondisse hanc præsumptionem
inefficacem, & inualidam ex duobus po-
tissimum hoc loco affirmare intelligimus.
Primò, quia hanc rationem inualidam esse
in indiuiduis terminis tenet Iacobus de Ni-
gris in l. 1. num. 62. ff. de verb. oblig. vbi vult
hæc duo simul compatibilia sensum, & intel
lectum perfectum habere, & amare, & vehe
119 menter † amare: id quod verum existimo
actiuè, & passiuè quò ad promittendum, &
stipulandum: quò ad promittendum habe-
mus exemplum in contractu sponsaliorum
c. iurauit, ex. eod. cū similibus; quò ad stipu
lādum disputat, & tenet expressè Iacob. de
Nigris in d. loco: & ratio est manifesta, quia
120 insano † in amore nemo videt, & sic in
amore, & concernentibus amorem, non in
reliquis.

Secundò, est tex. ad litteram contra hanc
præsumptionem in l. & mulieri, ff. de curat.
fur. vel ali. ex. min. dan. vbi dicitur, quòd
121 † mulieri; quæ luxuriosè viuit bonis inter-
dici potest: dum enim ille tex. dicit mulieri,
etiā si secundū Cot. in mem. in verbo mere-
trix in fine, amplietur in nupta; nihilominus
satis intelligimus virum nullatenus compre-
122 hendi. Primò, quia † inclusio vnius est ex-
clusio alterius l. cum prætor. ff. de iud. cap.
non ne ex. de præsumpt. & propterea inclu-
dendo fęminam excludit masculū. Secūdò,
quia non recedimus à regula, nisi quatenus
123 expressam † aliquam limitationem habea
mus: & regula est, quòd quilibet sit mo-
derator, & arbiter in re sua d. l. in re manda
ta, ff. mand. & non reperitur iure cautum, q.
124 homini luxurioso detur † curator. Ter-
tiò non est par ratio, quia in muliere ma-
gis ardet stimulus carnis, quia maior oble-
ctatio, dùm præter seminis motum, & ori-
ficij in sugendo, quoque nascitur, oblecta-
tio, vt ex medicorum auctoritate tradidit
Tiraquel. de leg. connub. l. nona. num. 15.
125 & colligitur ex iudicio † Tiresiæ, de quo
Ouid. in Ibin. & Iuuenalis satyra 6. cum di-
xit vir nollet fieri, nā quantula nostra volu-
ptas, & refert Tiraq. d. l. 9. & num. 115. in
fin. & curiosè exposuimus nos in Annulo
matrimoniali edito in signū publicæ lętitiæ
Serenissimorum Principum Isabellæ, & Ar-
ciducis Alberti coniugum, & est magis obro
briosa luxuria fœminæ, quam masculi, vt do
cet natura in caduauere ipsius mulieris,
126 quod pronum super aquas fertur, vt † in
eodē loco diximus ex Plinio, & Solino quos
refert Tiraq. de leg. connub. l. 5. num. 24.
Quartò, quia obseruantia, ita docet, l. mini-
mè. ff. de leg. Quintò, quia ita in indiuiduis
terminis interpretatus est illum tex. Specul.
in tit. de actore. num. 12. vers. sed vtrum ma
sculo luxurioso. Sextò, quia ille tex. secun-
dum glo. debet intelligi, & in muliere luxu-
riosa prodigali luxuria, vt ff. de dam. infect.
l. ex damni, in principio cuius prodigalita-
127 tis † memoria Ezechiel. cap. 16. Oseę cap.
4. apud Martial. in lib. 1. in Chloen. lib. 7. &
9. in Galam, & lib. 11. de lesbia de quibus
idem Tiraq. eadem l. 9. num. 111.

SEPTIMA præsumptio desumpta ab in-
stabilitate, vt supra non etiam est alicuius
iuridicæ considerationis: sed vt nihil peni-
tus intactum relictum videatur, præsidia hu
ius assertionis contrariæ distinctè perpen-
damus. Primò igitur Ioan. Baptista de Z.
folio 22. dicit detto Gio. Philippo al mio
parere, è huomo volubile, che hora dice
vna cosa, & poi ne farà vn'altra, per quan-
to hò inteso, & non altrimente. Sed iste te-
128 stis loquitur de auditu, & non † exprimit
à quo, ideo non probat, quia non potest di-
gnosci legalitas originis, sine qua non re-
sultat probatio, vt dicimus de teste alienige
na, & incognito, qui ideo non probat, vt per
129 Brunor. † à Sol. in suo consilio crimin.
numero 109. Secundò Sil. folio 104. di-
cit, quòd Io. Philippus ingressus est rhedam

vt iret de ciuitate ad locũ Sidriani, & exijt dicens: Saltò in capritio al detto C. che non poteua star in carozza, & se n'andò fin' à Sidriano à piedi, & ritornò à piedi. Sed cum hic testis dicat quòd C. videbatur non posse stare super rueda magis ipsi C. quam ipsi testi in hoc est standum, quod depen-
130 det ab animo † gerentis actum, per id, quod habetur, in l. qui in aliena in §. fin. ff. de acquir. hæred. & per Bart. in l. non solùm in §. Morte. ff. de no. op. nunc. & dicere cõ-
131 trarium est † diuinari. Tertiò Gabriel B. dicit fol. 123. hora ragiona d'vna cosa, & an darà in vn'altra senza proposito. Hæc ratio in se satis concludens videtur, quia ex
132 sermonibus in simili † arguitur, l. quidam, ff. de cond. instit. l. is cui, §. 6. ff. de tut. & cur. dat. ab is, vt dicit gl. in d. l. Nec codicillos, in verbo ꝓbari in fi. l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edict. l. is qui, §. Diuus, ib. ex sermonibus videbuntur compotes, ff. de cur. dat. ab his. facit Luc. de Pena in l. 2. col. 1. in prin.
133 C. de lat. li. 10. vbi † ex auct. Vgon. de S. Victore dicit, quòd vanus sermo vanæ con-
134 scientiæ index est, & mores † hominum lingua pandit, & Senec. in prouerb. dicit, imago animi sermo est: qualis vir talis oratio, & illud Mat. 26. & tu ex illis, nã, & loquela tua manifestum te facit, & multa ad propositum adducit Boer. d. decis. 23. num. 57. & sequ. alia adducit Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 45. versic. optimum est signum, num. 39. vbi ponit exemplum in Carolo Sexto Rege Franciæ, ex Gauin. lib. 6. hist. vbi est locus præcisus pro hac præsumptione. Sed eius dictum nulla ratione comprobat, nullo exemplo confirmat, remanet solus, & habet litem cum ipso C. vt ipsemet dicit super generalibus folio 124. propter quam litem Ioan. Ambrosius Bitagus fol. 16. inquit, & sò che per questa pas sione disgusti, & parole d'importanza trà esso B. & C. & sono per sempre restati inimici, & se s'incontrano non si salutano, & deponit de certa scientia, quia fuerit præsens, & non descendit ad speciem verborum extra propositum prolatorum contra no. supra in primo præmisso, & Boer. de-
135 cis. ad propositum † retorquetur, quia hic non agimus de probando, quid in genere, sed speciale, & indiuiduo, quod non probatur per testes singulares, vt per eundẽ Boer. vltra quod ex multis imperfectis depositionibus non potest inferri ad illud, quæ non
136 prosunt singula collecta † iuuant, vt latè tradidit Gab. de probat. conclus. 1. nu. 1. & Brunor. à Sol. in cons. crimin. ferè per totum, vbi hanc conclusionem post Gab. repetit, vt ibi per eum, ad quem mè remitto.

Iam habet Excell. Senatus Mediolanen. deducta contra C. nullatenus obstare, imò probationes pro illius mentis integritate superabundare: reliquum est, vt cum nihil aliud sit, quod in quæstionem deducatur, iu-
137 stissima † sententia indemnitati patris, ad extremam, vsque, necessitatem sic redacti contra N N. sic prouideat, vt zelum pietatis intus pectora tantorum patrum foris accensum iusto zelo seueritatis experiantur. Nam prohibere vsum rerum suarum iniu-
138 ria † est grauis, l. iniuriarum. §. si quis prohibet. ff. de iniur. alia adducit Afflic. in Con stit. Neap. lib. 1. Rub. xv. in verbo iurisgentium, num. 9. ad finem. Ac prohibere sub
139 colore quæsito grauior † est iniuria, quia velata pietas duplex est iniquitas, Bal. cons. 9. nume. 3. lib. 1. & magis punitur, qui prætextu, & colore boni facit malum, vt de in-
140 cestu sub velamine † matrimonij, Paul. de Castr. cons. 467. col. pen. lib. 2. de cõcubi-
141 na Sacerdotis retenta sub nomine † sororis, & de velata vsura, Alex. cons. 49. nu. 6. & 7. & nu. 17. lib. 4. vbi pulchrè limitat tex.
142 in c. debitores † de iur. iur. vt ideo nõ procedat in vsura paliata. Prohibere autẽ in publico grauissima iniuria, l. sed est quæstionis, §. sed si in theatro, ff. de iniur. cum simili-
143 bus † vulgatibus. Prohibere vero patri iam seni cum maxima consequentia damni excedit omnem metam, quia cum sufficiat hæc ratio, quia pater, quam tanti fecit Deus omnipotens, vt non solùm bonis filijs quinque
144 dederit benedictiones † nempè, longitudinis vitæ, lætitiæ filiorum, bonorũm temporalium, spiritualium, & Gratiæ, vt per ordinẽ habetur Gen. 9. Eccl. 3. Gen. 49. 3. Reg. c. 2. & 2. Reg. c. 12. sed etiam quinque maledi
145 ctiones malis adiecit, mortis, † infœlicitatis ignominiosæ, extinctionis luminis, nominis homicidæ, & eius indignationis, vt per ordinem habetur Leuit. 26. Prouerb. 19. Eccl. 3. Prouerb. 20. & 28. Deut. 21. si etiam ingrediamur terminos legalis scientiæ concurrũt
146 omnes illæ septem † circunstantiæ, causa per-

persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus, ex quibus atrocitas ipsa iniuriæ consistit inst. de iniur. §. atrox. c. aut facta. de pœnit. dist. 1. Quare cum ex prædictis cōstet filias prohibuisse patri liberam administrationem bonorum, sub clipeo processus, & iustitiæ, & NN. non posse excusari ex auctoritate Iudicis, quem induxerunt illis testibus; & ipsis talis prohibitio omnino sit ascribenda, quia effectus ascribitur causæ etiam remotæ, quando secunda non opera-
147 tur in absentia primæ, † expectat infelix pater quòd omnia impedimenta sibi tollantur, quod filiæ recantent; quòd publicum bannum de sanitate, eius mentis promulgetur, & omnia damna sibi reficiantur, & prædicta deduxisse volui citra sempet animum grauandi aliquem; sed pro causæ, & muneris mei necessitate, & saluo semper saniori iudicio, vt in l. Claudius fœlix, ff. qui pot. in pign. hab. & præcipue Excell. Sen. Mediolanensis cuius tanta vigilantię, & iustitię perfulget claritas, vt boni omnes se tantum his celeberrimis viris debere intelligant quantum optime meritis moderatoribus debere possunt subditi, & à Potentissimo Rege mul
148 totum † Regum consessum, (vt de Senatu Romano Cyneas ad Pirrhum Epirotarū Regem retulisse fertur) sibi concessum iure merito existiment, suauiter intueantur, humiliter venerentur, & summè ssetentur.

OEDIPI COLONEI

Pars Quinta.

SVMMARIA.

1 *Regis Potentissimi fuis in visitationibus suorum iudicum.*
2 *Aduocatus iure compellitur ad suscipiendam causam.*
3 *Iudex non reprehenditur in arbitrarijs.*
4 *Probationes sunt arbitrariæ.*
5 *Iudex in syndicatu non tenetur vltra dolum, & baratariam.*

ARGVMENTVM.

Ratio, qua motus fuit auctor ad scribendum contra iudicem, & media præcipua, quibus iudices consueuerunt se tueri ab obiectis in syndicatu referuntur.

Placuit potentissimo Regi per Illustriss. D. Philippum de Haro, cuius solertiam, & legū scientiam, & circa iussiones suas fidē ex multis rerum argumentis acceperat,
1 visitare eos, quos † Mediolanensis huiusce status sibi quasi oculos elegit, c. oues 6. q. 1. c. ad hæc. ibi oculos de offic. Archid. ut simplices ob integritatem, non solum in suo cōseruaret esse, sed nouo lumine obscuros illustraret, uel erueret: & inter has multas florētissimas, antiquissimasq; urbes nullum earū corpus obnoxium tenebris reperiretur; sed omnia lucida, & serenissima forent, iuxta il lud Domini Nostri: si oculus simplex fuerit totum corpus lucidum erit, ut Luc. cap. 11. Hinc arrepta occasione I. P. C. cū ex superius per nos deductis coram Excell. Sen. obtinuisset, preces porrexit eidē Illustriss. quarū tenorem, cū ordinationibus inde secutis hic eo fine inserere placuit, ut acutioris quisque linguæ intelligat, omnē mihi huius oneris detractandi facultatem per ordinationes
2 factas † ademptam penitus fuisse, iux. Glos. in l. 1. in §. ait Prætor in uer. habebunt. ff. de postul. & communem sententiā DD. quam post Angel. Bal. Salyc. Ias. Felyn. Rip. Vin. & alios multos refert Vinc. Caroc. in tract. loc. & conduct. in 3. p. sub Rub. de libert. q. 7. fol. mihi 150. secundū nouissimā impressionē.

Illustriss. Signor.

Gio. F. C. è stato trattato da matto, & per tutto publicato ingiustissimamēte, & tal' ingiustitia è stata riconosciuta, & dichiarata dall'Eccell. Senato cō l'aiuto del I. C. Gio. Battista Cauazza Dottore Bolognese, & Auuocato in Milano: desidera detto C. di procedere contra il Giudice, & cōplici, & partecipi, & hauendo ricercato l'aiuto di detto suo Auuocato in questo, egli hà ricusato dicendo, di non uoler intromettersi contro Giudici. Hora perche il supplicāte confida in detto Cauazza per hauerlo conosciuto à proua, fedele, diligente, & di ualore, & per esser di questo informatissimo, & trat ādosi de' dāni di più di dieci mila scudi.

Supplica V. S. Illustriss. che lo cōstringa ad esserli co'l douuto honorario Auuocato in questo, cō qualche ordine, etiā penale, accid non resti indiseso, il che essendo giusto spera. à tergo 1607. à 16. Nouemb.

Il Dottore Gio. Battista Cauazza parli sopra di questo al Fiscale Ghisolfo.

1607. à 3. Decembre.

Illustriss. Visitatore vdita la relatione del Fiscale Ghisolfo, commanda, che il sodetto Dottore Gio. Battista Cauazza attenda alla causa del supplicante, non ostante le ragioni da lui addotte per iscusarsene

L. signi.

Postquam igitur mihi iussa capescere fas est, rem ipsam eodem nomine, & ordine, iisdemque suadentibus rationibus, prosequor.

Causa ista videtur satis grauis, & omnes difficultates reducuntur ad duo, ex quibus videtur, quòd D. Iudex maneat in tuto.

Et primo, quia certum est, quòd in arbitrarijs iudex non potest reprehendi, vt in

3 his terminis syndicatus † attestatur conciuis meus Marsil. in l. quæstionis modũ sub nu. 64. vbi latè. ff. de quæst. & inter arbitraria

4 ponuntur probationes † testium. l. 3. §. 1. ff. de test. Ergo siue probationes concludebãt, siue non, videtur quod iudex non possit reprehendi: simili modo arguendi vtuntur DD. vt per Bertaz. cons. 71. vers. vigesima octaua est. sub num. 66. & ibi Claud. sub litera B. lib. 1. crimin.

Secundò, quia de consuetudine Hetruriæ, imò & Med. iudex non tenetur vltra


5 dolum, & baratteriam, Grammat. consilio 73. Ioseph. Lud. decis. Lucan. 3. num. 39. & 46. & decis. 4. num. 53. decis. 9. num. 27. & num. seq. & in suis communibus conclusionibus quæst. 38. illat. 102. & adnotauit Apostillat. ad statutum Mediolani c. 40. in verbo aliquid omittendo, sub litera D. vol. 2. accedit Dominus meus Raudens. in consilio 49. num. 80. 81. & seq. vbi loquitur de hoc statu Mediolanensi, & rursus cons. 50. num. 670. vbi expresse dicit, quod syndicati absoluuntur, etiam non obstante receptione munerum, nisi adsit dolus, vel baratteria, & accedit etiam Bertaz. d. consil. 71. num. 2. lib. 1. crim.

OEDIPI COLONEI

Pars Quinta.

SVMMARIA.

1 *Dolus iudicis quando ex leuibus arguatur.*
2 *Qualitas facilius probatur, quàm substantia.*
3 *Dolus verus, & præsumptus quomodo differant.*
4 *Doli veri egregia exempla.*
5 *Præsumptiones quot requirantur ad probandum in materia præsumptiua.*
6 *Iudex quatenus inquirere tenentur de veritate.*
7 *Iudex qui non admittit probationes punitur.*
8 *Roland. à Val. locus declaratur.*
9 *Iudex cur teneatur ad diligentiam pulchrè.*
10 *Iudex negligens punitur.*
11 *Casus triginta sex, in quibus negligentia punitur.*
12 *Scriptura examinanda tenor præmitti debet.*



His tamen, & similibus non obstantibus, cum iudicem grauiter errasse, ita vt puniri possit, & debeat existimamus.

Et licet miranda canant DD. ad excusandos iudices in syndicatu sub præmissis, & alijs prætextibus, & præcipuè allegatæ consuetudinis, ita vt iustitia amplius non videatur tuta; & videatur liberum omnibus ius dicentibus præesse legibus; tamen spero fore, vt veritas valeat vincat, & inualescat sub Illustrissimo viro.

Sed antequam ad rem ipsam propius accedam, nõnulla præmittenda esse opere pretium existimo.

Primò igitur præmitto, quòd quando apparet iudicem iniustè egisse, & solùm dubitatur, quo animo, & ad quem finem iniustè egerit, ad effectum, vt iudex puniri possit, qualitas ista, quòd animo doloso iniustè egerit, potest probari per coniecturas, etiam

1 non multum vrgentes per ea † quæ tradit Marsil. in l. 1. in §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Ratio est, quia faciliores probationes sufficiunt in qualitate probanda, quàm

2 in substantia, & ista est regula † generalis in oĩbus. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonst. l. in emptio. ff. de contrah. empt. & ista est communis opinio, quam multis exornat instantijs, & auctoritatibus Berengh. Paulhac. in l. vnica. nu. 170. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. & ne tantisper à terminis nostris recedere videar, quod ista conclusio procedat etiam in grauissimo crimine, etiam ad puniendum pœna ordinaria quantumcunque magna, & procedat in his terminis syndicatus contra iudices consulẽdo ex professo tenuit Prosper. Paser. consil. 182. Pro tollendis his versic. quinta conclusio sub num. 6. & num. 7. & versic. quarto respondeo sub num. 12. & num. 13. vbi respondet ad contraria, & facit, quod scri-

bit

bit idem Pasct. in eisdem terminis in cons. 181. pro solutione dubiorum, vers. secundo dico num. 2.

Secundò præmitto, quòd licet dolus distinguatur in dolum præsumptum, & dolũ verum; tamen modus probandi per coniecturas, & præsumptiones est communis, tã respectu doli veri, quàm præsumpti, sed dif-
3 ferentia in † eo consistit, quòd scribit Bart. in l. quod Nerua. in 4. q. ff. depos. & pater veritatis Alex. in l. vbi exigitur. ff. de eden. & Clarius in cons. 103. num. 20. vol. 3. & conciuis meus Laurentius de Pin. in cons. 138. num. 23. quibus in locis dicunt præfati DD. quòd dolus verus dicitur, quando de eo apparet ex indicijs manifestis. l. dolum. C. de dol. dolus vero præsumptus dicitur quando indicia non sunt ita manifesta, vt dolum omnimodè concludant, ita Alex. in d. cons.
4 103. vbi exemplificat dictum, & † nos possumus etiam exemplificare in læsione enormissima, & enormi, vt in læsione enormi nõ deficiat dolus præsumptus, quia dolus præsumitur contra eum, qui cum iactura alterius lucrum quærit. l. quoties. §. an in pupillum. ff. dep. cum alijs adductis per Grauet. in cons. 142. Claudius de Costis nume. 17. libr. 1. & hoc sic suadente lege naturæ, quæ dicit, quod tibi non vis, alteri ne feceris, & probatur in l. nam hoc natura. ff. de condit. indeb. & in indiuiduo, quòd hic dicatur dolus præsumptus probatur in l. qui superstite. C. de dol. cum alijs adductis per Rot. Auen. decis. 59. num. 9. In læsione verò enormissima inest dolus verus, quia excessus ille, vltra ænormem habet particularem speciem deceptionis distinctè à DD. consideratam, Gabr. cons. 154. num. 45. libr. 1. Grauett. in cons. 192. nume. 3. Ioseph. Lud. decis. Perus. 18. nu. 15. Claud. Bertaz. in addit. ad cons. Barth. eius patris in cons. 120. nu. 13. & 14. libr. 1. Hoc suppositum est magni momenti in hac causa, quia præcidit omnes fugas, & sicut super eo multas decis. DD. fundare consueuerunt, quas non repeto: ita & ego multùm insistam in casu meo præcipuè, quia cum præcitati DD. videantur ad probandũ dolum verum admittere illam conclus. quæ habet, quod in materia probabili per testes
5 † operantur duo testes, idem in materia probabili per coniecturas operentur duæ coniecturæ, vel præsumptiones, vt subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum qui iniuriarum. ff. si quis caut. vt bene arguẽdo ab huiusmodi ratione post Glos. & Calc. docet Grauet. in cons. 156. Iacobus Neyreti. sub num. 7. vers. hoc ita præsupposito lib. 1. cui addo plures DD. quos citat Claud. inter cons. patris in cons. 120. sub vers. quarto quando num. 13. & 14. lib. 1. dicenda, non vna, vel duabus, sed multis, & multis præsumptionib. cõprobare conabor.

Tertiò præmitto, quòd iudex debet in officio suo esse diligens, præsertim in perquirẽda ipsa veritate, quam omni via studio, &
6 diligentia † perquirere, & inuestigare debet text. est in Auth. qui semel. C. quom. & quan. iud. & in l. 2. ibi ad inuestigandam veritatis fidem. C. de eden. veritas enim est mater iustitiæ, vt inquit Bald. in l. libertini. ff. de stat. homin. Cæpol. in cons. 46. 47. & 48. & ideo veritatem iudex colere debet. l. 1. C. de latin. libert. tollend. §. fin. in Auth. vt in priuat. domi. sacr. mist. non fiant; & super omnia illam amare. l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonstrat. nec debet à veritate tantisper recedere, quia Deus veritas est, & iudex dicitur minister Dei, vt inquit Castr. in cons. 392. & recusando iniquè agit, cum tamen æquitatem ante oculos habere deberet. l. quod ephesi. ff. de eo, quod cert. loc. & multa similia cumulauit contra iudicem Roland. à Val. in cons. 47. per totum illud cons.
7 vol. 3. vbi sub nu. 26. dicit † iudici imputari posse in syndicatu, & quòd iudex, qui nõ admittit defensiones facit litem suam, & tenetur in syndicatu, & ad damna, & interesse, & adducit Io. de Imol. Anan. Marsil. Rolan. Bal. & Corn. qui cum ipso Rol. loquuntur, quando proceditur contra reum contumacem, & in casu, in quo ipse debet personaliter venire, quorum dicta verissima existi-
8 mo, etiam in eo casu cessante † suspicione fraudis, & sequutus sum in cons. 1. tit. de homin. excus. sub num. 94.

Quartò præmitto, quòd negligentia iure meritò damnari debet in iudice, atq; etiã
9 puniri. Primò quia susceptio muneris † iudicandi includit contractum gratia vtriusque, iudicis scilicet, & subditorum, ideo haberi debet ratio non solum doli, sed etiam culpæ saltem latæ. l. sicut certo. §. nunc videndum. ff. commod. Secundò, quia paria sunt facere non facienda, & non facere facienda, ratio-

ne

ne officij.l.1 in princ.ff.de tutel.& rat.distr. Tertiò quia iudices iurant diligentiam in principio officij, ideo specificè, & præcisè ad obseruantiam promissorum tenentur ca. ad nostram, & ibi not. de iureiur. Quartò, quia non deficiunt iura, quibus hæc ueritas probatur, scilicet, quod negligentia iudicis
10 † punitur. l. si quis in conscribendo. C. de pact. l.si quis iudices. C.de off. præfec. prætor. l.mancipia. C. de seru. fugit. l. iudices. C.de ano.& trib.l.1.C.de suscept. & archa. l.placuit.C.de col.fund.patr. lib.10. l. missi opinatores.C.de exact.tribut. eod. lib. 10.l. 2.C.de can.largit. tit.eod.lib. l.cum qui. C. de procur.§. super in Auth. de quæst. & est text.secundum Bal. in §.1.in tit.si de inuest. feud. inter domin. & uasal. oriat. accedit tex.in l.si quis sepulchrum. C.de sepul.uiol. & de iure canon. est tex. in cap.cum sit, & in cap.si cler.de for.compet. in cap.sicut inquit.2.q.7.in clem.1.in fi. de uit. & honest. cleric.in cap.Iudæi. il 2.de Iudæis, & in ca. excommunicatus cum glos. de hæret. & in induiduis terminis syndicatus de hac ueritate testis est Amod.in tract.de synd. num. 69.& 83. & uberior testis est Lud. Gomes. in Epil.cas.neglig. qui imprimitur post regu
11 las Cancel.ubi triginta † sex casus ponit in quibus iudicis negligentia punitur,& est locus singularis reuidendus.

Quintò, quia potissimum mihi erit opus insistere super literis Senatus Excellentiss. quarum occasione D. Iudex processit, ideo
12 illarum tenorem præmittere oportet † iuxta l.vt responsum. C. de transact.

Litterarum igitur tenor is fuit videlicet. Philippus Tertius Hispaniarũ &c. Rex &c. & Mediolani Dux Secundus; Dilecti nostri, visis occlusis precibus.I.& A.de C.mandamus vobis, vt de expositis informationes assumatis, & vbi ex eis cognoscatis memoratum I.P. non bene sibi de mente constare, & male vti substantia sua, & damnum aliquod supplicantibus, vel dicto fideicommisso ex narratis inferri, eidem inhibeatis, etiam per publicum proclama, ne aliquos cõtractus, vel distractus facere possit saltem supplicantibus non vocatis, Dat. Mediolani die 14. Martij 1601.signat.in calce Alexand. Besutius: A tergo,nobilib. viris Consulibus Iustitiæ Mediol.nostris dilectis,& sigill. sigillo solito paruo regio in cera rubea.

OEDIPI COLONEI

Pars Sexta.

SVMMARIA.


1 *Agens contra iudicem in syndicatu,probata iniustitia, habet intentionem suam vndique fundatam, quod latè, & nouè probatur.*
2 *Verba quantum possint ad indicandum mentem latè.*
3 *Iudex malè iudicans per dolum in totum tenetur.*
4 *Aug.locus in l.ex maleficijs in §.si iudex. ff. de act. & oblig.examinatur.*
5 *Iudex ex dolo pronuncians tenetur ex delicto,& ex hoc fiunt quatuor illationes.*
6 *Statutum Med.in cap.54. & 55. interpretatur, & num.seq.*
8 *Statutum Mediol.sub cap.424. nouè perpenditur.*
9 *Statutum Mediol.sub cap.427. refertur, & examinatur.*
10 *Statut.Med.sub cap.425.perpenditur.*
11 *Reg.ad interpretationem statutorum multa cumulantur.*
12 *Insidicientis nomen noua ratione declaratur.*
13 *Vbi est casus legis, vel statuti non est dubitandum.*
14 *Obligatio,vel quasi,& mora simul nasci non possũt.*
15 *Diligentia nimia arguit dolum.*
16 *Citatio requiritur ad interdicendum administrationem bonorum, & num.55.*
17 *Omissio solemnitatis arguit dolum, & num.49.*
18 *Delegationis copia, an sit inserenda in prima citatione.*
19 *Iudex tenetur statuere terminum aliquem antequã deueniat ad expeditionem causæ.*
20 *Probationes non receptę per iudicem habentur pro factis.*
21 *Iudex negligens recipere testes quatenus, & quando puniatur.*
22 *Iudex examinans, & non inquirens causam scientiæ à teste, quatenus teneatur.*
23 *Protestatio arguit dolum contra illum, cui facta fuit, & contempsit.*
24 *Dissimulatio arguit dolum, & quando.*
25 *Cautela insolita arguit dolum.*
26 *Dispositum non habet locum, quando non verificatur suppositum.*
27 *Mandatum Principis est species legis.*
28 *Inobedientia arguit dolum.*
29 *Scientia obligationis faciendi, & omissio dolum arguunt.*
30 *Rescripta sunt stricti iuris, latè.*
31 *Conditio importat formam.*
32 *Effectus malus arguit dolum.*
33 *Iniustitia arguit dolum.*
34 *Iudicis iniuria est punibilis.*
35 *Dolus requiritur, vt quis de iniuria teneatur.*
36 *Iudex, qui sine causa cogit ad comparendum per capturam.punitur.*
37 *Iudex procedens de facto, quatenus differat à priuata persona.*

Ca-

38 *Captura nulliter concessa, quando ex bono iure confirmetur, vel non.*
39 *Intellectus ad text. in l. extat. ff. quod met. caus. cum simil.*
40 *Iudici resistere quando liceat.*
41 *Iudicis culpa grauior.*
42 *Color quæsitus grauat delictum.*
43 *Mediol. Ciuitas laudatur.*
44 *Interdictio facta alicui tanquam prodigo, qui in veritate non est, non valet.*
45 *Litteras cambij non adimplens tenetur ad interesse.*
46 *Vita hominis ex tribus præcipuè conseruatur.*
47 *Paupertas durities maior, in quo consistat.*
48 *Damna illata reficienda sunt.*
50 *Venia peti debet in lite mouenda contra patrem.*
51 *Legitimatio personarum necessaria in iudicio.*
52 *Iudex debet esse cautus, vt faciat scribi in actis instantiam partis.*
53 *Intellectus ad text. in l. maritus. C. de procur.*
54 *Litis contestatio est lapis angularis iudicij.*
56 *Qualitas personæ confert ad arguendum dolum.*
57 *Actus subsequentes valent ad arguendum præcedentem qualitatem voluntatis.*
58 *Singularitas testium arguit dolum.*
59 *Amicitia arguit quandoque dolum in iudice.*
60 *Dolus non solet committi sine causa.*
61 *Aquila non capit muscas.*

ARGVMENTVM.

Modus conuincendi iudices in syndicatu ob illorum iniustitiam multiplicatis præsumptionib. nouè perpenditur, & exemplificatur.



His sic præmissis contra iudicem, qui huiusmodi interdicta posuit. C. habet intentionem suã fundatam propter decretũ Excel. Sen. Aret. in §. 1. nu. 1. instit. de iniur. vbi
1 inquit, nota quòd quando † iudex contra ius in me pronunciat, dicitur mihi iniuriam intulisse, & ideo non est mirum, inquit Angel. si possum agere contra illũ in syndicatu.

Et ex traditione Angel. & per illum tex. infero, quòd C. habet intẽtionem suam fundatam etiam super eo, quòd iudex dolosè pronunciauerit; quia ista est qualitas connaturalis, quæ iuncto pede prodit in iudice cum ipsa iniuriã, text. est in l. si non conuitij. C. de iniur. qui bene probat ibi probare potes, & glos. adducit rationem, quæ multum facit ad propositum nostrũ, in quo verba important iniuriam, imò nihil aliud continent, quia sic subiecta materia interdictionis bonorum exigere videatur, vt ibi appare, che d. f. vsa con poca ragione la sostanza del suo patrimonio, & alibi passim, quia inquit glos. in d. l. si non conuitij sic se habẽt verba, & ratio est concludens, quia cum dolus lateat in corde ex verbis pręcipuè cogno
2 scitur mens, † & voluntas proferentis. l. ex his. ff. de excus. tut. l. 1. §. sed vt varietatis. C. de caduc. tollen. l. liberos. §. pen. ff. de an. leg. c. ad audientiam ex. de decim. capit. secundo requiris, de appell. Corn. cons. 192. num. 9. vol. 2. & ideo Philosophus, quem refert Corn. in cons. 298. num. 5. vol. 1. & Rimin. iun. in cons. 215. num. 64. vol. 2. inquit, quod verba sunt notæ passionum, quæ consistunt in mente, & hoc testimonio nullum maius reperiri, inquit Bal. in l. sed & reprobari in princ. ff. de excusat. tut. & Ias. in l. 3. C. de lib. præt. accedit Roland. cons. 61. nu. 7. vol. 2. & facit tex. in l. labeo in §. idem Tubero. ff. de lib. leg. cum simil.

Secundò ex ead. tradit. Angel. Correlatiè à præcedenti dicto infero, quòd is, qui probauit iniustitiam habet intentionẽ fundatam contra iudicem, quod is teneatur in totum, quia quãdo iudex malè iudicat pro-
3 pter dolum, tunc † tenetur in totum. l. filiusfamilias. ff. de iud. l. de eo qui pretio, & ibi notat Bart. sub num. 1. C. de pœn. iud. qui malè iudicauit, & omittendo disputationes superfluas, huiusmodi illatio est exempta à
4 traditione † Angel. in l. ex maleficijs in §. si iudex. ff. de act. & obligat. & Aretin. in §. si judex. num. 11. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc. qui videntur tenere probandum esse dolum, per text. in l. quoties, in §. qui dolo. ff. de probat. cum dant cautelam ad formandum libellum contra iudicem, quòd nõ petatur ipsum condemnari in aliqua quantitate, vel re certa, sed ipsum puniri in quantum æquum videbitur discretioni iudicantis; quia ratio consistit in illa præsumptione, quod iudex præsumatur iudicasse potius ex ignorantia, quam vincit in casu nostro potentius testimoniũ resultans ex cortice verborum, quibus mens, & voluntas adhærere dicitur. l. quod labeo. ff. de supell. leg. Rimin. Sen. cons. 124. num. 18. & Rimin. iun. in d. cons. 215. præcipuè cum ratio magistratus hanc speciem criminis iniuriarũ comparatur. l. nec magistratibus. ff. de iniur. Sed quia huiusmodi qualitatis, scilicet doli probandi altius repetenda sunt media, non inten-

tendo vlterius insistere, sed transeo ad aliã illationem.

Ex eadem igitur Angel. traditione, seu verius ex præcedenti dicto Correllariè infertur, quòd, qui habet intentionem fundatam super iniustitia, & dolo, habet etiam eam fundatam, vt iudex non possit se eximere à nexibus, quibus ex dolo suo irretitus fuit sub eo prætextu, quòd accusator habeat obligatos aduersantes suos: & ratio est, quia quando iudex pronunciat per dolum
5 † tenetur ex delicto, vt inquit Bart. in l. si filius in §. iudex. ff. de iud. & seq. Ang. in §. 1. sub num. 3. in fin. inst. de oblig. quæ ex quas. del. nasc. ex quo sequitur primò, q͞d cessat oblig. quę ex quasi del. nasc. vt expresśim dicit glos. & post glos. Ang. in d. loco. Secundò, quòd iudex facit litem suam. Tertiò, q͞ etiam tenetur l. Corn. de fals. prout vtrumq; dictum comprobat Ang. in eod. §. 1. sub nu. 6. Quartò, & vltimò, quòd & ipse iudex, & quicunque doli participes puniuntur, quia vnusquisque luit pœnam sui delicti, vt not. Bart. & DD. in l. si id quod, in fin. ff. de iurisd. omn. iud. vt alia adducens dicit Ang. in §. item is. sub num. 3. inst. eod. tit. de oblig. quæ ex quasi del. nasc.

Cæterum quoniam ex prædictis patet, quãta uis constituenda sit super dolo ipsius iudicis, propterea placet altius ex ordine referre omnes præsumptiones ex quibus infertur dolus.

Prima igitur præsumptio doli resultat ex qualitate iudicis, qui erat Consul breuioris togæ, cui non loquebantur litteræ Excellentissimi Senatus, & tamen voluit se ingerere, non obstante, quòd causa fuisset cępta coram I. C. Consultore, vt in primo actu; Nam licet ex dispositione statuti sub tit. de
6 officio † Consulum Iustitiæ Mediolani. ca. 54. & 55. 2. vol. apertissimè intelligamus appellatione Consulum Iustitiæ venire Consules breuioris togæ, postea quàm statutum in dicto cap. 55. dicit Consules Iustitiæ Mediolani sint sex: Tamen quia inter hos consules adsunt duo Doctores de venerando Collegio Iurisperitorũ Mediolani, statuentes prærogatiuas in his arduis dederunt ipsis iurisperitis, ideo in fine statuti sub dicto
7 capitulo 55. expresśè † limitatur regula, & auctoritas tributa consulibus in statuto præcedenti sub c. 54. cum statutum dicit, quòd nullus ipsorum Consulũ, qui non sit Doctor subscribere, nec signare possit aliqua præcepta continuandi, aut ponendi aliquẽ in possessione aliquorum bonorum, nec personaliter quenquam capiendi, nec aliquam pignorum sequestrationem, nec personaliter detentorum relaxationem, siue relaxetur, sed sufficiat signatura Doctoris ipsius Consulis, & ratio est, quam ponit ibi Glos. quia in his exceptis versantur iuris articuli, & qui sunt magni præiudicij, in quibus consules breuioris togæ se non debent intromittere, quæ ratio, sicut eminẽter militat in materia interdictionis bonorum, vt patet ex maximis difficultatibus, atque diuersis articulis per me in hac causa excitatis, ita etiã debet determinare præsentem casum, vt huiusmodi cognitio non pertineat ad consules inferioris togæ, sed ad Doctores.

Et hunc sensum summè suadet statutum sub Rub. de interdictione administrationis
8 bonorum † cap. 424. ibi, causa cognita, & approbata, & melius, ibi, vt leges disponũt, & suadent omnes difficultates, & iuris nodos de quibus in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. vbi est materia.

Sed magis suadet hoc, tex. sub dicta Rubric. de interdictione administrationis bo-
9 norum † in cap. 427. vbi expresśè disponitur, quòd si is, cui bonis interdictum est recipiat sanos mores, de mandato alicuius ex iusdicentib. iurisperitis, & de voluntate duorum agnatorum, & coniunctorum suorum restituatur, vbi glos. super verbo iurisperitis, expresśè notat, dicens, & sic non sufficit, quòd sit iudex breuioris togæ. Nàm per illum text. intelligo ego statutum in d. cap. 424. ibi coram aliquo ex iusdicentibus, vt loquatur de iusdicentibus iurisperitis, tùm quia verbum illud iusdicentibus, non habet aliquam contrarietatem cum à qualitate iurisperitię, sed semper in dubio sic debet intelligi, vt importet personam sapientem, & peritam iuris, nisi contrarium ex expressis verbis colligatur; quoniam inter principalissimas conditiones, & qualitates iusdicentis reponitur sapientia, & iurisperitia, & huius requisiti necessitas magna est, adeò, vt sine scientia mundus regi nequeat, vt supra in oculo Reipubl. satis latè disserui.

Hunc etiam sensum suadent multæ rationes, quarũ prima, & principalis ea est, quod si vnum-

si vnumquodque tollitur eo modo, quo inducitur l.nihil tam naturale, de reg.iur.cum statutum tolli mandet interdictionem bonorum mediante iurisperito, vt in dicto statuto 427.satis intelligimus, & eam induci debere, mediante iurisperito, præsertim cum ea fuerit mens statuti, cum vtatur verbis illis, vt supra per preconem, &c. super quo glos.fin.apposuit duo verba, quæ nihil magis seruire possunt cum dixit,& sic eo modo tollitur interdictio administrationis, prout facta fuit, præsertim, quando si aliter diceretur læderetur æquitas, quàm tamen præ oculis habuerunt statuentes in hoc puncto,
10 vt patet in statuto sub † cap. 425. sub ead. Rubr. de interdict. administrationis in illis verbis, vt æqualance procedatur.

Demùm pro ista interpretatione facit,
11 quòd vnum statutum per † aliud declaratur Bero.cons.110.num.17.vol... quòd statutum debet intelligi de habilibus, Abb. in cap.cum à nobis, nu.4. de sent. excom. Ias. in l.fideiussor.§.prætor.num.4. ff.qui satisd. cogan.Marsil.in sing.630. num.1. Asin. in praxi.§.19.cap.1. num.2. Osasc.decis.119. nu. 7. quòd statutum debet recipere interpretatiouem ab æquitate, Crauet.latè cons. 221. in princ. quòd secundum dispositionem iuris communis verbum iusdicentis, ad iurisperitos refertur, à quo iure communi statuta interpretationem recipiunt Alex. cons.50.in fi.vol.1. Dec.cons.308. num.9. Nat.cons.172.num.2.& 14. vol.1. Bursat. cons.12.nu.52. vol.1. Galin. de verb. sign. lib.10.cap.8.num.8. Osasc. decis.56. nu.3. quòd hic est rationabilis sensus per prædicta,atque ideo capiendus, Socin.sen.consil. 31.num.3.& num.seq.volum.1. Rol.à Val. cons.72.num.42. vol.3. & non esset laudabile, quòd in auferenda administratione rei suæ segnius procederetur, quàm in restituẽdo,cum si qua difficultas facienda sit,illa sit facienda in auferendo, non in restituendo, propter infinita iura, quę sic læduntur, de quibus Rol.à Val.in cons.100. num.8. cum multis seq.lib.4.pro hac ratione facit Osasc. decis.169.num.6.& 9.vbi quòd interpretatio statutorum debet fieri laudabiliter etiam impropriando verba,& Roland.in cons.72. num.39.vol.3.vbi quod debent intelligi, vt habeant sanum intellectum, & vt vnico verbo omnia comprehendã, pro euitatione huius absurdi,cuius ratio summè facit ad interpretationem statuti, Bart. cons.50. num.2. vol.1. Alex.cons.83.num.5.vol.2. Conciuis meus Mars. sing.360.nu.3. Rol. d.cons.72. num.41.Osasc.d.decis.169.num.3. cum sic debeat interpretari, vt statuentes non mereantur reprehendi à sapientibus, per text. Ord. in l.saluius Aristo.ff.de legat. præstan. Socin.sen.cons.64.col.penult.vol.1.compater meus Menoch. cons.133. num.6.vol.2. Rol.d.cons.72.nu.43.eo.vol.3. Hippol. Rimin.cons.15.nu. 110. & seq. vol. 1. facit q̃ oĩs interpretatio contraria non solùm meretur reprehendi à sapientibus, sed etiam à vulgaribus, quia vox ipsa ex vtraque parte
12 hanc veritatem ostendit,quia iuris † nomẽ est vox artis æqui, & boni, vt per omnes in Rub.de iustit. & iur. & sic significat arte dicere: Veni multo enixius,idem ostẽdit,quia dicere propriè ad artem ipsam refertur secundum Quintilianum libr. 10. nam mihi (inquit) ne dicere quidem dicitur, nisi qui dispositè, copiosè, ornatè dicit, & Clarius attestatur Cic.in Or.cum dixit, nec idem loqui esse, quod dicere, quare nulla ratio suadet, vt verbum hoc ius dicere secundum propriam, veramque significationem referatur ad iudices illos breuioris togæ, qui cum artem non nouerint, ex arte eloqui non posse constat,& hoc in patria mea, vsque in initio studiorum docuit Campana Sancti Petri,quæ continuo clamat, mal dà chi nõ hà, vt dicit Bartol.in l.si vniuersæ. C. de leg. & cum habeamus statutum Mediolani, quod verba statutorum debeant intelligi ad litteram,vt in statuto sub cap.174.in 2.vol.non est vlterius insistendum, quia hic est sensus
13 litteræ, vt supra, & vbi est casus † legis non est euitandum glos. in l. Ancillæ.C.de furt. etiam municipalis Grat.cons.44. lib.2. etiã municipalis Mediolani Plot.in cons.16.circa medium.

Secunda præsumptio doli resultat ex nimia festinantia, & præcipitatione secundũ quam fuit processum ad instantiam V.actoris, postea quàm totus iste processus,& executio fuit secundum iura mihi exhibita in duabus citationibus, seu duobus breuibus saltis; Nam in hoc processu mihi exhibito leguntur solùm duæ citationes, altera facta de mane pro cõparendo disero in cuius termino fuerunt productæ litteræ Excellentissimi

simi Senat. facta petitio producta, aut exhibita capitula, electus Notarius, qui postea examinauit, cum tamen ex eo unico actu ꝑ monstro uideatur si uelimus elicere obligationem illam, seu quasi, quæ resultat ex con
14 testatione, † uel quasi, & ex ea obligationē, seu quasi ad contumaciam respectu aliorum actorum pro illis sustinendis, ne dicantur facti sine citatione: quia sicut nō potest filius nasci cum matre, nec effectus cum causa: ita non potest oriri obligatio, & mora, sine qua non datur contumacia, nec suppletur defectus iam allegatus vno eodemque tempore. Altera citatio fuit ad videndum fieri publicationem, & vt mihi supponitur, sine alia processum fuit ad interdictum, & ad proclama; Hæc præsumptio quo ad factum satis se ostentat. Quo verò ad iuris dispositionem probatur, quia ex nimia di-
15 ligentia † arguitur dolus. l. si quis sub conditione. ff. de cond. inst. Natt. cons. 436. iste Marcellus num. 41. & optimè facit Crau. in cons. 39. num. 5. & multum vrget pro consequentia, quod cum esset necessaria citatio
16 † ad videndum fieri illud interdictum. l. de vno quoque. ff. de iud. fuit omissa, vt supra. Nam in fortioribus terminis ex omissione
17 solemnitatis † dolum colligimus, vt inquit Bal. de Cur. inter cons. Zilet. consil. 123. nu. 4. vol. 2.

Tertia præsumptio resultat ex negligentia, secundum quàm processum fuit ad perquirendam ueritatem ad fauorē C. & licet ipse curauerit facere sibi incumbētia, & obtulerit, fuit obauditus, ut in comparitione facta in termino secundę, & ultimę citationis, in qua negauit constare de asserta delegatione, & copiam petijt, & bene, quia delegatio non præsumitur, & DD. ideo dicūt
18 eam † inseri debere in prima citatione ex Innocent. in cap. 1. de dilat. ut per Crau. in cons. 266. num. 3. & Ang. consil. 8. & licet Dec. cons. 18. nu. 156. Menoch. cons. 100. num. 77. & Cœph. cons. 304. nu. 89. & seq. remittere uideantur hanc necessitatem: tamen nullus dicit, quòd non debeat dari parti petenti. Imò id affirmat D. meus Raudēs. cons. 21. num. 132. & non potest negari editio etiā contumaci redeunti Dec. latè in l. is apud quē nu. 15. usq; ad numerum 32. C. de eden. præcipuè ubi nō sit suspitio calūnię, vt aduertit Cast. in d. l. is apud quē. itē opposuit assertas informationes sumptas fuisse eò nō citato, quia prima citatio non potuit inculcare tot effectus, ut supra, & petijt terminū ad contrarias probationes: & iustè, quia iu-
19 dex utrique parti debet statuere † terminum ad probandum, nec ante talem terminum potest deuenire ad aliquam determinationem, Syl. cons. 27. nume. 9. qui loquitur in casu priuilegiatissimo, & l. ęquissimum. de usufruct. & mouetur per text. qui secundum illum benè probat in Clem. sæpe in §. quia petitio, & per glos. ibi de uerb. signif. Et similiter protestatus fuit, & bene, quia uigore talis protestationis probationes suę ha-
20 bentur † pro factis ob denegationem iudicis, quia nil imputari potest producere uolent, Abb. in cap. licet causam. nume. 20. de probat. D. meus Raud. cons. 50. num. 35. & sub num. 66. uol. 1. Hęc pręsumptio est magnæ potentiæ, quia negligentia grauiter punit in iudice, ut in quarto præmisso, & specialiter descendunt DD. ad affirmandam hāc ueritatem contra iudicem negligentem re-
21 cipere † testes, ut dicunt in l. si quando. C. de test. ut not. Barto. & Bald. ibi, & Paris dę Put. in d. tract. in uerbo negligent. cap. 1. nu. 21. accedit Bal. in l. damni. in §. statim. ff. de dam. infect. & in l. in pecuniarijs de fer. per tex. in l. qui comeatus. ff. de re iud. & in l. pręscriptione. C. si contra ius uel ut. pub. ut not. Amad. in d. tract. nu. 71. qui dicit extra dentes, quòd iudex facit litem suam, & tenetur in syndicatu, & hoc firmat etiam Paris de Put. in d. tract. uer. lis sua. cap. 1. nu. 2. ad finem, vbi & ipse clarè loquitur, & in fortioribus terminis, idem Paris. in uer. iudex. c. 2. num. 6. concludit contra iudicem non inqui
22 rentem causam scientiæ: & cum Amad. dicat iudicē teneri in syndicatu, ubi pars probet, quòd eius intererat testes esse examinatos, quasi pro C. locutus esse uidetur, quia sic propriè contigit in hoc casu, ut ex dictis testium examinatorum coram Excell. Senat. apertè patet, & decis. est not. quia supponit hoc casu iudicem teneri de dolo uero, cum dicat, quòd facit litem suam, iuxta not. per DD. in l. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & in §. 1. de oblig. quæ ex quas. del. nasc. & eo fortius procedit accedente protestatione, de qua in fine d. comparitionis, quia dolus pręsu-
23 mitur † in eo cui fuit protestatum Corn. cons. 205. lit. B, & D. lib. 2. Nam dolus præsu

mitur

mit in eo,qui cōtra æquitatē sciēter aliquid
facit, tex.est in l.æquitatē. ff.de dol. except.
Quarta præsumptio ex his duobus,simul
iunctis resultat, quia iudex iniquè processit
magis fauendo vni quàm alteri parti.
Quinta præsumptio resultat ex tenore se
cundæ citationis, in qua minus verè fuit di-
ctū ad videndum fieri publicationem ad ef-
fectum transmittendi ad Sen. Excell. vt ab
effectu constitit, quia ex abrupto fuit præci-
pitatum præceptum interdictionis bonorū,
& proclama. Hæc præsumptio est grauis,
quia includit circonuentionem, & arguit
24 dolum, quia constituit dissimulationē † ani-
mi ad præsentia facienda, & demonstrat fu
tura non facienda Barb.consilio 3.præmisso
themate num.6. rursus arguit dolum, quia
25 est cautela † insolita, iuxta orig. doctrinam
Bal.in l.testamentum. nu. 3. vers. quandoq;
tamen.C.de testam. quam sequitur Conci-
uis meus Grat. cons. 53. num.10. vol.1. &
communiter commendant omnes.
Sexta præsumptio, quia si toto processu,
& testibus perlectis res ipsa examinetur ap-
parebit non fuisse satisfactum legi præscri-
ptæ in literis Excellentissimi Senatus, qui
non simpliciter concessit eam facultatem,
sed tribus concurrentibus. Primò,quod con-
staret. C.non benè de mente sibi constare.
Secundò, & cum male vti substantia sua.
Tertiò,& ex narratis damnum supplicanti-
bus, & fideicōmisso inferri, quæ tamen non
interueniebant, vt in facto, & experientia
comprobatum est ex Excell.Senat. ordina-
tione.Sed quia D. Iudex excessit in multis,
antequam perpendam efficaciam huius præ
sumptionis secundum terminos iuris, plures
ex ordine, collatis literis Excell. Senat. cum
gestis ab ipso iudice placet cumulare,vt hęc
nō vna,sed multiplex præsumptio appareat,
adeo ut hæc sponsa veniat bene parata ad
nuptias in oculis Illustrissimi, & integerri-
mi D.mei Visitatoris.
Cum ergo rescripti Senatus Excellentis-
mi plura fuerint supposita superius relata,&
sine illis ad præcitatum proclama deuenire
non posset, Dñs Iudex,quia dispositum non
26 habet locum, vbi non † verificatur præsup-
positū,secundū gl.in l. mancipia. C.de seru.
fugit.quā dicit singularem Rom. sing.495.
Fel.in c.nonnulli. nu.34. de rescript. Socin.
cons.55.nu.4.li.1.Dec.cōs.51.nu.6.& 340.
nu.3.Natt.cons.32.nu.4. Tiraq. de retract.
par.1.§.8.gl.7.Franc.Bec.cons.62. nu.5. &
in his terminis syndicatus Barnab. Cornaz.
decis.117.nu.12. Tot parantur præsumptio
nes contra iudicē ad arguendū dolum,quot
sunt supposita ipsa, quia mandatū Principis
27 est lex,& species constitutionis † vt not.om
nes in l.& si contra.C.de nupt.& tradit Pa-
ris.de Put.in d.tract.in vers. mandauit Rex.
nu.1.& seq.& nō potest dolo carere, qui im
perio magistratus non obtemperat. l. non
potest dolo.ff.de reg.iur.quem tex.in his ter
minis syndicatus adducit Guido Foianus in
cōs.suo de syndicatu.nu.23.cui addo Alex.
in l.vbi,in princ. ff. de eden. & Io. Andr.in
reg.scienti.nu.2.de reg.iur.in 6.& multo mi
nus potest carere dolo,qui nō obtēperat Im
28 perio † Senatus,qui vices gerit Principis,vt
de Senatu Mediol.attestatur Menoch. de ar
bitr.iud.casu 68.& Plot. in l.si quando. nu.
156.C.vnde vi, quod & ea ratione ꝓbatur,
quia Principi obediendū est,vt per Iodoc.in
praxi.c.82.num.100.& 120.& pari ratione
29 Senatui,& dolus in eo præsumitur† qui scit
se ad aliquid faciendum teneri,& non facit,
vt sup.& exēplificat Crau.in cons.115.nu.2.
Quartò loco nō obseruauit verba rescri-
pti dicunt enim eidē inhibeatis,& nō solum
ei inhibitū fuit, sed eius procuratori iā con-
stitutio,& oībus alijs, si qui forent, & tñ re-
scripta delegatoria sunt stricti iuris, & stri-
30 ctè obseruāda,& nō extendenda ad res † vel
personas nō expressas.c.cū dilecta.c.ad hęc.
c.sedes.c fin.ext.de rescrip Multa pro orna-
ta huius dicti cumulauit Franc. Bec.in cons.
21.nu.14. cum multis seqq. vbi loquitur in
terminis interpretationis rescripti, & remo-
uet omnia contraria,quæ adduci possent.
Quintò rescriptū dicit supplicantibus nō
vocatis, & D. Iudex dixit, nisi facta fuerint
cū interuentu ipsorū iugaliū,aut saltem eis,
vel altero eorum vocatis,& audita eorū rñ-
sione,& secuta super præmissis iudicis decla
ratione,quę verba cōtinent excessum, quia
cū literę nō grauarent,nisi in vocando, Dñs
Iudex grauauit C. necessitate futuri proces-
sus,in tantum,vt cum in primo casu suffice-
ret contumacia vocatorum, in secundo casu
addita fuit necessitas processus, & declara-
tionis iudicis præsertim cū omnia sint con-
cepta per ablatiua absoluta importantia
conditionem, & consequenter formam.

31 † Nauar. conf. 13. Petrus nu. 4. de sponsal. lib. 4.

Septima, & vltima præsumptio, vt redeā vnde discessi, hoc circulo veritatis à bono in bonum reuoluto, resultat ex malis effectibus secutis ex huiusmodi indebitis festinationi-
32 bus: Nam ex malo effectu † voluntas mala præsumitur, vt ait Bal. in l. 1. circa fin. ff. si omissa causa testamenti, & hinc ideo ex malo effectu dolum præsumi asseruit Crauet. in cons. 282. num. 8.

Hos ergo effectus ex ordine prosequi oportet, & ordo in eo consistet, quia omnes effectus subordinabuntur, vt vnus ab alio cōsecutiuè dependeat.

Primus igitur effectus fuit iniustitiæ, vt-
33 supra in principio dixi, & hic continet † expressam præsumptionem doli, Crauet. in cōsil. 18. num. 14. Rimin. in l. 1. num. 85. vers. nam contra iudicem. ff. quod quisque iuris.

Secundus effectus fuit iniuriæ, quæ continetur cum ipso actu vt supra in princip. nō enim inuenio, quòd authoritas iudicis fa-
34 ciat, quòd iudex de iniurijs † non teneatur; Imò non solùm inuenio, quòd iudex incurrit crimen iniuriarum, & eo tenetur. d. l. nec magistratibus. ff. de iniur. si modo dolus non obsit Paris. de Put. in tractat. de syndicat. in verbo executio sententiarum. cap. 1. sub nu. 2. & melius in verbo lis sua. nu. 3. & in verbo captura. num. 1. cum seq. quæ ratio doli non continet aliquam rationem specialitatis pro iudice, quia generale, vt nemo tenea-
35 tur de iniuria, nisi qui dolo malo eam † intulit Bal. cons. 444. nu. 4. lib. 4. Alex. consil. 209. num. 14. lib. 6.

Sed redeundo ad primū dictū illud exēplificari posse cōstat in multis casib. nā Paul. de Castr. in l. contumacia de re iud. dixit, quod iudex non debet cogere partem ad comparēdum per capturam personæ, nisi ex causa, & allegat tex. in fin. ff. de procur. & quod aliter te-
36 netur † iniuriarum, pro quo facit text. in l. si vero in §. qui propter. ff. qui satisd. cog. vbi Bart. & Ang. not. quod tenentes in carceribus volentes cauere tenentur iniuriarū, & multa alia ad propositum ponit Paris. in d. tract. in verbo captura. num. 4.

Sed & inuenio, quod nulla differentia reperi-
37 tur inter iudicem procedentē de facto, † seu iniustitiā facientem, & priuatā personam.

Hoc suadet in primis, quod quāuis dicatur, quòd captura nulliter concessa ex bono iu-
38 re † confirmari debet DD. in l. si finita. ff. de dam. inf. in l. à Diuo pio in §. in venditione. ff. de re iud. Paul. de Castr. Dec. Crau. & Alex. quos sequitur Sebast. Vant. de nullit. in fi. tract. nu. 131. Frāc. Marc. Bursat. Ruin. Franc. Crem. Rimin. sen. quos refert Borgn. Caualc. decis. 1. nu. 49. in 1. par. Hotoman. Ant. de san. Rol. à Val. quos adducit, idem Borgn. decis. 3. nu. 11. ea. par. 1. Lancell. Corad. Gozad. Curt. iun. Bal. Franc. Luc. quos allegat Io. Bapt. Asin. in pract. §. 31. c. 6. nu. 1. & 2. tamen hoc non est verum, quādo ex parte iudicis, seu executoris, seu familiæ fit iniustitia, vtpote quia debitor fuerit extractus è domo, vel fuerit captus tempore, quo capi non poterat; quia nihil opponi potest, quominus debitor sua libertate spoliatus restituatur, vt tradit post Bar. Pet. de Anchar. Lud. Rom. Specul. Alex. Bal. & Felyn. Io. Franc. Rip. in l. naturaliter in §. nihil commune. versic. 17. extenditur. num. 56. ff. de acquir. possess. & post Bal. Crot. Rimin. & conciuem, & collegam meum, dùm viueret Ferrant. Gargiar. tradit Caualc. decis. 3. in fin. ea par. prima. Hāc veritatem expressè probat Bart. in disput. sua, quæ incipit Lapus, sub num. 18. vbi inducit octo text. qui optimè seruiunt, & vltra Bart. considero, quod text. fundamentalis præcitatæ conclusionis, quæ assistit confirmationi capturæ est tex. in l. si. in §. vlt. in fi. ff. quod met. caus. atque ideo sicut ille tex. loquitur de executione facta iudicis auctoritate, non omnino de facto procedentis, ita intelligimus DD. loquentes pro confirmatione tenutæ, vel capturæ, iuxta Theor. Bart. in l. non solum in §. si liberationis. ff. de liber. leg.

Hoc & secundo suadent oēs illæ leges, quæ puniunt violentias, & præsertim illæ, quæ puniunt voraginem, malitiam, & auaritiam creditorum, & succurrunt debitori-
39 bus, ne à propria † auctoritate creditorum vexentur, vt est tex. in l. extat. ff. quod met. caus. & in l. creditores. ff. ad leg. Iul. de vi priu. & est præcisa decisio Ang. in l. à Diuo pio in §. in venditione. nu. 3. ff. de re iud. vbi adducit text. in d. l. extat cui addo Dec. in Rub. C. de edict. Diu. Adr. toll. num. 35. vbi hæc vera esse dicit etiam interueniente facto iudicis, qui processisset iuris ordine non seruato.

De-

Demũ, & tertiò sic limitatur regula, quæ habet, quòd iudici non licet resistere, quam
40 † firmat Felyn. in c. si quando in princip. de offic. deleg. vt non procedat in iudice procedente de facto. Hyppol. Conciuis meus in l. 1. num. 15. de quæst. Dec. cons. 151. nu. 6. Thom. Grammat. inter cons. crimin. consil. 51. nu. 1. Hyppol. Rimin. in l. vt in vim. nu. 271. ff. de iust. & iur. alia cumulat Cæs. Contard. ad l. vnicam. C. si de moment. possess. fuer. appell. in 9. quæstione, per totam illam quæst. num. præcipuè fin.

Imò si benè uolumus considerare, aucto-
41 ritas iudicis, seu quæsitus ille color † non solùm nõ excusat, sed grauius accusat, quia augentur circumstantiæ aggrauantes, quas ex ordine placet referre.

Primò ratione causæ, quia causa desumitur à clipeo iustitiæ, & iniustitia laruata in conspectu hominum offertur, & quod iste
42 quæsitus color delictum † aggrauet, in primis probat tex. in l. aut facta in §. causa. ff. de pœn. & multa cumulat Tusch. in ver. color quæsitus, nam delinquentis qualitas delictũ grauat. l. presbyteri. C. de episc. & cler. Marcant. Surg. de Neapol. Illustr. cap. 17. in prin. vbi agit de delict. iudicum.

Secundò ratione personæ eius qui fecit, quia magistratus grauius delinquit, vt sup.

Tertiò ratione personæ in quam offensa cecidit, quia in C. hæc contigere suorũ ministerio, qui absque tali auctoritate talia nõ fuissent ausi d. l. aut facta. §. persona.

Quartò ratione loci particularis, videlicet Tribunalis Anch. cons. 225. in 1. dub. nu. 2. alia multa allegat Bertaz. cons. 178. num. 21. lib. 1. crim. nec nõ ẽt ratione loci generalis, imò locorum generalium, & magis cõmunium, quia huiusmodi proclama fuit applicitum, & appensum ad omnia Carubia Ciuitatis Mediolani, imò, & ad propriã ipsius. C. domum. dicta l. aut facta. §. locus.

Quintò ratione temporis, quia hæc contigere in personam senem, & tempore, quo ipse fęlicius poterat incũbere negotijs suis, dùm filias nuptui collocasset, & sui iuris, vt ita dicam penitus constitutus videretur, d. l. aut facta §. tempus.

Sextò ratione qualitatis, quia manifestior iniuria, nec grauior fieri poterat socero mercatori, & seni, quàm ei obijcere dementiã, & prodigalitatem d. l. aut facta. §. qualitas.

Septimò ratione quantitatis, quia huiusmodi iniuriæ non habuerunt finem multiplicatione, posteaquam vbique circumferebantur, adeo ut Sen. Excellentiss. in eum venerit sensum, vt rumor iste cõtrarijs proclamationibus, & cridis tolleretur, prout factũ fuit d. l. aut facta. §. quantitas.

Octauò ratione finis vexationis. l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam. ff. de iniur. Soc. cons. 118. num. 3. lib. 1. vbi allegat Bertaz. cons. 178. nu. 22. eodem lib.

Decimò ratione particulari huius patrię Mediolanensis, quæ primatum retinet, &
43 principatum † ratione mercaturæ inter omnes alias Ciuitates, quæ portum non habent, in qua ideo crebriores irrisiones fuerunt, sicut crebriores, & maiores sunt concursus mercatorum. d. l. aut facta §. euenire.

Vndecimò ratione diuturnitatis temporis, quo alligatus mansit infęlicissimus iste in his inuolucris, & impedimentis, adeo ut cum sibi flenda sint damna rerum, magis flenda videantur damna dierum, nam non est dubium, quòd hoc medio via celerrima paratur ad mortem, vt infra dicetur.

Tertius effectus fuit damni rerum, & temporis; Rerum quidem.

Primò, quia licet interdictio facta alicui tanquam prodigo, qui in veritate non est,
44 nõ † valeat Iodoc. Pan. in tract. de tut. & curat. cap. 8. nu. 24. cum mercatores sint prouidi, vt dicit Petr. Santer. de assecur. & sponsion. mercat. par. 3. num. 17. sibi cauendum existimarunt à consortio cum d. C. & proinde cessarunt lucra, quæ vt plurimum dependent à fide promissorum Petr. Pecch. de iur. sisten. cap. 18. num. 3.

Secundò, quia cum ipse C. esset irretitus inuolucris cambiorum creuerũt interusuria decursa in immensum literarum, quæ rediertũt cum protestu, quia cãbij literas non ad-
45 implens soluendo pecunias cambiatas † tenetur ad interesse Rot. Gen. decis. 1. nu. 42. cum simil. Quod maximè attendendũ, quia talis effectus est effectus dissimulationis præsentium, & imminẽtium necessitatum, cum denunciatione futurorum, ex quo doli præsumptio resultat, vt supra Bombin. consil. 3. præmisso Themate num. 6.

Tertiò, quia hi qui sibi tenebantur soluere, recusarunt sub prætextu proclamatis,

& interdictionis, & nomina effecta fuerunt non bona de facto, ita vt inanes remaneant actiones. C. quas debitorum suorum paupertas excludit.

Dierum verò, quia inter tria media, quibus vita nostra conseruatur, & diutius pro-
46 ducitur, quæ sunt † sobrietas victus, continentia carnis, & lætitia cordis, præripuerunt potissimum medium, scilicet lætitiæ, & cum paupertas nihil durius contineat in
47 se, quàm † quòd homines ridiculos facit, vltra risum, & irrisiones additæ sunt, vt non durior, sed durissima effecta fuerit conditio, & iam infoelix senex pedem in fouea habens iustissimè damna, & rerum, & dierum plorare, & flere debeat, iuxta illud poetæ.

Damna fleo rerum, mage, sed fleo damna dierũ.
Rebus quis poterit succurrere, nemo diebus,

Sed cum verissima sit traditio poetæ, quia rebus poterit succurri, & succurrẽdum
48 erit per refectionem damnorũ, iuxta † congesta per Gomez. de action. in princ. nu. 84. & Bertaz. conf. 278. in fi. libro 1. Imò superaddetur lucrum, quia sicut fideicommissum sic abolitum remanet: respectu vitæ ex signo diuinæ voluntatis, quam inquirit ex gratia superstitis vitæ nestoreos sperat superaditos annos.

Et cum dolus præsumatur in non seruante solemnia, vt dixi ex Rol. de Curt. inter
49 † conf. crim. Zilet. conf. 123. nu. 4. vol. 2. possem hoc loco ex minus solemni modo procedendi plures præsumptiones doli in examen reuocare.

Primò, q̃a nõ vidi in hoc processu legiti-
50 mã veniæ petitionem, quæ necessaria † est ex quo cæptum fuit nomine filiarum.

Secundò, quia licet in primis persona sit legitimanda. l. si quæramus. ff. de test. etiam
51 in iudicijs summarijs Bart. & Alex. in l. 2. ff. de edict. Diu. Adr. tollen. & non possit ante in iudicio procedi, & si procedatur non valeat, quod agitur. l. non ignorat. C. qui accus. non poss. vt in terminis syndicatus attestatur Syl. conf. 94. nu. 1. etiam ex æquitate, ne contingat, quòd quis superfluis expensis, & laboribus vexetur; Tamen non video, q̃ l. & A. ad quarum nomen cæptum fuit, affirmauerint eorum voluntatis fuisse, vt procederetur contra. C. & tamen actus indistinctè debent fieri parte instãte, alioquin
52 non valent, vt dicit Ang. in conf. 287. col. 2. vbi ait, quod iudex debet esse cautus, vt in actis redigi faciat ad cuius instantiam actus iudicialis geritur, & sequitur Syluan. consil. 94. nu. 3. & licet interposita fuerit persona V. mariti; tamen illa interposita fuit, & supponitur post scriptas informationes, & in omnem casum, qualitas mariti eam non tri-
53 buit facultatem agendi in his grauibus, † & ita intelligit tex. in l. maritus. C. de procur. vt declarat Rom. in l. non solùm sub nu. 6. ff. sol. matr.

Tertiò, non vidi aliquam litis contestationem veram, vel fictam præcedere assertas informationes, & tamen litis contesta-
54 tio est lapis angularis iudicij, † vt fuit orig. dictum Bal. in l. fin. in §. illud. C. de temp. appell. de quo Dec. in conf. 302. num. 2. & Ias. in conf. 31. num. 2. vol. 1. vbi inquit, quòd acta ante contestationem litis non dicuntur de processu, & sentit etiam Socin. sen. conf. 47. num. 1. vol. 4. quod valde facit, vt omnia dicãtur processisse sine processu, & optimè stringit tex. in cap. 2. cum ibi not. vt lit. non contest.

Quartò non vidi aliquem terminum statutum, & tamen, vt dixi ex Syluan. in dicto consil. 27. num. 9. iudex non potest ante terminum præfixum deuenire ad aliquam determinationem, quod maximè dicendũ venit in hoc casu, in quo terminus fuit petitus.

Quintò, non vidi aliquam citationem ad videndum fieri ordinationem, & tamen citari debebat. C. de cuius præiudicio agebatur, scilicet de auferenda sibi administratio-
55 ne suorum † bonorum. l. obseruare. C. de iureiur. l. si deserta. C. si propt. pub. pen. DD. in l. is cui bonis, vbi Ang. Barb. & Aret. de verb. oblig. & est communis opin. Vt nuncupatim hos secutus attẽstatur Bertrand. conf. 22. olim fuit numero 2. p. 1. volumine tertio.

Sextò, vidi, quòd enunciatur vt fatuus, & tamen non video eum vnquam citatum vt talem, vel ergo talis, & malè, vel non talis ergo, & pessimè, & hoc verius.

Præterea cũ dolus arguatur ratione per-
56 sonarum † possem ex hoc in iteratum examen multiplicare præsumptiones.

Primò enim contra personam V. agentis ex malis modis, & continuis litibus, & impedimentis contra C. illatis non medio-
cri-

criter moueret quia peractus subsequentes colligimus intentionem & voluntatem praecedentem † fuisse conformem
57 Anchar.cons.251.nu.3.Dec.in l.quamdiu num.24 in 2. lect. C. qui admitt. Alciat. de praesumpt. reg. 2. praesumpt. 26. Rom. cons.291. nu. 1 etiam post contract. Dec. cons.490. num.9. Paris. cons. 8. num. 21. lib.1. Socin.iun. Affl. & Cagnol. & alij quos reffert, & sequitur Personal. cons.28. num.25.

Secundò. Ex singularitate, & alijs qualitatibus aliquorum testium vt supra relatis multum † dubitans cum Bal. in l.iusiu-
58 randi num.4. C. de test. & D. meo Raud.

Tertiò. Demũ ex amicitia Iudicis magna, nam procurator partis aduersae cuius
59 ipse Iudex discipulus † mihi supponitur, dubitan. cum vate Ferrariensi cum dixit.

Estimai, che oue è scritto oue s'intenda d'honorata amicitia il caro nome. Quel che meno per se parrebbe honesto Acquisti d'honestà quasi sembianti.

Hoc si mihi in dubium reuocaretur, durius insisterem, cur ergo fortè per sordos? Nam dolus non solet committi sine
60 proposito † lucri, vt dicit Corn. cons. 63. col.7. vol.3.

Caeterum quia, vt dicebat Alexander
61 ille magnus, Aquila non † capit muscas, nolle abusi benignitate Illustriss. D. mei Visitatoris: & hactenus mea firmasse sufficiat.

Reliquum est modo vt partis obiecta tollantur.

ODIPI PAR. VII.

ARGVMENTVM.

Arbitria iudicum in fide adhibenda probationibus nouè & subtiliter restringuntur.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium iudicis in credendo testibus, vel non quale.*

2 *Tria consideranda in testibus verba numerus & ratio.*

3 *Probatio qua non concludit non releuat.*

4 *Probatio quando requiritur per modum conditionis qualis esse debeat.*

5 *Regula generales contemnenda vti est decisioni speciei.*

PRimò igitur non obstat primum quia arbitrium quod tribuit iudici non versatur circa dicta testium alias omnis fides
1 † in Iudicem reponeret, sed circa personas, & ita loquitur, & intelligit tex. in l. 3. in §. 1. ff. de testam. vbi dicit quãta fides sit adhibẽda testibus Iudex magis scire potest, non dicit Testimonijs, vnde non potest Iudex arbitrari adhibendam esse fidem in his in quibus defficit testimonium, vel
2 tamen respectu † verborum, vel numeri, vel rationis quia haec est determinata à lege, de primis duobus est tex. vulg. l. vbi numerus ff. eod. in suis concord. de tertio est tex. in l. solum C. de test. in fi.

Secundò, quia regula communis est,
3 quod probatio, quae non † concludit non releuat cap. in praesentia de prob. l. multis vbi Bal. 1. de lib. in l. neq; natales l. ad probationem C de probat. l. non hoc C. vnde cog. & non video rationem quare à dicta regula recedi oporteat vel possit.

Tertiò & haec magis vera sunt quia verba rescripti Senatus sunt concepta condi-
4 tionaliter, ibi, mandamus † vobis, vt de expositis informationes assumatis, & vbi ex eis cognoscatis &c. quo casu durior probatio requiritur ex parte probare volentis vino. tradit Bar. in l. lucius ff de cond. & demonstr. in l. ait praetor in § si Iudex in princ. ff. de re iud. Bal. in l. ex sententia ad fi. C. de sent. quae sin rer. quant. & Alex. in l. Imperator ff de leg. 1. vbi quod quando probatio per modum conditionis requiritur non sufficit praesumptiua, sed requiritur vera, & haec ratio est grauis subiecta materia illam non impugnat ex quo verè, & directè probari potest dissipatio bonorum, & abusus propriae substantiae & multa alia narrata in precibus, & non potest dici, quod conditio positam rescripto sit necessaria, quia vel sola prodigalitas erat insufficiens ad concedendum, vt inhiberetur, vt per omnes in l. is cui bonis ff. de verb. oblig. & tamen plura requirent litterae vltra iuris rigorem, & credo hoc factum particulariter desuper irradianti diuino lumine ne grauius ageretur cum C. arg. tex. in c. valentin. nu. 63. dist.

Non obstat secũdum obiectum de consuetudine quia supra ostẽsum latè superq; dolum non fuisse, & quidem verum & nõ praesumptũ, vnde sequitur quod is debe-

5 ret puniri non solum de iure, † sed etiam de consuetudine, & id non probatum fuerit specialibus, & indiuiduis rationibus secundum status causæ, frustrà à generalibus regulis præsidia petuntur, vt latè probaui in tract. de modo iudicandi.

Iam videt vnusquisq; quid potuerit dissensus meus ab extrinseco motu iustissimæ iussionis Illustriss. Visitatoris inconsensum redactus vtsupra par. 5. num. 2. & vti breui omnia repetam arbitror (nimè proprius fallit amor) tria attigisse & primo veritatem iustitiæ clientis sufficienter adiuuasse etiam contra Iudicem ex deductis contra eum quæ si in summam redigantur duo constituunt capita.

Primò enim ostendi fundatam esse intentionem clientis mei ex simplici iniustitia manifesta & patenti vtsupra eadem par. 5. num. 1.

Secundò ostendi quòd vbi veniret probandus dolus, retenta differentia inter dolum verum, & dolum præsumptum ex trad. Bar. Alex. & Laur. de pin. quos secutus sum eadem p. 5. num. 3. dolus verus ipsius Iudicis abundè resultat probatus ex qualitate Iudicis, qui non poterat si ingerire vtsupra p. 6. num. 6. vsq; ad numerum 15. pro quibus faciunt quæ dixi in tract. de perfecto Iudice c. 3. nu 34. & c. 8. nu. 4. cum seq. ex nimia festinantia, & præcipitatione ad fauorem partis aduersæ, vt p. 6. nu. 14. vsq; ad nu. 17. iunctis alijs adductis in tractatu de modo iudicandi c. 6. per tot. illud caput: Ex negligentia perquirendæ veritatis. & recipiendi defensiones oblatas vtsupra ead. p. 6. nu. 18. & seq. quibus iungi possunt quæ dixi ead. p. 5. num. 9. & seq. & in eod. tract. de perfecto iudice c. 4. nu. 25. ex claudicatione quia iudex non se cõtinuo in medio, vtsupra ead. par. nu. 24. & seq. cõtra & quæ scripsi in tract. de perfecto iudice cap. 6. nu. 105. vbi late ex lectura rescripti Sen. ex quia non obstante quod non appareret quòd C. non bene sibi de mente cõstaret, male substantia sua vteretur & damnum fideicommisso inferret (quod tollit omnes fugas, quattæ à iure cum pari posse viderentur) ad assertum interdictum & proclama processu, vtsup. ead. p. nu. 25. cum seq. ex malis effectibus scilicet euidentis iniustitiæ atrocis in u ge ratione causæ, personæ à qua, in quam, loci particularis temporis, qualitatis, quantitatis, finis, patriæ diuturnitatis, necnon ea ingentium damnorum verum propter impedimenta negotiorum interesse cambiorũ ea defficientia nomina debitorum, & vitæ vtsupra ead. par. 6. num. 32. vsq; ad nu. 49. ex ommissa solemnitate veniæ, legitimationis personarum, contestationis litis, præfixionis termini vtsupra ead. p. 6. nu. 49. cũ seq. ex qualitate iudicis testium & agentis vtsupra ead. par. num. 56. cum seq. & demum ex contrarijs sublatis vtsupra p. 7. per tot.

Secundò arbitror aperuisse viã ad præripiendas fugas Iudicum se excusantium ab iniustitijs suis sub vulgatis illis præsidijs de quibus supra p. 5. vers. placuit potentissimo Regi nu. 3. & 4. seu potius apertam ex rationibus iuridicis per me adductis explanasse, adeout futurum sit iuncto felici exitu complemẽti iustitiæ, quem expecto, vt huiusmodi pſidia, sicut sunt communia, & vulgaria & possunt notari tanquam foues ad decipien. posteaquam omnes qui scribunt in materia Sindicatus pro Iudicibus, vel cõtra Iudices illas perpendunt & in examen reuocant, vt patet ex his, quæ scripsere Syluan. Bursat. Menoch. Petrus esinq. Cassan. Franciscus Pauinus Vtu. Euer. Gall. Lan. Decian. Alba. Didac. Reg. Bal. Ancar. Imol. Cuman. Grammat. Crau. cons. Port. Ioseph. Lud. Leon. Hier. Zuchar. Bettazz. Mascard. Franc. Marc. Rim. iun. & Dec. quos omnes quia allegat. d. meus vir summæ eruditionis religionis, ac nobilitatis Alexan. Rauden, in suis famosissimis Consilijs in hac materia cons. 49. & 50. simpliciter solum, vt quid alienũ in honorem tanti viri & eius coronæ Pauli Ii C. celeberrimi, & filij dignissimi simpliciter indicasse sufficiat.

Tertiò Arbitror quòd Illustriss. D. meus D. Philippus de Haro in his veluti in Speculo facili negocio cognoscere possit, q̃ non obstante motu extrinseco iustissimæ iussionis suæ vtsupra voluntas mea splendidissimo luminæ eius veræ nobilitatis summa cum virtute coniunctæ illustrata liberos motus amoris humilitatis obedientiæ, fidei, diligentiæ, & reuerentiæ edidit, sic vt verè ex metu suæ iussionis mereri possim aduersus zoilos vtsupra, & ex

assensum

assensu meo non minus reamari mærear, & inter benemeritos seruos connumerati aesi absq; extrinseco motu simplici nutui Illustriss. viri obtéperassem quia tenuere necesse fuit, & non est culpabile quod necessitas infert, & motus ab extrinseco non dicitur violentus quando passum confert, vt in sphæra cœlesti, quæ esse moueatur ab extrinseca causa non dicitur moueri motu violento secundum Philosophum in 8. Phys. & in 2. Ethic. & possumus exemplificare in edicto D. Martij, quod ideo limitatur concurrente consensu, vel pacto creditoris, quod facit ad intellectum tex. l. extat ff. met. causa. & l. creditores ff. ad leg. Iul. de vi priuat. & alijs multis exornari posset, sed quia latissime de hac propositione differuisse in consilio mei Amoris num. 157. his paucis comprobasse sufficiat.

Cæterum sicut per Illustris & summæ eruditus I. C. Maldonatus in eo munere generalis Aduocatus pro Fisco cuncta rimando & reuoluendo multum profuit lucubrationibus meis; ità si quid boni, & laude dignum ad veritatem iustitiæ adiuuandam nō medium proculi post Deum, illi ingenuè acceptum reffero, & iustè, vt omnia reffidant causa, quæ dedita est. Et ex his &c. saluo vt supra p. 4. nu. 147.

LAVS DEO, ET B. V. M.

IO. BAPTISTAE CAVATII

I. C. Bononiensis.

DE INDEMNITATE MVLIERVM CIRCA DOTES PER INCVRIAM, AVT ALITER SOLVTVS.

AD LECTOREM.



Vnt nonnulli apud ſe ipſos ſapientes, & boni, qui volunt præeſſe legibus, & conſtituunt capitoſas æquitates: Horum humilitas ſuperbia, æquitas iniuſtitia, conſcientia ſine ſcientia inſipida, ſcientia ſine conſcientia diabolica, charitas ſui amor, & actio omnis eſt academica. Hos iamdiù in oculo Chriſtianæ Reip. quem mox quaſi accipitrini capitis adapertum, Deo O. M. dante, efferam, humani generis inimicos oſtendi. Hi conſurgent cum maximo faſtu, & cùm propria, noſtris ſpretis, circunſpexerint indumenta, oculos eleuabunt, ſuſpiria emittent, frontem rugabunt, comprimentlabia; & miranda cogitare, ac grandia concipere ingenio ſimulantes, ſcripta improbabunt, & cum robuſtè inter initia eloqui cœperint, deficient imprudenter propter paupertatem ſcientiæ inter puerilia, allegantes, bonam fidem non pati, bis idem exigi, & contra factum proprium neminem audiri debere. Quare te rogatum volo, vt non patiaris hoſce aſcendere montes iudiciariæ dignitatis in præiudicium laborũ meorum, veritatis, & publicæ vtilitatis: ſed eos tantùm audias, qui reſponſiones ad has, & ſimiles obiectiones allatas, & cuncta rimati ſuum caput non ſequantur; ſed leges ſibi preeſſe exiſtiment, & velint: illos namque vt ſuſpectos iuſtè recuſo, & horum iudicio ſcripta mea humiliter ſubijcio.

STATVTI BONON.

De cuius intellectu disputatur Tenor.



T in casibus prædictis dictæ fœminæ, vna, vel plures intelligantur esse dotatæ, siue data sit dos ab aliquo de prędictis, siue in vltima voluntate eisdem, vel eidem relicta fuerit pro ea, seu eis dotandis. Et ipsi mulieri vni, vel pluribus, vel alteri pro ea, seu eis fuerit soluta, & per mulierem, vel eius nomine viro dos data fuerit.

Hoc statuto stante disputatur, an soror dicatur dotata, cuius dotes ea absente, solutæ fuerunt marito: vel saltem, an debeat haberi pro dotata.



DE

DE INDEMNITATE MVLIERVM

Circa dotes imprudenter solutas.

DISPVTATIO I.

ARGVMENTVM.

Clarissimè ostenditur mulierem non dici dotatam, cuius dos marito inopi, vel aliàs imprudenter fuit soluta, & secundum prædicta declarantur omnia statuta fœminas dotatas, propter masculos excludentia.

SVMMARIA.

A

Acceptatio nominis non soluendo continet donationis speciem. num. 3.
Actio ad dotem competit mulieri secundum statuta Bononiæ. num. 224.
Actio de dote non habet locum durante matrimonio. num. 101.
Actio dotis promissæ marito, ipsi non vxori competit. num. 179.
Actio dotis mulieri non conceditur, nisi velit. num. 185.
Actio dotis manet mulieri, quæ per nouationem reum egenum recepit. num. 186.
Actio est loco rei. num. 139.
Actio non quæritur contra iuris prohibitionem. num. 38.
Actio re ipsa minus est. num. 141.
Actus factus de mea voluntate, an dicatur factus de meo mandato. num. 69.
Actus replicatiuus non comprehenditur sub actu simplici in statutis. num. 73.
Adiectiuum, dotata, appositum ad personam mulieris, quid importet num. 102.
Administrator quilibet tenetur reddere rationem administrationis. num. 237.
Administrator, seu negotiorum gestor, qui contrahit cum personis non idoneis, tenetur de suo. num. 236.
Administrator tenetur de neglectis. nu. 238.
Aequalitas in matrimonijs, quomodo dignoscatur. num. 147.
Aequitas fantastica reprobatur. num. 15.
Aequitas non patitur, vt ex imprudenti solutione dotium, sorores paupertate sordescant. num. 222.
Aequitas suadet, vt sic soluatur, quòd accipere possimus, quod nobis debetur. nu. 192.
Aequitatis fundamenta dicuntur probabilia in alijs, in causa dotis necessaria, & quare. num. 174.
Alberti Bruni distinctio in tract. de stat. exclud. fœm. art. 6 prin. in 4. membr. q. 14. diligenter examinatur. num. 117.
Alberti Bruni distinctio prædicta in dubium reuocatur. num. 118.
Amissio soluti non tollit liberationem præcedentem. num. 9.
Amor filiorum, quàm dulcis. nu. 36.
And. de Iser. magni nominis. num. 204.
Annus desinit sciri non potest, nisi prius intelligatur annus incipit. num. 59.
Argumenta validissima in fine reseruanda sunt. num. 177.
Argumentum ab experientia validũ. nu. 260

C

Canetij locus reprobatus. num. 217.
Casus in quibus dos non debet manere apud maritum durante matrimonio. numero 231.
Cautio, vel satisdatio vitiosa pro cautione, vel

vel satisdatione non reputatur. num. 190.
Cessio respectu translationis dominij non habet magis annexam executionem, quam liberatio. num. 84.
Charitas in suos quanta esse debeat. nu. 250.
Charitatis descriptio. num. 249.
Charitatis ordo quis. num. 34.
Conditio statuti ad petendum dotes non solutas mulieri, sed uiro, competit mulieri, etiã si vir diues sit. num. 253.
Confessio dotis constante matrimonio præsumitur animo donandi facta. num. 110.
Confessio dotis facta à marito grauato ære alieno præsumitur facta in fraudem, & creditoribus non præiudicat. num. 113.
Coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mandati hominis. num. 19.
Copula ponitur inter diuersa. num. 52.
Correlatiuorum natura est, vt vnum non sit aliud. num. 54.
Creditor non cogitur accipere creditum cum damno suo. num. 195.
Credulitas nimia nocere debet credulo, non tertio. num. 264.
Culpa culpanti noccee debet. num. 172.
Culpa culpanti solum nocere debet, nu. 263.

D

Damnum consulens ad emendationem damni tenetur. num. 256.
Damnum dedisse dicitur, qui damni causam dedit. num. 255.
Damnum persuadens ad interesse tenetur. numero 257.
Dans per noxa seruum pignoratum, vel in quo habetur vsufructus, non liberatur. numero 197.
Dare, importat dominij translationẽ. nu. 77.
Debitor non potest, quod debet soluere in plures partitas. num. 137.
Debitor soluens, quod auferri potest non liberatur. num. 194.
Destinatio non habetur pro facto. num. 76.
Determinatio plura respiciens determinabilia æqualiter quando determinet. num. 111.
Dictio ipsi, stat demonstratiuè quasi ad oculũ, & non patitur egressum de persona ad personam. num. 270.
Differre debent inter se dans, & accipiens. num. 55.
Discensus præsumitur eius, qui iustam habet causam contradicendi. num. 24.
Disposit. C. ne fid. dot. den. renunciari non potest. num. 129.
Dispositio generalis restringitur ad legitimas personas. num. 70.
Dispositio statuti de dot. soluen. ipsi mulieri, & per mulierem marito summa æquitate innititur, quod eleganti dilemate comprobatur. num. 252.
Disputationis vestimenta, sunt egregia decisiones. num. 178.
Ditari non præsumitur quis intra breue tempus. num. 262.
Dominium promissione nõ transfertur, etiam in dote. num. 80.
Dominus amplius effici non potest Dominus. num. 51.
Donatio iudicatur nominis non idonei acceptatio. num. 191.
Dos constante matrimonio solui debet marito. numero 1.
Dos durante matrimonio debet esse apud virum. num. 6.
Dos debet dari omnino ab ea persona, quam nominat statutum. num. 75.
Dos data marito non acquiritur uxori, sed marito, etiam si detur contemplatione vxoris. num. 79.
Dos data viro in quantitate magis accedit ad promissionem, quam si sit data in re immobili. num. 81.
Dos data in quantitate, in quo differat à dote data in bonis stabilibus pulchro exemplo, & practicabili declaratur, num. 82.
Dos debita filiæ exclusæ propter masculos debetur exempta ab omni onere. num. 125.

Dos

Dos deperdita debetur iterum. num. 153.
Dos & res dotalis, quatenus differant. nu. 42.
Dos filiæ exclusæ propter masculos datur in recompensam exclusionis. num. 126.
Dos filiæ exclusæ statim solui debet ab hæredibus. num. 138.
Dos filiæ exclusæ non potest dari in pecunia. num. 142.
Dos filiæ exclusæ constitui debet in bonis immobilibus hæreditatis. num. 143.
Dos imprudenter soluta iterum solui debere probatur triginta, & tribus decisionibus. nu. 179. & num. seq. vsque ad nu. 217.
Dos non est de substantia matrimonij. numero 225.
Dos non potest solui mulieri pendentibus sponsalibus de futuro, nec post matrimonium ratum, sed solum mulieri nuptæ, & viro copulatæ ex forma statutorũ Bon. & quare egregiè diluitur, & præcisis decisionibus corroboratur. num. 271.
Dos quando reducatur ad non causam. numero 67.
Dos quando possit constitui in pecunia. numero 143. & seq.
Dos quando constitui debeat in corpora. numero 201.
Dos quando restituenda mulieri. num. 223.
Dos quando iterum solui debeat prima dote consumpta. num. 242.
Dos rectè non soluitur diuiti habenti facultates suas sub lite. num. 115.
Dos solui debet de voluntate mulieris. numero 23.
Dos solui non potest marito, qui verisimiliter dirigitur in duriorem fortunam. numero 115.
Dos succedit loco legitimæ. num. 119.
Dos vnde dicatur. num. 43.
Dos vt iterũ solui debeat, prima dote amissa, sufficit culpam mulieris non interuenisse. num. 243.
Dotandi onus transfertur in hæredẽ. nu. 156.
Dotata dicitur mulier cui actio ad dotem competit. num. 39.
Dotata dicitur, quæ dotem recipit, non quæ potest agere ad dotem. num. 214.
Dotata non dicitur mulier de eo, quod ad eam peruenire non potest. num. 241.
Dotem dare, & promittere diuersa sunt. numero 72.
Dotem numeratio non scriptura facit. nu. 40.
Dotes cautè qualiter soluendæ. num. 261.
Dotis amissio est vera infœlicitas mulieris. num. 170.
Dotis causa discutitur secundum æquitatem. num. 175.
Dotis conditio melior non deterior pacto effici potest. num. 188. & seq.
Dotis promissæ retentio est species dilapidationis. num. 93.
Dotis solutio non præiudicat mulieri, nisi solutionem ratificet. num. 180.
Dubitandi ratio veritatis splendorem auget. num. 10.

E

EFfectum non habet, qui nundum nomen habet. num. 41.
Effectus à sua causa restringitur. num. 7.
Electio in alternatiuis non conceditur debitori, quando eo modo poneretur in eius facultate, an deberet. num. 47.
Electio non conceditur debitori, quando alternatiua respicit fauorem creditoris. nu. 48.
Error vnius alteri nocere non debet. numero 173.
Exceptio firmat reg. in casibus non exceptuatis. num. 145.
Experientia est omnium rerum magistra. numero 91.

F

FActum mariti non præiudicat vxori. numero 205.
Factum non attenditur ad consequendum commodum ex facto, sed quid fieri debuit. num. 244.

Factum pro infecto haberi non potest secundum veritatem facti. num. 245.

Factum pro non facto habetur quo ad effectu iuris ob defectum formæ. num. 246.

Fictio non adoptatur ad impossibilia. nu. 57.

Fideiussores pro dote dari non possunt. numero 128.

Filia nupta sine dote potest petere dotes sibi cõstitui. num. 230.

Filiam patri consentire quando oporteat circa dotem. num. 184.

Fratres connumerantur inter extraneos. numero 150.

Fratrum consilia pro sororibus indistinctè leges non approbant. num. 268.

Fundus quando dicatur, vel non dotalis. numero 200.

G

GRammaticæ ratio habenda in interpretandis statutis. num. 65.

H

HAeres adeundo obligatur his ad quæ tenebatur defunctus. num. 158.

Hæres representat personam defuncti. numero 154.

I

IGnorans non obligatur. num. 206.

Impossibilitas iuris vitiat promissionem. numero 203.

Imprudentia mulieris circa dotes suppletur per prudentiam legis. num. 259.

Intellectus l. si mulier ita. §. ex asse. ff. de iur. dot. num. 31.

Intellectus l. si post dotem. ff. sol. matr. nu. 68. num. 66.

Intellectus text. in l. 2. in §. voluntate. ff. sol. matr. num. 25.

Intellectus tex in §. 1. inst. quib. alien. lic. vel no. num. 78.

Intuitus repetiti ad bonum iudicem spectant. num. 11.

Iudicium hominis sequentis suum caput fallitur. numero 13.

Iura iniquam interpretationem refugiunt. numero 63.

Iura magis fauent mulieri, quam viro in dote. num. 32.

Ius naturale tolli non potest. num. 120.

Iustitia alicui non est deneganda. num. 12.

L

LEx Magistratibus non Magistratus legi præesse debet. num. 14.

Lucrum quis non debet consequi ex improbitate tua. num. 96.

M

MAlitijs occurrendum num. 95.

Mandatum hominis, & mandatum à legis dispositione resultans in quo differant. numero 20.

Mandatum vt præsumatur quæ sint habilia. num. 227.

Marito non potest solui, quod debetur vxori. num. 18.

Maritus accipere videtur dotes tamquã procurator vxoris, & illas sibi soluere tamquam marito. num. 3.

Maritus est dominus dotis. num. 2.

Maritus magis nomine proprio, quam vxores agere intelligitur. num. 21.

Maritus quare non includatur in prima traditione dotis, quam requirit stat. Bonon. num. 50.

Masculi adeundo hæreditatem se obligant ad dotandum fœminas, iuxta formam statuti illas excludentis. num. 104.

Masculi non possunt mutare obligationem dotandi fœminas aliter soluendo, quam suadet statutum illas excludens. num. 104.

Mediolanensis Ciuitas laudatur. nu. 219.

Misericordia iniusta, quæ vni parcit, & multos in discrimen ponit. num. 164.

Misericordia iniusta dicitur, quæ fauet dãnum danti contra damnum passum, pulchrè numero 258.

Mo-

Modus donandi cautelosè marito à l. reprobatus. num. 35.
Modus loquendi doctorum in causis claris, qualis fuerit antiquitus. num. 254.
Mora re ipsa contrahitur fauore mulieris minoris, & dotis. num. 234.
Muliebris consilij fragilitas quanta remissiuè. num. 100.
Mulier, an dicatur dotata, quatenus differat ab eo, an debeat iterum dotari, numero 152.
Mulier dicitur consentire in virum quò ad matrimonium, non quò ad dotem. numero 164.
Mulier exclusa à statuto si dotata sit, tenetur acceptare dotem paratam. num. 4.
Mulier exclusa propter masculos experitur ad dotem conditione ex statuto. num. 108.
Mulier indotata non agit ad dotem si sit nupta. numero 51.
Mulier minor tacitè dotem promisisse dici nō potest. num. 26.
Mulier marito inuito agit ad dotes. nu. 233.
Mulier non potest facere deteriorem conditionem dotium suarum. num. 37.
Mulier non tenetur acceptare actionem ad dotes inanem. num. 228.
Mulier non dicitur dotata respectu sui per dotes solutas marito. num. 229.
Mulier præsumitur facilè decipi. num. 99.
Mulier potest duas dotes ex diuerso iure consequi. num. 151.
Mulier quæ non fuit in causa amisionis dotium, nullum damnum pati debet. numero 169.
Mulier quandoque iudicatur dotata quò ad virum, non quò ad se. num. 207. & seq.
Mulier sine dote infœlix. num. 232.
Mulierem non esse dotatam intelligimus arguendo à statutis à contrario sensu. numero 107.
Mulieres laborant contra propria commoda. numero 98.
Mulieri non est quid imputetur, si in danda dote mariti conditionem non explorauit. num. 163.
Mulierum genus auarissimum. num. 166.

N

Nomen consequi quod exigi non potest, nil prodest. num 187.
Nomen debitoris recusari eo tempore quo exigi non potest æquitate permittitur. numero 29.
Notarij verba non probant, quæ tempore instrumenti interuenire non poterant. numero 112.

O

Obiecta quando confutanda, & quo loco. num. 220.
Oblatio facta de re, quæ potest euinci, non releuat; id quod exemplificatur. numero 122. & seq.
Obligatio legalis, in quo differat ab obligatione hominis in dote danda. num. 159.
Onus dotandi patrimonium respicit. numero 155.

P

Pactum implicandi continet grauamen. num. 127.
Pactum quod dos quæ datur filiæ exclusæ à statuto debeat implicari est illegitimum. num. 124.
Participium dotata, importat factum esse, & factum durare. num 160.
Pater non potest facere deteriorem conditionē filiæ in dote. num. 181.
Pater non potest aliter, quàm ex voluntate filiæ petere dotem. num. 182.
Pater tenetur dotare filiam conditione ex statuto. num. 157.
Patrimonio inest, quod est in obligatione. numero 140.
Paupertas mariti comprobat imprudentiam solutionis dotis. num. 22.

Pecunia data intelligitur, vt distrahatur. numero 148.
Pœna nulla, vbi nulla culpa. num. 168.
Præsumptio dissensus mulieris in dote soluta imprudenter est iuris, & de iure. numero 167.
Præsumptio est, quod mulier non consensisset solutioni dotis imprudenter factæ. numero 165.
Priuilegium statuti excludentis sororem dotatam non competit facienti contra statutum; id quod præcisis decisionibus probatur in puncto. num. 265.
Productionē quærere ab actu, qui in sui principio non sumpsit initium impossibile est. numero 58.
Prohibitio facta ne fid.do.den.est facta etiam ux. ne accipiat. num. 130.
Prohibitio facta ne fid.do. den. est fundata in publica vtilitate, & quare. numero 131. 132. & 133.
Prohibitio iuris ortum impedit actionis. numero 198.
Promissio dotis restituendæ generaliter facta quem casum non comprehendat, remissiuè. num. 89.
Promissio dotis restituendæ non comprehendit casum, in quo propter mariti inopiam venit consignanda, num. 134, & 135.
Puerile est dicere mulierem dotatam sine rebus. num. 44.

Q

QValitas intrinseca subintelligitur. numero 61.
Quis cōsequitur ex persona alterius id quandoque, quod ex persona sua non assequeretur late num. 248.
Quod nostrum est à nobis sine facto nostro auferri iniquum est. num. 64.
Quod vltimo dicitur, magis cordi infigitur. numero 176.

R

RAtificatio tacita, quando non sufficiat. numero 27.
Recedendum non est à verbis statuti. numero 106.
Regula in alternatiuis &c. fallit fauore dotis. num. 49.
Reg.l.qui cum alio, de reg.iur. limitatur in sorore nubente ad nutum fratrum. numero 162.
Rigorem seruare æquitas est, vbi lex disponit ad euitandas fraudes. num. 251.

S

SOluens alij, quam vero creditori non liberatur. num. 16.
Soluens imprudenter dotem dicitur in culpa. num. 173.
Soluens quod creditori habere non licet non liberatur. num. 121.
Solui non potest habenti mandatum ad agendum. num. 17.
Soluisse fingitur, qui reum, seu debitorem delegat. numero 149.
Solutio dotis facta non soluturo, non releuat soluentem. num. 114.
Solutio dotis, an fieri possit habenti facultates in animalibus, in pecunia, in mācipijs, vel alijs rebus periculis obnoxijs. numero 116.
Solutio dotium facienda, an & quando requirat alias solemnitates. vltra solemnitates statuti Bon num. 240.
Solutio dotium facienda mulieri, iuxta formam statuti Bon. distinguitur quò ad effectum, à solutione, quæ fit per mulierem marito. num. 247.
Solutio minori qualiter legitimè fiat. numero 239. & seq.
Solutum quod repeti potest liberationem non parit, num. 196.
Statuta Bon. inuenerunt modum tutissimum soluendi dotes. num. 88.
Statuta Bon. non contentantur de dote oblata, &

ta, & quare. numero 90.
Statuta Bon. non contentantur de dote destinata, & quare. num. 91.
Statuta Bon. non contentantur de dote promissa mulieri, & quare. num. 92.
Statuta Bon. non contentantur de dote promissa viro, & quare. num. 94.
Statuta Bon. non contentantur de dote promissa viro & mulieri simul, & quare. numero 97.
Statuta Bonon. non contentantur dotem dari mulieri simpliciter. num. 98.
Statuta Bon. non contentantur de dote data viro solum, & quare, num. 101.
Statuta Bon. dant formam dotandi, nu. 109.
Statuta Bon. requirunt realem traditionem dotium. num. 226.
Statuta Bon. circa modum soluendi dotes perpenduntur. num. 269.
Statuta non trahuntur ad casum fictum. numero 53.
Statuta sunt propriè intelligenda. num. 60.
Statuto standum, vt sciamus quando mulier dicatur dotata. num. 105.
Statutum Bonon. circa modum soluendæ dotis declaratur num. 45.
Statutum Bon. circa modum soluendæ dotis, iterum perpenditur. num. 218.
Statutum Bonon. in eo quod loquitur de modo soluendi dotes formaliter loquitur, quod latè comprobatur. num 267.
Statutum de faciente non comprehendit reficientem. num. 74.
Statutum, quòd omnes in promittenda dote obligentur cuiuscunque sexus, & conditionis existant intelligitur si sint ætatis legitimæ. num. 71.
Stipulatio tertij apposita ad promissionem factam per maritū de restituendo dotes quid operetur. num. 85.
Suspitio sinistra ex cautelis quandoque resultat. num. 136.

T

Taciturnitas, & scientia mulieris non iustificat solutionem dotis suæ ab alio imprudenter factam. num. 215. & seq.
Tale propriè non est, quod est per fictionem tale. num. 56.
Termini habiles sunt supponendi. num. 46.
Text. in l. siue generalis, in §. dubitari. ff. de iur. dot. diligenter perpenditur. num. 146.
Tractatus de cambijs promittitur ab auctore. num. 83.
Tutor qui contrahit cum personis non idoneis tenetur de suo. num. 235.

V

Validitatis actus fauor non consideratur in dispositione facta ad occurren. fraudibus. num. 266.
Verba & hæc omnia in dotem, & pro dote, & dotis nomine conferūtur eum stat. Bon. num. 86.
Verba generalia, an intelligenda ciuiliter. numero 62.
Verba inflexa, quæ, & cuius naturæ. numero 87.
Verba non sufficiunt ubi opus est facto. numero 90.
Verba per alium eius nomine, intelligi debent per alium habentem mandatum. numero 68.
Verbum soluta non verificatur in assignatione. num. 149.
Virginalis pudoris non est eligere virum. numero 161.
Voluntas mulieris fingitur in solutione dotis, quando sic mulieri expedit. num. 183.
Voluntas vera quæ. num. 28.

Adsit Dominus spes nostra.



Aduersus fratres satis diuites apud quos, nec vitæ honestas, nec morum integritas, nec antiqua in illos obsequia, nec miseriæ, nec preces, nec duodecim annorum lachrymæ infœlicis sororis, cum viro, cui ab

eisdē nuptui collocata extitit, sine dotibus, extra dilectissimam patriam,cum sex paruu lis filiolis miserrimè vitam degentis,nec sanguinis,nec iuris ratio vlla,nec pietas, nec eo rumdem notoriæ culpæ memoria, nec amicorum consilia, nec oblata concordia, nec humani iudicij, nec Dei omnipotentis adductus timor aliquid potuerunt, intus christianæ pietatis; foris autem iustissimo zelo seueritatis accensi, defensionem omni iure nobis præcipuè debitam, acriter,alacriterq; suscepimus.

Sed ne dum vxorem, & filios tueremur, honorem,& famam mariti,& patris, qui, & dotes recepisse,& consumpsisse dicitur, lædere videremur,præmittimus, quòd imò pater,& maritus ipse, non solùm citra alicuius dedecoris notam,posset hanc causam defendere,sed omni iure iustissimos conatus vxoris suæ adiuuare tenetur, idque cum diutius huic iudicio is repugnasset, satis superq; per grauissimos viros secundum reg. vtriusque fori tractatum, discursum,& conclusum extitisse, vt ex particulari consilio, particularique defensione mariti constabit, quam his nullatenus inserendam, veluti nimis extrinsecam, Vulp. auctoritate in l. quæ extrinsecus.ff.de verb.oblig.censuimus.

Excludenda igitur videtur prorsus M.D. Iunipera à petitis per eā contra dictos eius fratres.

Primò, quoniam ipsi videntur rectè soluisse dotes dictæ earū sororis, soluendo eius marito,Hond.cons.41.num.50.lib.1.Crot. cons.47.num.6.& 7.vol.2.Flam.Rub.cons.
1 188.num.72.qui † omnes dicunt constante matrimonio dotem debere solui marito, & mulieri solui non posse.

Secūdò, quia vbi dotes aliqua ratione minus legitimè solutæ fuissent, adhuc soror nō
2 videretur habere actionem, quia † maritus est dominus dotis,l.doce ancillam. C.de rei vendic. l. in rebus. ff. de iur. dot. Simon de Præt.cons.65.num.43.vol.1. Illustriss. D.& compater Menoch.cons.88.num.48. lib.1. cons.431.num.9.lib.3.Feder. Scot.respons. 13.in prin.Tom.2.lib.3.Paris. cons.33. nu. 67.vol.1.Eq.Rugl.cons.45.num.2. & ad literam actionem non competere dicit Corn. cons.26.num.3.vol.3.Cephal. consil.150. num 42.vol.2.Gallia cons.4.num.41.Paris. cons.67.num.67.vol.1.

Tertiò, quia vbi dotes fuissent soluendæ ipsi mulieri,videtur posse sustineri,quòd maritus tāquam procurator illas acceperit, eas-
3 que tanquam talis sibimet ipsi soluerit † ex necessitate præcedentis contractus, l. fistulas.§.fin. ff.de contrah. empt.vt in terminis voluit Ruin.cons.151.num.2.& 12.vol.5.

Quartò,quia,vbi adhuc de prædictis,non contentaretur, habet actionē paratam aduersus virum, & consequenter videtur obli-
4 gata † ad illam acceptandum, vt in terminis,& latè prosequitur Brun.in tract.de stat. exclud.fœm.art.6. sub ver. quæro. nu.247.

Quintò,vbi fratres in aliquo tenerentur, videntur obligari solùm post mortem mariti, cui soluerunt,quia nupta est,& dotis dan
5 dæ effectus cessat,cessante † causa finali, Simon de Pret.cons.46.num.9.vol.1.eatenus enim mariti ius se extendit, quia quouis ca-
6 su durāte matrimonio dos debet esse† apud illum,l.mutus,vbi gl.ff.de iur. dot. Illustriss. D.M.Menoch.de arbitr. iud. casu 419. nu. 21.in addit.& consequenter eatenus saltem absoluere potuisse videtur, sic enim effectus
7 absolutionis restringitur † cum causa sua, arg.l.cancellauerat. ff.de his quæ in testam. del. & ista ratio videtur habere magnam æquitatem,& succurrere vtrique parti,& cō
8 sequenter † amplectenda.l.ex his.in fi. ff.de his quæ in fraud.cred.l.1. ff. si quis caut.vbi Paulus de Castro, & Ias. not. quòd iudices debent eligere eam viam,per quam vtrique parti consulitur,& afferunt pulchras instantias,& nos addimus text. magis in terminis huius materiæ in l.2. ff.de pact. dot. ibi non esse seruandum pactum contra dotem,cum mariti mortalitas intercesserit,& in l.si cum dotem.in §.eo autem tempore, ibi, filiæ, & patri.ff.solut.matr.

Ex his vana videtur omnis quærimonia d.M. D.Iuniperæ, quæ tota videtur fundata super amissione soluti, quia illa non tollit li-
9 berationem † præcedentem, l.in pupillo.ff. de solut. & in terminis perditæ dotis tradidit conciuis Campegius in tract. de dote in 3.par.quæst.13. num.2.

Cæterum hi fuerunt primi quidam intuitus, qui seruire debent ad maiorem splēdorem veritatis iustitiæ, vt & obseruatum vi-
10 demus † apud Celsum in l. quingenta, ibi, prima fronte. ff.de probat.& sequentes, vt repetitos certiores, & veriores ad religionē

Iudicis spectare existimamus, & eiusdem Celsi exemplo, & per ea quæ scripta sunt
11 † in cap.ponderet. 50.dist.& in c. iudicantem 21.q.4.

Exaudienda est igitur soror contra fratres in petitionibus suis,quia iusta petentib.
12 non est denegandus ascensus, † nec alicui est denegaunda iustitia,Clemen.1.§.1. & ibi Card.de exc.Prǣl.nec audiendi sunt fratres in eorum phantastica æquitate, quia soluerint, sed quid dicāt iura,à quibus simili prætextu,vel tantisper recedere fatuum, & per-
13 nitiosum est: fatuum † quia scriptum est, quod iudicium hominis sequentis suum caput fallitur,cap.à nobis,il 2,de sent.excom. & alibi,ne sis sapiens apud te ipsum, vt per glos.in capit.ne innitaris. ext. de præsumpt.
14 pernitiosum,quia † scriptum est apud Plat. dialog.4.de leg. interitum illi Ciuitati paratum video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt, & vtrumque dictum comprobatur, quia scriptum est, facite quæ ego præcipio vobis, non quod vobis videtur, & aduersus huiusmodi phanta-
15 sticas † æquitates inuehit Henning.Ged.in suo process.iud. in princ. Iustitia autem huius petitionis infrascriptis adiuuatur.

Primò igitur mouemur, quia creditrix
16 erat soror, & soluens alij quàm † vero creditori non liberatur, l.si ego. ff.de neg.gest. cum alijs latissimè cumulatis per Surd. decis.229.verum est. num.1.2. & 3.

Secundò, quia qualitas mariti non attribuit facultatem aliquam fratribus soluendi;
17 sicut enim habenti † mādatum expresum ad agendum non potest fieri solutio.l.sed si tantum. ff.de pact. l.hoc iure. ff.de solut.l.si procurator meus.ff.de procur.ita nec mari-
18 to virtute illius taciti mandati, † de quo in l. maritus. C. de procur. ita in terminis nostris docuit Roman.in l. non solum, sub nu. 6.ff.sol.matrim.

Romani decisio ratione adiuuatur, quia coniunctio sanguinis non supplet speciales
19 defectus mandati † hominis.l.pater.ff.de mi not.Staphil.de lit. grat. titul.de vi & effectu clausul. vers.sextò quæritur.nu.17. pag.mihi 271. & consequenter multo minus mandati resultantis à lege, quia cum in eo possit considerati aliqua culpa hominis mandātis,
20 in hoc nulla † excogitati potest, Surd.d.decis.229.num.26. vbi inter has species mandati, propter istam rationem, pulchras, & valde notabiles differentias ponit.

Tertiò, quia si legem ipsam interrogare licet, ex illa cum defectu potestatis intelligemus defectum adfuisse voluntatis, quia ma-
21 ritus censetur † facere nomine proprio,nisi addat se facere nomine vxoris, Ant.Cioffus cons.15.num.8.lib.1.

Quartò,quia non eundo per generalia in
22 terminis, quibus hæc veritas firmatur,† & comprobatur,tex.est in l.si pro te. C.de doc. promiss.& in l.cum maritum. C.de solut.

Quintò, possunt similiter cumulari multa iura quibus probatur, quòd in soluendis dotibus semper requiritur, vel voluntas, vel
23 ratificatio † mulieris, text.est in l.2.in §.1. in l.non solum.in l.dotem. in l.cum dotem. §.eo autem. ff.sol.matr. & in l. tali facta. in fin.ff.de iur.dot.& adeò vera est hæc conclusio,vt difficultas vera,& realis præsentis causæ inde metienda sit,an dicta Mag. Iuniperа acceptauerit, vel acceptare teneatur huiusmodi dotis constitutionem per fratres, vt dicitur, factam.

Sextò igitur loco pro sorore mouemur, quia fratres non possunt prætēdere aliquam voluntatem sororis, quia iura hoc in casu,in quo agitur de damno præsumunt dissēsum
24 † mulieris, text. est in terminis in l.2. in §. voluntate autem filiæ,ibi,nisi euidenter contradicat.ff.sol.matr.& ita intelligit illū text. glos.cum dixit, idest contradicendi causam
25 habeat.& verè text.ille habet † hūc sensum si ponderetur natura verbi,videtur, si consideretur, quòd alias esset de indubitabili, & si perpendatur dictio illa,quasi,prout in terminis aduertit pater veritatis Alex. in cons. 114.num.8.vol.5.& in cons.118.nu.7.vol. 6.vbi prædictas rationes varijs decisionibus exornat, quibus pagellam implere ad pompam non curamus.

Septimò, si ponderemus potestatem, dicta mulier erat in minori ætate constituta, & propterea non potuisset facere aliquem
26 actum obligatorium sine consensu † curatoris, hic est text.in l.mulier in minori ætate,ibi, consentiente curatore.ff.de iure dot, Bero.cons.40.nu.54.vol.1. vbi de cōmuni.

Octauò, imò etiam si dicta mulier fuisset maior,idem dicendum, quia in actu continente tantum præiudicij exclusionis à successione iura non cōtentantur de tacita ratifi-

27 tificationē, sed expressam requirunt,† quæ non etiam somniari potest in hoc casu, Bart. in l.qui & ita.in §. 1. ff. rem rat. hab. in l. si absenti, num.1.C.si cert.petat.Ruin.consil. 174.nu.5. lib.1.& magis in terminis Brun. dicto art.6.num.246.

Nonò correlariè à prædictis,quoniam fratres minus possunt sperare se adinuenturos in sorore iam maturæ ætatis voluntatē aliquam acceptandi, vel ratificandi expressè talem dotis constitutionem, quoniam prudens soror voluntate illa, quæ pulcherrimo,
28 † & splendidissimo intellectus lumine monetur, & tutissimo rationis præsidio firmatur, & intra legalis philosophiæ nostræ terminos restricta manet, absolutæque voluntati,seu veriùs libidini aduersatur,de qua Illustriss. Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.1. tit.3. non vult acceptare talem dotis constitutionem, quoniam nihil sibi prodesset: & pro iustitia huius suæ voluntatis, text. est in terminis in l.promittendo, ibi,nō enim pro-
29 derit mariti † nomen consecutum eo tempore,quo exigere non poterit. ff.de iur. dot..

Decimò, ad idem, quia æquitas resistit, text.est in terminis in l.si mulier ita in §. ex
30 asse.ibi,ita æquum est† si accipere idipsum, quod ei debetur vir potest. ff. eod. titul. de iur.dot.

Sicut enim æquum, si accipere qnod ei debetur vir potest: ita iniquum est, quando id,quod debetur accipi non potest.

Et ratio,siue inductio d. §.ex asse, quam mox retulimus, quatuor modis concludit,
31 † nempe à contrario sensu,ab identitate rationis, à natura correlatiuorū, & quod plus placuit,à multo magis, quia iura semper fa-
32 uorabilius agunt cum mulieribus in † hac materia dotis, text. est in l. nuptura. in fin. ibi,præsumptionem ad filij debitum spectare. ff.de iur. dot.

Decimoprimò(vt vnico verbo omnia cōprehendamus)quia talis acceptatio, & ratificatio contineret iacturam totius substan-
33 tiæ, quod velle † fatuum esset, l.cum de indebito.ff.de probat.& est text. in his terminis in l.si à sponso. C.de donat. ante nupt.

Decimosecundò, quoniam nec ratifica-
34 re, nec acceptare sororem deceret, † quia peruerteret ordinem charitatis, quæ incipit à se ipso.l.Præses.C.de ser.& acq.

Nam cum illa indigeat,vt in principio diximus, hoc modo donationē faceret totius
35 substantiæ suæ fratribus, † text. est in l. vir ab eo, ibi, & eandem promissori donauerit, & in l.cum vir vxori donare vellet.ff.de iur. dot. & pulcrè seruit Alciat. resp.5. vio chirographo Panolini,num.29.Tom.3.lib.8.& latius textualissimus, & eruditissimus Aldrobal.in cons.26.num.9.

Decimotertiò, quia præponeret amorem fratrum, qui nullo indigent, & sunt diuites;
36 amori sex filiorum † quo nihil dulcius. l.isti quidem. §.fin. ff. quod met. caus. nihil charius, vt pulchro exemplo Regis Caroli comprobauit post Isern. Marant. in Specul. in procem.num.14.

Decimoquartò,quia faceret contra multas leges, & esset causa multarum litium,vt iam iam apparebit.

Decimoquintò, si dicta mulier vellet, & decenter posset velle, adhuc obstaret defe-
37 ctus potestatis, quia mulier † non potest facere deteriorem conditionem suarum dotium,l.2.l. Atilicinus.l.de die.ff de pact.dotal.l.ita cōstante, ibi,si hoc mulieri vtile sit. ff.de iur.dot.

Decimosextò, quia cōtra prohibitionem iuris non quæritur actio,text.est in terminis
38 in l.si genero dotem, ibi, nec tibi † prohibente iure quærere potuit actionem. C. de iur.dot.& consequenter soror nunquam posset dici dotata, quia mulier non dicitur do-
39 tata, quando illi non competit actio † ad dotem,text.est in l.fundus dotalis, ibi, quoties mulieri actio de dote competit, & est alius text. in l.dotale prædium,ibi,quia mulier ex pacto actionem non habuit. ff. de fun. dot.

Decimoseptimò, quia dotem numeratio
40 non scriptura † facit, l.1. C.de dot. cau. nō numer.

Decimooctauò, ad idem, quia qui habet
41 nudum nomen, non habet effectum, † l.2. §.sed non licet. ff.ad Tertul. Bald. in Rubr. C.si non à comp.Iud.Barth.Soc. in Rubr.ff. sol.matr. vers. præterea qui habet nudū nomen.num.30. & licet differant res dotales,
42 & † dos, tamen sine re, nec dos sustinetur,
43 quia per rem dos † repræsentatur,l.quod dicitur.de imp.in reb. dot. fact. Barth. Soci.in dicta Rubr.ff.sol.matr.num.43.& num.47. vbi hoc dictum alijs exornat. & Bal.Nouel. de dot.sub nu.4. & Ioan. Bosch. in tract.de

nupt.

44 nupt.lib.3.num.7.† affirmant quod puerile eſſet dicere contrarium.

Decimonono, vbi non obſtaret defectus voluntatis, nec poteſtatis, neque materiæ, & dicta mulier vellet, decenter vellet, poſſet, & ratificaret, & ratificando actionem quæreret, adhuc non diceretur dotata, iuxta for-
45 mam ſtatuti Bononiæ, † quia perſona mariti non poteſt includi ſub illis verbis, vel alteri pro ea, ex quo de marito ſuperius facta fuit mentio ſpecialis, arg. tex. in l. doli clauſula. ff. de verb. obligat. & no. per Aldrob. in addit. ad gloſ. in §. fratris vero. in verb. eius, inſtit. de nupt.

Vigeſimo, quia illa verba, vel alteri pro
46 ea, debēt intelligi de legitima perſona † ex voluntate mulieris. l. qui teſtamento. ff. de teſtam. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & honor. l. 1. cum gloſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Paul. de Caſtr. in l. eum quod Epheſi in §. quod exigimus. ff. de conſtit. pecun. & Paul. de Caſtr. ibi num. 5. ponit bonum exemplū, ſed & clarè loquitur ibi gloſ. in verb. debetur. dum text. in illis verbis, & quod tibi debetur, ſi mihi cōſtituatur debet, ſupplet hoc ſi ſua voluntate fiat, aliàs non, de neg. geſt. l. ſoluendo, de nouat. l. ſi ſtichum. §. fi. & conſequenter nō verificantur hæc verba in marito, cuius perſonam non eſſe legitimā oſtēdimus ſupra, & nunc accedit Angel. de Gābil. conſ. 40. verſ. nec obſtat octauum, & Michael de Accoltis conſ. 94. ſub num. 18. inter conſ. vlt. vol. vol. 1.

Vigeſimoprimò, quia electio illius perſonæ, de qua intellexerunt ſtatuentes per illa verba, vel alteri pro ea, non pertinet ad obli-
47 gatos, ne ponatur in eorum poteſtate, † an debeant, iuxta pulcherrimam, & celebrem theoricam, Iaſ. in l. non vtique. ſub num. 2. ff. de eo quod cer. loc.

Vigeſimoſecundò, ad idem, quia diſpo-
48 ſitio ſtatuti reſpicit fauorem mulieris, † iuxta theor. Iacob. de S. Georg. Gul. de Cun. Bart. & aliorum in l. plerumque. intereſt. §. ſi res. ff. de iur. dot.

Vigeſimotertiò, ad idem facit, quòd regu-
49 la in alternatiuis fallit fauore dotis, † vt per citatos Doct. in d. §. ſi res, & aliter dicere eſſer abſurdum, argum. text. in l. ſi quis alium, inſt. de inut. ſtipul.

Vigeſimoquartò, quia ſtatutū apertè excludit perſonam mariti, dum requirit ſecundam traditionem, ibi, & per mulierem, ſeu eius nomine viro dos data fuerit: Nam vbi
50 † maritus includitur in prima traditione, ſecunda non poteſt verificari, quia ſtatim facta ſolutione ipſe remanet dominus dotis, d. l. doce ancillam. C. de rei vendic. & am-
51 plius non poſſet effici dominus† per ſecundam traditionem. l. cum quis. ff. de leg. 3. l. 5. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſſeſſ. §. ſed ſi rem legatarij. vbi gloſ. allegat multa. inſtit. de leg.

Vigeſimoquintò, hoc idem ſuadet natura copulæ, ibi, & per mulierem &c. quia po-
52 nitur inter † diuerſa, l. ſi is qui ducenta. vbi Bart. ff. de reb. dub. gloſ. & Doct. in Rub. ff. de iur. & fact. ignoran.

Vigeſimoſextò, ad hoc facit, quòd huiuſmodi ſtatura non poſſunt trahi ad caſum fi-
53 ctum, † Ruin. conſ. 151. in prin. vol. 5. Sim. de Pret. ex communi in conſ. 138. vol. 1. & tamen omnis ſenſus, qui contradiceret huiuſmodi diſtinctioni perſonarum coniūctus eſſet cū aliqua fictione repreſentationis pluriū perſonarum, videlicet, dantis, & recipientis, quod eſſe non poteſt, niſi per fictionem, quia ſecundum veritatem correlatiuo-
54 rum natura † eſt, vt vnum nō ſit reliquum, l. 1. in princ. ff. de præſcript. verb.

Vigeſimoſeptimò, idem ſuadet illa concluſio, quòd inter dantem, & recipientem
55 † debet eſſe differentia, cap. ad noſtram. ex. de inſtit. capit. debitum, de bapt. l. vlt. de offic. Præt.

Vigeſimooctauò, hoc etiā probatur, quia illud, quod eſt per fictionē tale, non eſt pro-
56 priè † tale, l. lege Cornelia in fi. ff. de teſtamen. §. conſtituitur. inſtit. de vſucap. & tamē huiuſmodi ſtatura debent propriè intelligi. l. non aliter. ff. de leg. 3.

Vigeſimonono, ad idem facit, quòd fictio
57 non adaptatur ad impoſſibile. § minorem. inſtit. de adopt. & ſi fingeretur, quòd per ſororem translatum eſſet dominium in maritum, iuxta ſtatutum ibi, & per mulierem, ſeu eius nomine viro dos data fuerit, omnis fictio foret impoſſibilis, quia quæreretur vlte-
58 rior productio ab actu, † qui in ſui principio non ſumpſiſſet initium. l. quæcunque. de act. & oblig. cum ſimil. adductis per Campeg. in tractat. de dot. part. 5. q. 45. num. 3.

Trigeſimò, idem etiam magis ſtringit, quia, quæ proximè in præcedenti ratione diximus,

ximus, procedunt etiam secundum liberio-
res sensus intellectus nostri, & ideò dicebat
Bal. quòd non possumus † scire istam pro-
positionem annus desinit, nisi sciamus hanc,
annus incipit, Rom. in l. de diuisione. ff. sol.
matrim.

Trigesimoprimò, accedit, quòd statuta
propriè sunt intelligenda, d. l. non aliter. ff.
de leg. 3. l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. & vbi ali-
ter, quàm per diuersitatem personarum in-
cluderetur persona mariti, statutum trahe-
retur ad sensum improprium; quia mulier
propriè dicitur dotata, quando illi fuit dos
60 data, quia propriè dicitur dos à do das, † &
non dicitur propriè dos sine traditione, Ful-
gos. in l. iurisgentium. num. 6. ff. de pact. Si-
mon de Pret. de interpret. vlt. vol. solut. 12.
num. 20.

Trigesimosecundò, quòd ita intelligi de-
beat statutum in illis verbis, vel alteri pro
ea, suadetur, quia conditio, siue qualitas illa
illegitimitatis personarum tanquam intrin-
61 seca ex † natura subiectæ materiæ semper
subintelligitur, l. 1. ff. de condit. & demon-
strat. l. interdum. ff. de verb. oblig.

Trigesimotertiò, ad idem facit, quod ver
ba quantumcunque generalia ciuiliter sunt
intelligenda, & prout ratio dictat, non au-
62 tem † abusiuè, Nat. qui latè, & pulcrè exē-
plificat dictum in cons. 580. Primò quæri-
tur, versic. & ad illud de verbis generalibus,
num. 11. in 2. vol.

Trigesimoquartò, ad idem facit, quòd in-
63 terpretationem iniquam iura refugiunt, † l.
penult. ff. ad exhib. l. serui nostri. cū ibi not.
C. de nox. nihil enim iniquius foret interpre
64 tatione, quæ his aduersaretur sensibus, † &
iniquitas probatur per vulg. reg. l. id quod
nostrum. ff. de reg. iur.

Trigesimoquintò, non etiam possunt ve-
rificari illa verba statuti, ibi, per ipsam mu-
lierem, quia soror erat absens; non etiam il-
la, vel per alium eius nomine, quia instru-
mentum non cantat nomine sororis, sed
nomine dotis sororis. Instrumēti verba sunt
hæc, Et hæc omnia in dotem, & dotis nomi-
ne N. Illud enim verbum, nomine, refertur
ad dotem, non ad illa verba, honestæ iuue-
nis, quia si terminaretur clausula, ibi, dotis,
vel poneretur punctus, sensus foret imperfe-
ctus, nec bonam inueniret Persianus cōstru-
65 ctionem, † quod iura non tolerant. l. Plau-
tius. ff. de aur. & arg. leg. & in terminis dotis
solutæ similes subtilitates, & rationes obser-
uant Doct. in l. post dotem. super intellectu
66 † illius text. vt per Ias. ibi, in ver. quartò il-
la verba filiæ, sub num. 4. ff. solut. matrim. &
differentia non est verbalis, quia secundum
prædictam interpretationem, etiam si com-
pellantur fratres soluere iterum dotes soro-
ris (vt indubitanter credimus) adhuc prima
67 solutio non erit redacta ad non causam, † q
secus esse acriter controuerti posset, quando
verba essent concepta sororis nomine.

Trigesimosextò, animaduertimus, quòd
nomine sororis non poterat dici, nec potest
dici aliquid actum: quia illa verba statuti,
vel per alium eius nomine, important per
68 alium habentem voluntatem, † & manda-
tum, vt supra, & nunc probatur per text. in l.
quoties, in princ. in ver. cæterum. ff. sol. ma-
trim. inducendo illum text. Vinc. Ias. in l.
post dotem, nu. 83. vers. Nam si in præteri-
tum. ff. eo. tit. sol. matrim. & quòd voluntas
includat mandatum, probatur, quia primò
traditione sequuta negotium totum incipit
pertinere ad mulierem. Hæc ratio est con-
formis, & desumpta ex theorica Bart. super
69 eo, an actus factus de mea † voluntate dica-
tur factus de meo mandato, an verò simpli-
citer de mea voluntate abstracta à manda-
to, quam commendando multum retulit Ias.
in d. l. post dotem. vers. primo nota. ff. solut.
matrim.

Trigesimoseptimò, veritas præcedentis
fundamenti multis adiuuari posset, quibus
probatur dispositionem generalem restrin-
70 gi ad legitimas † personas, ex Seraph. in
tract. de priuil. & iur. fil. priuileg. 83. nu. 17.
cum seq. sed non recedendo à limite mate-
riæ dotis, illud potissimum facit, quòd talis
71 conclusio procedit etiam contra dotē; † &
ideò quamuis lex dicat, quòd omnes in pro-
mittendo dotem obligantur cuiuscunque se
xus, & conditionis existant, tamen restrin-
gitur ad eos, qui sunt legitimæ ætatis. l. fin.
C. ad Velleian. Crauet. in l. 1. num. 58. ff. de
leg. 1. & sequitur Seraph. dicto loco nu. 11.
in fi. & ideo multo magis nunc amplecti de-
bet, quando agimus pro dote, cuius causa
fauorabilis est.

Trigesimooctauò, cum statutum requi-
rat dotem dari mulieri, non potest verifica-
ri in hac constitutione dotis, quæ sustinetur

72 in promissione, † quia aliud est dotem da-
ri, aliud dotem promitti, Rol. cons. 69. num.
21. lib. 3. Gram. decis. 103. nu. 18. & 19. &
187. Cassan. super consuet. Burgund. §. 23.
sub num. 6. Surd. cons. 45. nu. 18. vbi iura al-
legat, & ad id ponderat vol. 1. & de statu-
tis Bon. loquens tradit Machel. patrocin. 7.
numero 7.

Trigesimononò, non etiam potest dici sa
tisfactum statuto, quia soror remaneret do-
tata per actum replicatiuum, & tamen sta-
tutum loquitur de actu simplici, quo casu nō
73 potest verificari † in replicatiuo, Ias. in l. 1.
in §. si quis ædificium. ff. de nou. oper. nunc.
vbi ideò dicit, quòd statutū de faciente non
74 comprehendit reficientem, † & idem dicit
Rol. d. cons. 69. num. 10. & seq. lib. 3.

Quadragesimò, præcedenti rationi fini-
tima est traditio Surd. d. cons. 45. num. 36.
vol. 1. vbi voluit dotes omnino dari, & tradi
75 deberet† ab ea persona, quam nominat sta-
tutum, vt mulier dicatur dotata, iuxta for-
mam statuti, & allegat multa.

Quadragesimoprimò, facit, quòd statutū
requirit dotes dari ipsi mulieri, & tamē dos
de qua agitur solùm potest dici destinata
dictæ mulieri, ideò non sufficit, quia desti-
76 natio† non habetur pro facto, Bald. & Aret.
in l. nundum. per illum text. C. de fur. Bald.
Imol. Angel. Castrens. Alex. Raph. Cum.
Ias. & alij in l. cætera. in §. si parauerit. ff. de
legat. 3.

Quadragesimosecundò, quia statutū re-
quirit dominium dotis transferri in mulie-
rem, ibi, detur ei dos: dare enim importat do
77 minium † transferre. §. sic itaque discretis,
instit. de action. text. est in terminis traditio-
nis dotis in §. 1. ibi, quamuis sit ipsius dotis
causa datum. instit. quib. alien. lic. vel no. quē
78 tex. in hunc specialem sensum † pondera-
uit Constan. Rog. in tract. de dot. vers. deci-
motertio. num. 43. & tamen huiusmodi do-
minij translatio in dictā mulierem non po-
test cōsiderari in huiusmodi modo dotandi,
quia quando dos datur marito, etiam si de-
tur contemplatione vxoris, non acquiritur
79 vxori, † sed marito, qui etiam dominus do-
tis, & possessor, seu quasi efficitur, l. quoties.
C. de iur. dot. iunct. l. 1. ff. de vsucap. pro do.
& ita in his terminis tradidit Io. Petr. Surd.
in tract. de alimen. tit. 5. q. 7. num. 15.

Quadragesimotertiò, suprascripta ratio,
quæ etiam confirmatur per tex. in l. vbi au-
tem. in §. fin. ibi, vt dominium omnimodo ef
ficiatur stipulatoris. ff. de verb. oblig. adiuua-
tur ex eo, quòd omnia in hoc instrumento
reducuntur ad promissionem mariti, quia
promissione non transfertur dominium, etiā
si sit promissa pro dote res promittentis,
80 & de hoc habemus text. ad litteram in l. cū
quidam. in §. sancimus. in vers. vel prædia.
C. de iur. dot. vbi reperitur apostilla, quæ di-
cit illum text. ad hoc notabilissimum.

Quadragesimoquartò, etiam præceden-
81 tia magis confirmantur, quia quantitas† di
citur data in dotem, & ita casus magis, atq;
magis reducitur ad puram, & veram pro-
missionem. Nam videmus, quod dos data
in quantitate per vsurarium non potest post
82 mortē vsurarij repeti per creditores, † eius-
dem à filia, siue ab ipsius filiæ marito, quia
superest ipsius mariti sola promissio, fundus
autem extortus ex vsuris, & datus in dotem
potest euinci, quia non superest sola promis
sio mariti, sed res ipsa, ita notabiliter docue-
runt Angel. in l. Lucius Titius. ver. & ideò. ff.
quib. mod. pign. vel hypp. sol. Feder. de Sen.
in cons. 63. quidam vsurarius nihil habens.
& nos addimus text. in l. si alieni numi. ff. de
solut. accedit conciuis noster Hipp. Marsil.
in sing. 67. qui dixit casum esse menti tenen
dum simul, & est verissimum, quia magna
est copia fœneratorum, vt dicemus, & de-
83 monstrabimus † Deo dante, in tractatu no-
stro de cambijs per literas, quem examinan
tes iustitiam cambiorum Banchi S. Ambro-
sij Illustriss. huius Ciuitatis Med. eiusdē om-
nipotētis Dei ope, inter maximas angustias
nostras constituti perfecimus.

Quadragesimoquintò, adeò vera sunt,
quæ diximus, vt & vera sint etiam si maritus
agnosceret se debitorem, & reduceretur so-
lutio ad non causam, & fratres cederēt actio
nem sorori, & promitterent manutenere no
men mariti bonum de iure, & de facto, & so
ror acceptaret, quia de stricto iure non di-
ceretur satisfactum statuto, quia respectu
84 translationis dominij non magis† habet an
nexam executionem cessio, quàm liberatio,
vt not. Bart. in l. si sponsalibus. §. si mulier. ff.
de iur. dot.

Nec iniqua videtur hæc subtilitas, quia
statuentes toto posse curarunt amouere de-
ceptiones in hoc contractu, & ita implicitè
dam-

damnarunt anticipatas solutiones, quas ipsa suspectas habet, prout obseruatum videmus per Summum Pontificem in censibus, vt in bulla.

Quadragesimosextò, stipulatio in instrumēto exhibito apponitur ad promissionem
85 factam per maritum de restituendo, † & statutum in illis verbis, per eam, vel alium eius nomine, loquitur de solutione: Quare cum solutio dicatur facta per fratres, & stipulatio fuerit adiecta circa hanc confessionem nomine fratrum, non potest dici satisfactum statuto. Hæc apertè probantur in instrumento, ibi, ad instantiam N. ibidem præsentis, & vnà cum me notario pro se, & alijs eius fratribus stipulantis, & acceptantis, dixit, & confessus fuit. & infra, ibi, & in alia parte habuisse, & recepisse ab eisdem fratribus libras mille, & cætera. standum enim est statuto, vt dicemus, ex Dec. & pluribus alijs mox allegandis.

Quadragesimoseptimò, eò magis dignoscitur vera talis ratio, quam proximè deduximus, quia licèt paulò infrà adijciantur illa verba, & hæc omnia in dotem, & pro dote, & dotis nomine honestæ iuuenis &c. tamē illa non continent actum solutionis factum nomine mulieris, vt requirit statutum, sed
86 nomine dotis: & illa verba† veniunt ad vestiendum dotem receptam in manu mariti causa sua, quæ est distincta ab actu ipsius solutionis, quam nos ponderamus non esse factam per mulierem, neque per alium eius nomine, vt statutum requirit.

Quadragesimo octauò, vbi etiam aliquis sensus à prædictis diuersus excogitari posset, quem nos, ingenuè profitemur, non videre; semper tamen verum erit, quòd statutum loquitur de solutione, quæ fiat per alium per verba inflexa, idest nomine mulieris, non autem nomine proprio alterius soluentis, etiam si in causam dotis, vt hic factum extitit, quæ species stipulationum sunt
87 diuersæ inter se. Nā per verba inflexa † insurgit vtilis actio, l. huiusmodi, in princ. ff. de leg. 1. qua mediante dotis fauore absq; cessione, mulier volens agere, possit, tanquam ex stipulatione per suam personam interposita agere absq; dubio, quod secùs est, quando dans dotem illam dat nomine suo.

Quadragesimonono, optimè seruiunt illa verba statuti, vel &c. quia alternatiua ostendit, quòd statuentes eligere voluerunt eum modum, quo tutius mulier agere pos-
88 set† ex stipulatione tanquam per suam personam interposita, vt supra, & has differentias inter stipulationem factam vno, & altero modo, de quibus in præcedenti ratione, egregiè admodum considerauit Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 6. priuil 24.

Quinquagesimò aduertendū, quòd tanto magis attendi debent allegatæ differen-
89 tiæ, quia in promissione restitutionis † non fuit comprehensus omnis casus, vt infra, ex Castrens. in cons. 230. vltra ea in 1. parte, aptiori loco dicemus.

Quinquagesimo primò, videamus quæso rationem statuti, vt apertè intelligamus quàm verissimum simul, & æquissimum, & iustissimum sit facere hanc consequentiam in casu de quo agitur, & in quocunque alio casu: Dos non fuit data sorori, & per sororē viro, ergo non dicitur dotata.

Noluerunt igitur primo loco statuentes
90 sufficere dotem oblatā, quia vbi opus † est facto verba non sufficiunt, glos. fin. in cap. Pastoralis. de offic. ord. glos. in cap. circa. in verb. præstito. de elect. in sex. cum multis cu mulatis per Ias. in l. qui Romæ. num. 9. ff. de verb. oblig.

Non etiam contentati fuerunt de dote destinata, quia in ea non deficiebat occa-
91 sio† differendi per calumniosos tramites, vt experiētia docet omnium rerum magistra, cap. quàm sit. de elect. in 6.

Non acquieuerunt doti promissæ mulieri propter timorem futuræ dilapidationis
92 † bonorum, & euentus durioris litis contra tertios possessores, & timor iustus fuit, quia
93 retentio dotis promissæ est † species dilapidationis, quia interesse dotis excedit reditus, qui verisimiliter percipiuntur ex bonis retentis, vt poterunt experiri hi fratres obligati ad soluendum interesse dictæ eorum sorori, etiam absque eo, quòd interpellati fuerint, vt infra.

Non etiam contenti fuerunt de dote promissa viro, quia vltra prædicta timuerunt de
94 aliqua collusione, † & fraude, quam committere potuissent fratres, vel alij obligati
95 cum inferioris conditionis viro, cum † aliquo eorum lucro, cōtra l. qui dolo. ff. de reg. iur. Hominum enim malitijs occurrendum est. l. in fundo. ff. de rei vendic. nec pati debue-

buerunt aperiri viam, qua ex improbitate
96 propria obligati sibi acquirere possent, † l. itaque fullo. ff. de furt.

Non etiam habuerunt pro dotata illam mulierem, cui, & marito simul dos fuisset
97 promissa, † quia adiectio personæ non tollebat præcedentes rationes.

Noluerunt dotem dari mulieri simpliciter, quia non confisi sunt de illa, quia mulier
98 cõsueuit sæpè contra propria cõmoda † laborare. l. 3. C. de nupt. & facilè decipi posse
99 præsumitur. † §. his consequens, in authen. de æqual. dot. & in effectu dubitarunt de fragilitate muliebris consilij, quàm latissimè de
100 more comprobat † Tiraq. de leg. connub. glos. 1. num. 70. cum seq.

Non etiam voluerunt sufficere dotem datam esse viro solùm, quia non potest ex eo dici dotata mulier, quia actio de dote durã-
101 te † matrimonio non habet locum, glos. in l. quæ fundum. in verb. condicatur. ff. de iur. dot.

Non iudicarunt præterea statuentes plenè satisfactum mulieri, si dotes darentur mulieri, & viro simul, quia non benè discerne-
102 batur † priuilegium. l. in rebus. ff. de iur. dot. & non dabatur in libera manu mulieris vnquam, q. omni iure sibi debebatur principaliter, quia adiectiuum est appositum fœ-
103 minæ, † & venit qualificatiuè, & restrictiuè, Abb. in cap. damnamus, sub num. 4. vers. in ead. glos. ibi, Teneatur adiectiuè. de sum. Trinit. & fid. Cathol.

Solus ergo modus soluendi dotes mulieri, & per mulierem marito, exẽptus ab omni difficultate litium, discordiæ, fragilitatis consilij muliebris, & omnem continens iuris, æquitatis, & facti veritatem, dotium fa-
104 uore, iustè, & summa æquitate † approbatus extitit; nimirum si iustè concludendum sit: Dotes non fuerunt datæ per dictos fratres dictæ eorum sorori, ergo non fuit dotata, vt supra: quia in effectu has conditiones secum traxit obligatio ex aditione resultãs, quàm fratres mutare non potuerunt aliter soluendo, l. vero procuratori. §. sed & si quis. in finalib. verbis. ff. de solut.

Quinquagesimosecundò, prædicta omnia confirmantur, quia standum est statuto, vt intelligamus quando mulier dicatur
105 dotata † Dec. cons. 261. num. 21. Roman. cons. 179. num. 11. Alex. cons. 13. num. 14. vol. 3. Soc. cons. 30. num. 24. & cons. 92. nu. 5. vers. nec obstat. vol. 1. Bec. cons. 59. nu. 6. Corn. cons. 57. col. 3. vers. sed animaduerto, vol. 2. & cons. 300. vol. 4. Paul. de Castr. cons. 275. licet ista D. Lysa sub num. 1. volu. 1. vbi dicit, quòd ideò verba statutorum sunt perpendenda diligenter: & à verbis statuto
106 cum non esse † recedendum, tradit Bart. in l. quòd constitutum, de testament. milit. etiam si ratio cesset dicit Paul. de Castr. cõs. 124. quod incipit, Super primo quæsito. libro 5. quidquid dixerit Bart. in l. seruo si testator. ff. de leg. 1. & arguendo à contrario
107 sensu † intelligimus mulierẽ non esse dotatam, Rom. in l. si cum dotem. num. 47. & 48. vbi examinat dictum. ff. sol. matr.

Quinquagesimotertiò, hæc eadem veritas probatur, quia noua illa actio resultans ex dispositione statuti, quæ dicitur conditio
108 † ex statuto, Alex. in his terminis cõs. 160. col. fin. vol. 7. & post illum Sim. de Pret. cons. 138. nu. 109. vol. 1. non potest tolli, nisi virtute ipsius statuti, cuius dispositio non potest conuenire, nisi conueniant verba, & omnes eius qualitates, vt dicunt Doct. omnes citati in præcedenti fundamento.

Quinquagesimo quartò, tãtò magis prędicta vera sunt, quia statutum loquitur for-
109 maliter, † vt probatur in præcedenti statuto in §. si verò dotatæ non fuerint, in illis verbis, Secundum formam sequẽtis statuti.

Quinquagesimoquintò, si statutum etiã non obstaret non posset dici dotata ad effectum, vt excluderetur ab eius portione hæreditatis, vel noua dote, quia totus contractus reducitur ad confessionem factam con-
110 stante † matrimonio, vt est videre ex lectura instrumenti, & consequenter præsumitur facta animo donandi, l. 1. & per tot. ff. de donat. inter vir. & vxor. latè Ruy. cons. 156. ferè per totum. lib. 5.

Nec dicatur, quòd contractus non reducatur ad confessionem respectu apocę campsorum de Amorinis, quia quæ dicuntur de dicta apoca determinantur pariter ab illis verbis, dixit, & confessus fuit, & consequen-
111 ter æqualiter, quia † natura determinabilium nõ repugnat, l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. cum alijs adductis per Ruy. cons. 156. de tribus. num. 13. lib. 5.

Et licèt cõtinuato sermone subijciãtur illa verba, corã testib. & me notario infrascri-

ptis per prædictum M.D. Ioannem assignata, & relaxata:tamen non probatur traditio, & consignatio campsorum de Amorinis, sed benè, quòd fuerit tradita, & relaxata illa apoca, quam maritus dixit, & confessus extitit esse, vel fuisse apocã DD. de Amorinis.

Non enim dicit instrumentum, quòd apoca fuerit visa per testes, vel notariũ:& si hoc diceretur, idem foret, quia testes illi nõ habebant notam manum illorũ campsorum, imò pro maiori parte nesciebant scribere, & reliqui vix aliquas notas informes confingere, & in effectu ex dictis verbis nulla potest
112 elici probatio, quia verba notarij† nõ probant ea, quæ tunc, tempore instrumenti interuenire non poterant, Paul. de Castr. in l. prædia cum seruis, nu.2.ff.de acquir.possess.

Quinquagesimosextò, vbi contractus eximi posset ab hoc obiecto præsumptæ donationis respectu ipsius mariti; tamen remaneret alia difficultas maior, quia maritus erat
113 grauatus † ære alieno, quo casu confessio præsumitur facta in fraudem creditorum, & ideò creditoribus non præiudicat, authent. sed iã necesse.C.de donat.ante nupt. Ruyn. cons.154. per totum, lib.5.

Quinquagesimoseptimò, retentis terminis simplicis paupertatis ipsius mariti, etiam si cessaret ratio præsumptæ donationis, vel fraudis: non etiam posset dici dotata soror, quia dos non censetur data ipsi mulieri, nec
114 alteri pro ea, † quando est data non soluturo, à quo rehaberi non potest.l.quoties.ff. qui satisd.cog.

Quinquagesimo octauò, etiam si maritus non fuisset pauper, illi dotes solui nõ potuissent, quia & ipse, & fideiussor dirigebantur in duriorem fortunam propter inimicitias grauissimas, quibus irretitus erat maritus, & propter quas neque lucris incumbere,
115 neque hiscere † vix poterat, text. est de hoc in fortioribus terminis in l.verum. in §. si locupleti. ff. de minor. de quo admonet Rom.in l.2.num.47.ff.sol.matr. & est notabilis decisio aduersus soluentes dotes mercatoribus diuitibus habẽtib. facultates suas
116 † in magno discrimine, vt in mari, & aduersus soluentes diuiti habenti aliquam litẽ grauem, & aduersus soluentes dotes habentibus diuitias suas in animalibus, vel in pecunia, vel in prædijs vrbanis, vel in mancipijs, vel alijs rebus similibus periculis obnoxijs.

Non ignoramus Brun. in sæpius citato tract.art.6.prin. in 4.memb.q.14. distinxisse inter verisimilitudinem in genere, & ve-
117 risimilitudinem † in specie, quod dictum pro not. retulit Seraph. in tract. de priuil.& iur.fis.priuil.83.num.62.

Cæterum hic non iacet difficultas, quæ aliquam vtilitatem contineat, posteaquàm Brun. indistinctè tenet dotes iterum soluendas, sed distinguit in eo puncto, an filia dicatur dotata, vel non, quod potius respicit modum formandæ petitionis, quam finem nostræ intentionis, quæ eò spectat, vt dotes soluantur.

Animaduertimus insuper, quòd text. in l.si cum dotem. in §.si post solutum.ff.solut. matr. loquitur de dote soluta filiæ, & consumpta per filiam, & text. in l. si quis cum sciret.ff.pro empt.ponderatus in illis verbis, nisi fortè, & is qui luxurioso, & protinus scorto daturo pecuniam seruos emit, non vsucapiet, similiter loquitur de quantitate data eidem, qui illam consumpsit, & ita Brun. distinctio non debet extendi ad præiudicium mulieris, quando dos non fuit illi data, neq; per illam consumpta.

Consideramus etiam, quòd & mulierem
118 indistinctè indotatam dici † tenuit Dec. allegando Bald.in cap.pastoralis, col.fin.nu. 10.de iud.

Sed melius, res nostra in eo casu versatur, vt verisimilitudo in specie adesset, & ita semper vera est ratio allegata.

Quinquagesimo nonò, si iura adducta ꝓbarent intentionem Bruni, & res versaretur in verisimilitudine in genere, adhuc grauiter vrgeret, quòd dos succedit loco legiti-
119 mæ, vt scribunt † Doct.in l. Titio centum. in §.Titio genero, vbi id not. Bart. num.6. ff.de cond. & demonstr. & latè prosequitur Tiraq.in l.si vnquam.in verb.susceperit liberos.nu.112.C.de reuoc. donat.quæ est debita de iure naturali. l. cum ratio. ff. de bon. dam.latè Fab.in auth.nouissima.in 2.quęst. princ.C.de inoff. test. & consequenter controuerti posset de validitate legis, quia ius na-
120 turale† tolli non potest per ius ciuile.l.eas. ff.de cap.dimin. l.iura sanguinis.ff.de regul. iur.§.vlt.inst.de iur.nat.gent.& ciuil.sed his subtilitatibus non indigemus, per ea quæ diximus supra.

Sexagesimo, finitima est illa ratio, ꝙ illi

qui

qui soluit rem, quam habere creditori non
121 licet † non liberatur. l. qui decem. §. qui hominem. vbi hoc not. Bart. ff. de solut. ob prædicta enim soror dotes suas habere non potest.

Sexagesimoprimò, facit, quòd sicut solutum, quod potest repeti, non parit liberationem, ità, & multò minus oblatum, quòd po
122 test euinci, † prout potuissent euinci pecuniæ à creditoribus mariti, vtsupra diximus, dùm ponderauimus instrumentum reduci ad confessionem, de hoc est text. in l. Paulus respondit. ff. de solut.

Sexagesimoprimò, hoc præcedens fundamentum ab ipso euentu clarissimè confirmatum extitit mediante opera, & persona dictorum fratrum, qui ex preciosioribus mariti vendiderunt. & aliqua ex preciosioribus destinatis ad ornatum sororis receperunt, & in proprios vsus contulerunt pro eorum prętensis creditis, etiam quòd in omnem casum posteriores fuissent infœlici sorore, & etiam
123 quòd ipsi † contra instrumentum nihil obijcere possent, est text. valde ad propositũ in l. qui res suas. in §. rem autẽ, & alius etiam melior in l. si rem meam, ibi, quia amoueri sibi res possit. ff. eo. tit. de solut.

Sexagesimosecũdò, illegitima fuit huiusmodi dotis constitutio, quia adiectũ fuit pa-
124 ctum, quòd maritus, & fideiussor † tempore solutionis quantitatis debitæ per DD. de Amorinis, tenerentur ad implicationem totius dotis, vt instrumento legitur: dos enim
125 debetur exempta ab omni onere † Cephal. consil. 22. num. 23. vol. 1. Tiber. Decian. resp. 2. num. 8. vol. 3. quia dos, quæ datur filię, exclusę à statuto loco legitimę suc-
126 cedit, & in recompensam exclusionis † datur, Paul de Castr. in d. consil. 265. sub nu. 4. lib. 1. D. Menoc. cons. 327. num. 127. vol. 4. Cęphal. cons. 145. num. 27. & seq. & cons. 578. nu. 1. & 2. quòd autem hoc sit graua-
127 men, ab experientia patet, † postea quàm dicta soror virum sequi tenetur, & si haberet pecunias suas dotales implicatas in aliqua re stabili in territorio Bonon. sibi foret graue exigere reditus per tertiam personam.

Sexagesimotertiò, illegitima fuit huiusmodi dotis constitutio, dùm fuit dictum maritum, & fideiussorem loco implicationis teneri ad præstationem alicuius idonei fide-
128 iussoris, † vt in eodem instrumento, quia habemus prohibitionem legis. C. ne fid. dot.
129 dent. cui non potest renuntiari, † quia Rubr. est concepta prohibitiuè: quia sicut prohibet viro ne det, ità vxori ne acci-
130 piat, † vt post Azo. dicit glos. in d. l. 1. in verb. vir vx. & post glos. Felyn. in cap. si diligenti. col. 2. nu. 10. de foro comp. & Rip. in l. si constante. in 5. opposit. ff. sol. matr. & est
131 fundata in publicę † vtilitatis ratione, quia talis conuentio tendebat ad parandum per-
132 fidiam in connubio, contra † tex. in l. 3. C. eo. tit. ne fid. dot. dent. publicæ enim honestatis ratio in eò cõsistit, vt Ciuitas replea-
133 tur liberis hominibus; cui repletioni † nihil magis aduersatur, quàm discordia coniugum, vt patet.

Sexagesimoquartò, vbi omni alio iure adhibita cautela profuisset dictæ sorori, & adhiberi potuisset eo modo, quo adhibita fuit, non compræhendebat casum de quo magis timendum, videlicet consignationis propter inopiam, Nam promissio de dote
134 restituenda non cõprehendit † casum in quo propter mariti inopiã venit consignanda, quia consignatio non est restitutio, vt in
135 terminis disputando articulum † tenet Paul. de Castr. in consil. 231. vltra ea. per totum illud cons. par. prima, vbi respondet ad omnia contraria, & adducit præcisas decisiones.

Sexagesimoquintò, si etiam adhibita cõuentio, & legitima fuisset, & omnes casus compræhendisset, adhuc magnam suspitionem induceret contra fratres, quia eo modo expresè attestati fuerunt se cognouisse maritum, & fideiussores non idoneos, aliter enim ab illis cautionem non exegissent, nec est nouum ex cautelis adhibitis sinistrã suspi-
136 tionẽ colligi, † vt tradit Castrens. in consil. 177. lib. 1. & Merzar. cons. 19. ver. & secundum eandem conclusionem. col. 15.

Sexagesimosextò, non potuerunt fratres
137 debitum dotium diuidere in plures † summas, & partitas, Cornaz. latè decis. 189. ex actitatis per totum.

Sexagesimo septimò, cũ fratres teneren-
138 tur statim ad † soluendum dotes, non poterãt differre solutionẽ, §. minus. de action.
139 quamuis enim dicatur, quòd actio † est loco rei, l. qui actionẽ. ff. de reg. iur. & quòd illud, quòd est in obligatione dicitur esse in

140 patrimonio † Bald. in pulcra quæst. in l.
facere posse.ff.sol.matr.tamen & actio re ip
141 sa † minus est, l.minus.ff.de reg.iur.

Sexagesimo octauò, non poterãt fratres
142 præeligere † pecunias, quia dos debet con
143 stitui in bonis immobilib. hęreditatis, † seu
hæreditatum, à quibus propter dotes exclu-
ditur mulier, est text.in terminis in l.siue ge-
neralis, in ver. iste autem curator. ff.de iur.
dot.

Sexagesimononò, præfata ratio magis
cordi hæret, quia text. in d.l.siue generalis.
144 in §. dubitari † autem potest. ponit exce-
ptionem, quæ sicut non adaptatur ad casum
nostrum, ità illum & prædicatiuè, & dispo-
sitiuè relinquit sub reg. comprehensum se-
cundum effectum exceptionis, quæ dicitur
145 confirmare regulam in casibus † non ex-
ceptuatis, l.nam quod liquidè. §.fin. in pri-
mo. resp. ff. de pœn. leg. cum sin. addu-
ctis per Euer.in loco ab exceptione. nume-
ro primo.

Dicitur in eo tex. quòd possunt etiam res
vendi concurrentibus quatuor: causa, quòd
aliter mulier nubere non possit, quòd magis
expediat mulieri, & cum auctoritate Iudi-
cis: de primo habetur ibi causa; de secun-
146 do, ibi, si aliter nubere † non possit; de ter
tio, ibi, eique magis expediat; de quarto, ibi,
cognita. Hæc autem enumerate in casu no-
stro non possumus, quia siue inspiciatur na-
talium progenies, siue amicorum potentia,
147 siue honores, siue mores, quibus † medijs
arguimus æqualitatem, vel inæqualitatem,
iux.ea quę habentur in cap.super eo.de test.
in l.viduæ.C.de nupt.in l.sed ea. ff. de spon-
sal.& per Batt.in l.si rogatus. ff.de manum.
vind.& Alex.in l.si cum dotem. in §. trans-
grediamur.ff.solut.matr.& in cons.209.nu.
7.vol.6.& Paris.in cons.29. num.18. vol.3.
dicta mulier omni respectu virum cõdignũ
inuenisset, qui immobilia in dotem accepis-
set, & consequenter nullus bonus iudex po-
terat arbitrari illi expedire pecunias dari di-
148 cto eius viro, qui † mox illas distrahere
posset, tanquam ad hoc datas, vt dicit text.
ad lit.in l.res in dotem. ff.de iur.dot.

Septuagesimò, non etiam poterant asi-
gnare nomen campsorum, propter illud ver
bum, soluta, de quo in statuto, quod non ve-
149 rificatur † in asignatione.l.quamuis. §.in-
terdum.ff.ad Velleian. vbi glos. dicit, quòd
soluisse fingitur qui reũ, seu debitorem dele
gat: nam, vt diximus, statutum non debet
fictè intelligi, quod si controuertatur illud
verbum, soluta, latius interpretandum etiã
secundum proprium significatum, ex Ruy.
in cons.157.num. 8.lib.5.confirmatur prę-
cedens ratio à iuris dispositione informata;
& ideò diutius non controuertimus, quia
vtroque modo concludit intentio.

Septuagesimo primò, illud certum est in
150 ter extraneos, fratres connumerari, † l.vni
ca. §.accedit.C.de rei vx.act. certũ est quo-
que eosdem dotem in suam personam non
fuisse stipulatos, & ideò ratione præsumptæ
donationis d.§.accedit, videtur penitus ex-
trinseca exceptio, quæ desumitur à præten-
sa dote, cum etiam non prohiberetur dicta
151 soror & hanc petere ex diuerso † iure, l.
nec ipsa dotem, ibi, cum diuerso iure. ff. de
collat. dot. & ꝓ hoc est præcisa decisio Alb.
cons.12.lib.1. & in terminis stat. Bon. Ma-
chel.pattocin.7.num.11.

Septuagesimosecundò, licet in puncto iu-
ris, (vt diximus) differant isti duo articuli,
quærere an mulier dicatur dotata, vel an de-
152 beat iterum † dotari, vt supra ex Brun.suf-
ficit intentioni dictæ mulieris, quòd iterum
dotetur, & in hoc videtur minor difficultas,
153 quia dos, † prima deperdita debet iterum
solui; quia sicut tenetur pater dare dotem fi-
liæ etiam nuptæ, glos. in l.obligamur.in §.le
154 ge.ff.de action.& obligat.ita † fratres tan-
quàm hæredes personam patris representã-
tes, iuxtà cumulata per Iosephum Lud.con-
clus.16.quia onus dotandi patrimonium re-
155 spicit, † Cyn. in authent. quamuis. de rei
vx. act. Constan. Rog. de dote, articulo se-
cundo. & in hæredem transfertur. l. si so-
cius pro filia. ff. pro soc. quia patris, & filij
156 vnum censetur † patrimonium, Bald. in
l. secunda. C. de leg. hæred. & sicut pa-
157 ter tenetur conditione ex statuto, † Paul.
Castrens. in dicto consilio 265. D. Ly-
sa, volumine primo. ita fratres hæredes,
158 quia tali conditioni adeundo tacitè † se
obligarunt, Alex. consilio 103. nu. 8. libro
secundo. & sicut in patre verum est, distin-
159 guendo inter † obligationem legalem,
& hominis, dicere, quòd durat causa sup-
portandi onera matrimonialia decẽter, l.do
tis fructus. ff. de iur. dot. & consequenter
obligatio etiam consumpta dote, l.si is à quo.
ff.vt

ff. vt in possess. leg. l. 2. ff. de fideiuss. ita & in fratribus per prædicta.

Septuagesimo tertiò, ad prædicta facit, quòd participium dotata importat factum
160 esse, & factum durare, † l. Plauciana. ff. de iur. codicill. l. verbum erit. ff. de verb. signific. & omne tempus significat, Bald. in l. omnes populi. col. 13. vers. Sed pone. ff. de iust. & iur.

Septuagesimo quartò facit, quòd ad prædictos fratres pertinebat explorare conditionem futuri mariti sororis suæ, non autem ad ipsam sororem, quæ vulgarum euripedeum
161 † de quo in c. honorantur 32. q. 2. sequuta, sponsaliorum suorum, illis curam reliquit, regula enim l. qui alio. ff. de regul.
162 iur. imitatur † pro sorore, vt per Illustriss. Præsidem in comment. de præsumpt. l. b. 4. præsum. 190. num. 18.

Septuagesimo quintò, proximæ rationi accedit egregia consultatio Curtij iun. in cons. 59. sub nu. 38. & aliorum multorum, quos refert, & sequitur idem Præses cons. 93. sub nu. 38. & etiam Marc. Antonius Peregrin. in tract. de fideicõ. art. 42. nu. 16. vbi,
163 quòd † mulieri non potest imputari, si in danda dote mariti conditionem non explorauit, & proinde illam posse repetere dotes super bonis fideicommisso subiectis, vt ibi per eum num. 17. & sequit à multo magis, quia soror simpliciter consensit in virũ quo
164 ad matrimonium, † non autem quò ad dotem, ideò & tanto minus est, vt quid calumniosè contra illam excogitari possit.

Septuagesimo sextò, iniusta foret omnis misericordia, quæ imprudentiæ parceret fratrum, qui se in has angustias coniecerunt cum tanta ruina sororis, & sex filiorum: respectu fratrum, est tex. in l. si fideiussor. in §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. pro vxore, & si ijs, facit quod dixit Illustriss. Præses dicta præsumpt. 190. nu. 18. vbi probat, quod veri
165 similiter soror † non cõsensisset dotes suas sic imprudenter solui, & ista præsumptio non solùm est iuris, quo genus mulierum
166 auarissimum † appellatur, l. si stipulatã. ff. de donat. int. vir. & vx. sed est iuris, & de iu-
167 re, vt nobis apertè probat † text. in d. l. 2. in §. voluntate, iuncta glos. in ver. contradicat. secundum verum intellectum quem mox supra adduximus. ff. sol. matr.

Septuagesimo septimò, prędictis proxima ratio accedit: vbi nulla culpa, ibi nul-
168 la pœna, † l. culpa caret, vbi not. omnes. ff. de reg. iur. soror non fuit in culpa, vt supra, ergo non debet pati tale damnum
169 † tex. est in terminis pro hac consequentia in authent. quod locum. C. de collat.

Septuagesimo octauò, grauis est prædi-
170 cta argumentatio, quia damnum † dicitur damnum veræ infœlicitatis, l. fin. in prin. C. de iur. dot.

Septuagesimo nonò, infœlicitatis ratio
171 multiplicatur, dum maximè † mulier nobilis se, & suos filios gubernare, & sustentare non posse continuò ingemiscit.

Octuagesimò, conuertamus rationes, &
172 redeamus ad fratres: Culpa culpanti † nocere debet, l. si dotem, vbi not. Bald. & Saly.
173 C. de iur. dot. fratres fuerũt in culpa, † arg. text. in l. si creditores cum ibi not. de priuileg. credit. & plenè not. per Ang. de Perus. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. ergo ipsis debet imputari damnum, & secundum primam, & alteram rationem, ità in terminis aduersus fratres argumentatus est Michael de Accoltis in consilio 94. satis liquidò num. 12. & num. 27. inter consil. vlt. vol. lib. 1. vbi hanc partem ex professo tuetur.

Octuagesimoprimò, quòd errata fratrum non debeant nocere sorori, est text. in l. si de naturus. in §. si quis indebitum. ff. de cond. indebit.

Octuagesimo secundò, licèt prædicta sint fundamenta iuris, & æquitatis simul, tamen si etiam forent solius æquitatis non essent
174 solùm probabilia secũdum † traditionem Bald. quem refert Crau. in cons. 3. num. 23. sed necessaria, quia causa doris debet discu-
175 ti secundum regulas † æquitatis. l. cum pater. in fi. ibi, vel quia semel præstita est. l. sanè. §. videndum, ibi, iussum suum. ff. de iur. dot. & docet Crot. in cons. 277. num. 19. in 2. tom.

Octuagesimo tertiò, quoniam, quod vltimò dicitur, magis cordibus hominum infi-
176 gitur, † & melius memoriæ cõmendatur, cap. liquidò, iuncta glos. de consecr. dist. 2. sequuti traditiones Rethorum volentium firmissima argumenta in fine locanda esse,
177 exemplo Pontificis † in capit. 2. ibi, illud potissimum induceit, quod ibidem no. Io. de Imol. moniti cum Euerard. in præambulis

ad centuriam legalem, num. 17. adnotauimus, placet certare præcisis decisionibus, & vt etiam vel vno oculorum ictu appareat, quòd consultatio nostra vadit ad nuptias
178 † benè vestita, vt hic reponamus verba Afflict. in his terminis mox adducendi, non grauabimur pauca etiam deducta repetere, quia specialiter non fuerunt signata.

Prima decisio est in d.l.si pro te.C.de iu. dot.si pro te (inquit text.) patet marito tuo
179 stipulanti † promiserit dotem, non tibi, sed marito tuo stipulanti contra fideiussores competit actio.

Secunda decisio est in l. cum maritum. C.de solut.text.verba sunt: Cum maritum tuum à debitoribus tuis minoris viginti & quinque annis constitutè velut ex causa tibi debiti aliquis accepisse quantitates: nec ta-
180 men † te consensum commodasse significes, nullum tibi præiuditium potuit fieri, nisi factam solutionem post minorem ætatem ratam feceris.

Tertia decisio est in l. non solùm.ff.sol. matr. Non solùm, (inquit ille tex.) in soluenda, sed etiam in exigenda dote, quæ
181 † communis est patri, & filiæ vtriusque, voluntas requiritur, nec alter alterius conditionem deteriorem facere potest.

Quarta decisio est in l.2.in §.1.ff.eod.tit. sol. matr. Denique (inquit ille tex.) pater
182 non aliter † quàm ex voluntate filię petere dotẽ, nec per se, nec per procuratorem potest, iuncto tex.in l.prout quisque.ff.de solut.

Quinta decisio est in l.dotem.ff.sol.matr. vbi adeò lex existimauit necessariam voluntatem mulieris, vt, & illam saltem præsum-
183 ptam perquisierit vbi † vtilitas concurrit mulieris, text. verba sunt: Dotem voluntate filiæ videri patrem recepisse, cum causas ei contradicendi filia non haberet, maximè cum ab eo postea ampliore summa dotata sit.

Sexta decisio reperitur in l.si cum dotem.
184 in §.eo autem tempore, ibi, consentire † filiam patri oportet.ff.eo.tit.solut.matr.

Septima decisio est in l. tali facta, in fine,
185 ibi, nec filiæ † si voluerit deneganda est actio, ff.de iur.dot.

Octaua decisio fundata super paupertate mariti, quam pluries adduximus, reperitur in l. si cum dotem. in §. si mulier.ff.sol. matr. vbi in fortioribus terminis loquens, tuetur mulierem à iactura dotium. Si mulier,
186 † (inquit ille tex.) soluto matrimonio egẽtem reum per nouationem decepta acceperit: nihilominus actio dotis ei manebit.

Nona decisio est in l. promittendo.ff. de iur. dot. Non enim, (inquit eò loci text.)
187 prodesse† maritum nomen consequutum tempore quo exigere non poterit.

Decima decisio est in l. Attilicinus.ff. de pact. dot. Proculus, (inquit text.) respon-
188 dit, quòd ad diem dotis † reddendæ attinet pacto existimo meliorem conditionem mulieris fieri posse: deteriorem non posse.

Vndecima decisio est in l.de die.ff.eo.tit.
189 de pact.dotalib.ibi, dum † ne mulieris deterior conditio fiat.

Duodecima decisio est in l.quoties.ff.qui satisd. cog. Quoties, (inquit text.) vitiosè
190 cautum, † vel sat sdatum est, non videtur cautum, nec satisdatum.

Decima tertia est in l. cum vir vxori.ff. de iur. dot. vbi acceptatio nominis non sol-
191 uendo † iudicatur donatio prohibita.

Decima quarta est in l. si mulier.la 2. in §.ex asse.ff.de iur.dot. quæ desumitur ex il-
192 lis verbis, ità † ęquum est, si accipere id ipsum, quod ei debetur, vir potest.

Decima quinta est in l. si ita constante, ibi: si hoc mulieri vtile sit, vt ex pecunia,
193 † in rẽ, aut ex re in pecuniam &c.ff. eo. tit.de iur. dot.

Decima sexta est in l. qui decem debet. ff.de solut.vbi est text.ad litteram, quo pro-
194 batur, quòd ille, † qui soluit rem, quam creditori habere nõ licet, vel ab illo auferri potest, non liberatur.

Decima septima est in fortioribus terminis in l.Paulus la 1.ff.eo.tit.de solut.vbi Pau-
195 lus † respondit, creditorem non esse cogendum accipere creditum suum modo continenti aliquod eius damnum.

Decima octaua est in l.Paulus respondit, la 2.ff.eo. tit. de solut.vbi not. Bart.quòd so-
196 lutum, † quod potest repeti, non parit liberationem.

Decimanona est in l. si hominem, quæ est lex 69.ff.eo.tit. in qua finitima decisio habetur, cum præcedenti, dum disponitur,
197 quòd ille † non liberatur qui dat pro noxa seruum pignoratum, vel in quo habetur vsusfructus.

Vigesima decisio est in l. si genero dotẽ, ibi,

198 ibi, nec tibi † prohibente iure, quærere potuit actionem. C. de iur. dot.

Vigeſima prima deciſio eſt in l. fundus
199 dotalis, ibi, toties non poteſt alienari † fun
dus, quoties mulieri actio de dote competit, aut competitura eſt, ff. de fund. dot. iuncta ratione, qnia prohibet ius actionem acquiri vt ſupra.

Vigeſima ſecunda deciſio eſt in l. dotale
200 prædium, ibi, quia mulier † ex pacto actio
nem non habet. ff. de fund. dot. ſecundum indnctionem præcedentis text.

Vigeſima tertia eſt in l. ſi mulier dotis
201 cauſa, ibi, in corpora † cum mulieri pro
deſt. ff. de pact. dot.

Vigeſima quarta eſt in l. cum maritus,
202 ibi, ſi deteriori loco † dos non eſſet. ff. de
pact. dotal.

Et ad ſupradicta, quæ deſumpta ſunt, à paupertate addenda eſt regula impoſsibilitatis iuris, quæ eſt, vt viciet etiam promiſſio-
203 nem † ſcienter factam, Bal. in l. ea quæ ti
bi. C. de donat. ante nupt.

Vigeſima quinta deciſio eſt, quia ita te-
204 nuit magni nominis vir † Andr. de Iſern.
in c. 1. ſnb. num. 24. verſ. Si vero marito. col. 7. tit. de nat. ſucceſſ. feud.

Vigeſima ſexta eſt Afflict. in iam citato loco, verſ. Quarto quæritur, qnid ſi ſoror. ſub num. 34. vbi repetit rationes Iſerniæ: quia
205 † factum mariti non pręiudicat vxori: quia
206 ignorans † non obligatur: & quod mulier
207 dicitur dotata † quò ad virum, non quò ad
ſe, quia non conſenſit, nec etiam inuita po-
208 tuit † dotari.

Vigeſima ſeptima deciſio eſt Natt. in
209 tract. de ſtat. excluſ. † fœm. in 2. q. nu. 59.

Vigeſima octaua deciſio colligitur ex verbis Rom. in l. non ſolùm. num. 6. ff. ſol. matr. vbi ponderat verba illius tex. ibi,
210 † vtriuſque voluntas exquiratur.

Vigeſima nona aperta eſt deciſio apud
211 Angel. de Gabell. † conſ. 40. nu. 40. verſ.
Nec obſtat.

212 Trigeſima apud Flam. Rub. † in conſ. 28.
nu. 59. 60. & 61. & ſeq.

Trigeſima prima apud Michael de Accoltis in conſ. 94. ſatis liquidò, per tot. illnd conſ. inter conſil. vlt. volun. vol. 1. vbi ex
213 profeſſo ſe fundat in paupertate † viri, &
totum damnum aſcribit dotanti, quia non prçuidit, nec prouidit conſeruationem dotis, varijſque rationibus per tot. illud conſ. agitur pro muliere.

Trigeſima ſecunda deciſio eſt apud Rol. Cauagnol. in obſer. detrec. Mantſer. ad decr. 73. §. 5. nu. 10. & 11. vbi expreſsè dicit,
214 quòd illa ſola dicitur dotata, † quę dotem
recepit, non quæ poteſt agere ad dotem.

Trigeſima tertia deciſio eſt Surdi in di-
215 uerſis locis in tract. de alimen. † tit. 5. q. 7.
num. 18. deciſ. 229. verum eſt. nu. 16. & amplíſſimè, & ex profeſſo in conſ. 45. excludenda prorſus. nu. 43. 44. 45. 46. 47. 48. & ſeq. vbi ampliat dictum etiam ſi vxor ſciens do-
216 tem datam † tacuiſſet, & reſpondet ad Ca
net. quem ſupra in eod. conſ. nu. 11. quędam
217 modernum Doctorem appellauerat, † de
monſtratque illum toto erraſſe Cœlo.

Demum deciſio ſtatuti Bon. affert nobis infinitas deciſiones, quas hoc loco cõnume-
218 rare poſſumus in fortiorib. terminis, † quia
exigit dotem datam mulieri, & per mulierem viro, ex his quæ de ſtatuto Illuſtriſs. & nobis dilectiſſimæ Ciuitatis Mediol. ob nouẽ, vltra tres in patria ſuſceptos in ea filios, & mitius Cœlum, quo in volnntario exilio quatuordecim annorum, Deo dante, ſortiti
219 ſumus, † ponit Rol. à Val. in tract. de lu
cro dot. q. 6. per totum.

Cęterum ſat prata bibere, & proinde his contenti ad contraria diluenda veniamus, quia hoc ſolum nobis reliquum eſſe vide-
220 tur, † iuxta Philoſophum in 3. Rethor.
quem è noſtris ſequuta eſt gloſ. in c. Abbate ſanè. in §. allegabatur, in verſ. multùm quoque diſtabat. de re iud. lib. 6.

Non obſtat primum, quia imò dotes ſol-
nendas eſſe mulieri dicit apertè ſtatutum ſępius allegatum: & vltra diſpoſitionem ſtatu-
221 ti idem ſuadet paupertas † mariti, l. ſi con
ſtante. in prin. ff. ſol. matr. l. vbi adhuc. C. de
222 iur. dot. & æquitas ne interim mulier † cũ
filijs paupertate ſordeſcat, propter quam ra-
223 tionẽ ſicut dos mulieri reſtitui poſſet, † vt
poſt Anch. docet Nat. conſ. 496. nu. 10. ità & multo magis ſolui: quod ſi dicatur ſolui debere per mulierem marito, vt in ſtatuto, id negamus, ſtante paupertate mariti, per ea quę ſupra diximus, ſecundum quæ intelligi debet ſtatutum, iur. vnlg. quod ſi adhuc inſtetur hoc modo non poſſe verificari verba ſtatuti, reſponderetur, mulierem ergo nõ poſſe excludi, cum tantum dotata excludatur

1 V

datur à successione.
Non obstat secundum, quod sicut verifi-
cari non potest, quòd maritus sit dominus
huius dotis, quæ cõntrouertitur, ità non po-
224 test dici, quòd habeat actionem, † quæ
ideò datur, quia dominus, vt in contrarijs,
& cum statutum dicat, quòd solutio debeat
fieri mulieri, ergo mulieri competit condi-
ctio ex statuto.
Non obstat tertium, quia nullus contra-
ctus præcessit inter maritum, & vxorem in
cuius necessitatem fieri debeat hæc solutio,
225 † quia dos non est de substantia matrimo
nij, Io. Iac. de Leonard cons. 114. nu. 38.
Secundò, quia has fictiones non admittit
226 † statutum, sed requirit dotes solui mulie-
ri, vtsupra latissimè ostendimus.
Demum Ruy. se fundat super scientia, &
patientia vxoris, & ex illa elicit prætensum
mandatũ, quæ præsumptio cadere nõ potuit
in hoc casu, in quo processum fuit ignoran-
227 te † muliere, & mulier erat minor ætatis,
nec etiam tale mandatum facere potuisset
in deteriorationem suarum dotium, vt sup.
Non obstat quartum, quia mulier non so-
lùm non est obligata acceptare actionem
228 † inanem, sed imò acceptare non potest
deteriorando conditionem suam circa do-
tes, & contra cedentem faceret eruditiss.
D. Meus Cost. de fact. scient. & ignor. cent.
1. dist. 44. vt supra.
Non obstat quintum, quia matrimonium
229 non est causa huius dotis, † quia dantur lo
co legitimæ vtsupra, quare cum dictà mu-
lier non dicatur dotata respectu sui, vt con-
siderauit Affl. in c. 1. de succ. feu. nu. 30. de-
bet dotari non obstante matrimonio: sic
enim videmus, quod filia nupta sine dote
230 existens in matrimonio potest petere † do
tes sibi cõstitui, vt post alios tradit Michael
de Accoltis d. cons. 94. num. 30. inter cons.
vlt. volunt. lib. 1.
Neque facit negotium, quòd durãte ma-
trimonio dos debeat esse apud maritũ, quia
231 hic est casus exceptus † ob paupertatem
viri, & vnus ex tribus enunciatis per Rub in
d. cons. 28. nu. 65. & si deberet manere, de-
232 seruiret oneribus matrimonij; † nec mu-
lier maneret in infœlicitate sua, quæ in eo
versatur, quòd sit sine dote, l. fin. in fi. C. de
iur. dot. maximè cùm tot filijs, & filiabus, vt
considerauit Michael de Accol. d. cons. 94.
num. 27. & 28. & in effectu ista est veritas,
quòd nõ potuit maritus præiudicare aliquo
233 pacto vxori circa dotes suas, † quia eo etiã
inuito dos debetur vxori, Decian. respons.
70. num. 15. vol. 5. & facit l. 1. & 2. C. ne vx.
pro mari. D. Menoch. cõs. 806. lib. 9. nu. 22.
Ex his patet iuridicas esse petitiones di-
ctæ mulieris, nec enim fundãtur super amis-
sione soluti, sed super nõ solutione facta de-
biti, & consequenter pronunciandum esse
contra fratres, etiam pro interesse, iuxta di-
234 spositionem statuti Bon. † quia fratres re
ipsa dicuntur constituti in mora post matri-
monium, ex quo ipsa mulier erat minor, &
agitur de debito dotali. l. Titia seco. §. vsu-
rus. ff. de leg. 2. l. in minorum. C. qui ca. in
int. rest. no. est nec. & in terminis docet
Curt. Sen. cons. 29. visis, & diligenter ani-
maduertis ver. ex prædictis infertur. num. 7.

*Ita consului ego Io. Bapt. Cauat. I.V.D. Bono-
niensis, & Aduocatus Mediol. & ita iuris
esse arbitror, saluo &c.*

IN eandem sententiam pro cau-
tione dotis mulieris, transeun-
dũ esse non dubitauerim, ex co-
piosissimis per peritissimum D.
Consulentem deductis; quibus ne simplicis
subscribentis officio fungi videar, vtrumque
Consultationis caput amplectendo, & ne
mea hæc sententia iuribus, rationibusvè, &
authoritatibus destituta prorsus appareat,
addendum placuit, elegans Vlpiani respon-
sum, in l. tutor qui repertorium. §. competit.
235 ff. de administr. tut. in quo † habetur, tuto-
rem teneri de suo, eò quod cum personis nõ
idoneis contraxerit; per quem text. Roman.
cons. 425. inter 16. obligationes tutoris, hãc
nono loco reposuit; cui addimus Io. Bapti-
stam Plot. ad l. si quando. num. 223. C. vnde
vi. alia ad propositum referens.
Et quamuis fratres, qui dotem dederunt
marito sororis, non essent forsan tutores, in-
ficiari tamen nequit, quin dicantur saltem
administratores, seu negociorum gestores,
in quibus cum eadem ratio concurrat, de-
236 bent ad instar † tutorum iudicari in eò
quod inutiliter, & cum detrimento mulie-
ris gesserint, arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & l. à
Titio. ff. de verb. oblig.
Et licet fratres non tamquam tutores, sed

vti administratores dotem marito sororis soluerint, adhuc administrationis rationem
237 reddere † tenentur, l.2. ff. de negot. gest. l.quædam. in princ. cum gl. ff. de eden. & l. ex facto. ff. de negot. gest. qui text. & si loquatur in administratore Reipublicæ, idem etiã esse in administratore priuati, inquit Ias. in l. periculũ per illum text. ff. si cert. pet. Alciat. respons. 319. incipien. breuiter. num. 4.

Et alias regulare est, quòd Procurator, se
238 Administrator teneatur de neglectis, † & de leui culpa, l. à procuratore. C. mand. Alciat. d. respons. num. 4.

Idque præsertim in muliere minore, locũ habere debet, cũ minus cautè processerint fratres ad soluendum dotem non seruatis de iure seruandis.

Minori etenim, vt securè soluatur, debitę vt interueniant solemnitates necesse est, nimirùm vt fiat solutio cum authoritate tuto-
239 ris, vel curatoris † iudicisq; decreto, aliàs non liberatur debitor. l. pupillo. ff. de solut.

Imò non sufficit, quod iudicis; tutorisvè interueniat authoritas, sed necesse est, quod
240 debitor † curet sibi fieri præceptũ ad hoc, vt sine periculo soluat; Vnde debebant dicti Domini fratres in solutione dotis curare, vt ea fieret, cum tutoris, vel curatoris authoritate, iudicisq; Decreto; vel etiam cautius, vt fieret ipsis præceptum per iudicem ad soluendum, aliàs non præiudicatur mulieri; ex his quę tradidimus in tract. de Decretis. lib. 3. tit. 7. inspect. 1. sub num. 2.

At cum in præsenti præcipitanter, nulla diligentia, siue solemnitate adhibita dicti fratres soluerint, non video, quomodo eorum sorori præiudicari potuerit, etiam si ad formam statuti Bononiensis, ipsimet sorori fuisset facta solutio; ob debitas solemnitates omissas, de quibus eadem inspect. 1. sub nu. 2. Et per iniquum prorsus esset, si sorori minori, absque aliqua ipsius culpa, negligentia, vel consensu, damnum aliquod, seu præiudicium adferretur.

Nec potest soror in præsenti casu dici dota-
241 ta, si Vlpiani spectemus † responsum in l. 1. §. cum dos. ibi, sed id quod ad mulierem potest peruenire. ff. de collat. dot.

Vbi etiam dici posset, quod esset dotata,
242 si dos consumpta sit, debere eam † iterum dotari, probat Angel. de Gambell. conf. 95. viso dicto puncto, per totum, vbi pro sorore aduersus fratres, eos ad iterum dotandum teneri consuluit, etiam si dotando in aliqua culpa non fuissent: Quoniam (inquit) non est inspiciendum, an dotans fuerit in culpa, nec ne, sed vtrum dos fuerit ammissa culpa ipsius vxoris, per text. in Auth. quod locum. & in corpore vnde sumitur. C. de collat. &
243 culpã mulieris non interuenisse dicit, quãdo illa ex se ipsa, se non maritauit, & quando non dilapidauit; quæ duo proposito casui perbelle adaptantur, quoniam dicta soror nubendo, secuta est consilium fratrum, qui eam nuptui collocarunt viro, quem nũquam prius ipsa nouerat; Nec dilapidasse potuit, quia prius pecuniæ receptæ destinatæ erant ad soluendum æs alienum, quàm exactę fuissent; Ex quibus cum alijs per acutissimum doctissimumque D. Consulentem latiùs deductis, secundum hanc opinionem ad sororis fauorem pro cautione dotis, iudicandum esse censeo.

Ego Octauius Simoncellus Calliensis I.V.D. & Eques, in Archiepiscopatu Mediolani in Ciuilibus Vicarius, & Iudex Metropolit. In quorum fidem libentissimè subscripsi, & solito sigillo muniri iussi.

Locus sigilli.

NOb. hæc mulier non dicitur dotata etiam si dos pro ea fuit soluta marito, & mariti patri, quia statutum vult dotes dari ipsi mulieri, idque suadent multæ rationes, & decisiones.

Et in primis, quia, vt quis consequatᷓ cõmodum ex facto qualificato nõ attendit factũ,
244 † sed q.d debuit fieri. l. nemo. C. de sent. & interlocut. omn. iud. Crau. conf. 171. nu. 16. & 320. nu. 5. Feder. de Sen. conf. 152. nu. 3.

Secundò, quia non est nouum, quòd factum etiamsi non possit haberi pro non facto, & lex non possit facere, quod factum sit
245 infectum secundum veritatem facti † Bar. in l. non dubium. num. 14. C. de leg. Dec. in l. verum est. ff. de reg. iur. in tali casu in quo forma iuris contempta manet factum habe-
246 tur pro non facto, quò ad effectum † iuris Abb. conf. 17. col. 2. in princ. lib. 2. qui effectus in exclusione consistit.

Tertiò, quia solutio quæ fit mulieri, & solutio quæ fit per mulierem marito habet di-
247 stinctas † rationes Macabr. conf. 22. num. 76. imò distinctos effectus d. l. si pro te, cum alijs

alijs supra allegatis.

Quartò, quia non est nouum, quòd, & si maritus vult, consequatur ex persona vx. quod ex persona sua consequi non posset,
248 † vt in multis instantijs comprobari possit Ias. in l. si emancipati. num. 5. C. de collat. Bald. in l. præcipimus. §. eodem modo. C. de appell. Abb. in c. de quarta. num. 9. de præscript. Alex. cons. 109. num. 8. & cons. 122. num. 3. lib. 4. & cons. 9 t. num. 10. & 109. num. 8. lib. 4. Bal. cons. 407. nume. 4. lib. 1. cons. 394. in fin. lib. 3. & cons. 40. lib. 4. diuersimodè exemplificat dictū Castr. cons. 450. visis statutis. num. 2. lib. 1. & in his terminis potest dari instantia illa de marito, qui agit ad recuperationē fundi dotalis per eum venditi.

Quintò, quia rigorē seruare contra hosce fratres summa est æquitas, posteaquàm con-
249 temnunt † vinculum perfectionis. & funiculum & mundi, charitatem, quam sic appellat Bald. in cons. 443. ius naturale, num. 2. lib. 3. hoc est charitatē, quæ clamitat pro-
250 ximos † seminis tui, ne despicias si egere eos cognoscas: melius est enim, vt tu ipse tuis subuenias, quib. pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut postulare subsidium, cap. nisi, de auth. & vs. Pal. & docuit Anchar. in cons. 346. num. 2.

Sextò, quia rigorem seruare ad vnguem
251 æquitas est † in his in quibus lex disponit ad euitandas fraudes, ideo rigor seruandus est, qui in se æquitatem continet. Mat. Ant. post Nat. lib. 2. resolut. resolut. 8. num. 23.

Septimò, optimo dilemate cōfunduntur fratres: aut maritus est soluendo, & nihil sibi deperit si mulier contendat dotes secundum formam statuti, quia maritus tenetur tali casu ad restitutionē dotium ex quo cau-
252 sa reducitur † ad non causam l. cum hæreditate. C. de hæred. & act. vend. l. si venditor. ff. de hæredit. act. Rot. Gen. decis. 36. in fin. vbi alia allegat. si non est soluendo im putent sibi per ea, quæ latissimè, & doctissimè, iux. veritatem iustitię deducta fuerunt, per eruditissimum, & diligentissimum Aduocatum, cuius dictis ideo libentissimè subscripsi sentiens mulierem eo casu, quo non fuit seruata forma statuti rectè agere, etiā si maritus esset soluendo, quia habet iustam causam à lege approbatam cur paratam do-
253 tis actionem † non acceptet. & fratribus, sine dotantibus nihil deperit, quia remanet cond tio sine causa prædicta, & per ea, quæ in his terminis tradidit Castr. cons. 355. videretur in fine lib.

Hieronymus Saracenius I. V. D. Protbonotar. Apostolic. & Vicar. Crimin. Cur. Archiepisc. Mediol.

NVnquam sic fuit certus Castr. in cons. 140. lib. 2. & Rom. in cōs. 92. & 174. & 241. & 246. qui nimis claras consultatio-
254 nes † suas existimarunt prout & ego, visis ac perpensis rationibus tātotum virorū, qui ante me scripsere, & qui verba mihi præripuerunt certior redditus sum consultationem præstantissimi viri omni dubio carere, nec existimo quemquā sani capitis contrarium sentire posse, quia aut pōt dici dotata: aut non: aut simpliciter parata actio, seu parata dos, & primo casu natura ipsa clamitat,
255 qui dat causam damni † damnum ipsum dedisse videtur. l. qui occidit. §. penult. ff. ad leg. aquil. cap. fin. de iniur. etiam in foro poli. Io. And. in c. quamquam de vsur. Abb. in c. fin. in 1. not. & in c. ingressus de iniur. & ad propositum nostrum optime seruit Bar. in l. rebus in prin. ff. sol. matr. imò credo etiā teneri omnes qui consuluerūt sic impruden-
256 ter dotes solui, quia & consulens † damnū tenetur ad emendationem, Felyn. in cap. sicut dignum. num. 13. & 14. & in cap. tua nos ex. de homicid. & persuadens alteri te-
257 netur ad interesse † si læditur ex actu facto persuasionibus illis, Rim. iun. cons. 184. num. 13. lib. 2. & 228. num. 35. eo. lib. 2. Secundo casu si non potest dici dotata, prout verè non potest dici dotata, repugnantibus statutis, vt supra perpensis, præsertim, quia medium habile ad transferēdum dominiū, quod requirit statutum, scilicet traditio ipsi mulieri defecit, nulla lex, nulla ratio inueniri potest, quæ filiæ naturali, & legitimæ, quæ Rebecchæ exemplo, iuxta antiquum Euripideum in nuptijs sequuta est iussa suorum, & quem numquam nouerat duxit in maritum, dotes crudeliter deneget, eamq; sic destitutam in tanta miseria, & infœlicitate dimittat, vel, quæ, tantisper ad iniustam miseri-
258 cordiam † pro fratribus cum discrimine tot paruulorum innocentium, quorum Angeli in conspectu Dei iustitiam expostulant, moueat. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. cap.

cap. damnū eo. tit. in 6. Roman. & Apostil. in consf. 475. num. 2. Tertiò casu, nec dicta mulier prūdenter potest velle acceptare, &
259 si imprudenter † vellet, prudentia legis vetat. l. Atrilicinus. ff. de iur. dot. cum alijs supra latè deductis, & ita &c. in quorum fidē libenter huic veritati iustitiæ tanta pietate coniunctæ subscripsi, & subsignaui.

Claudius Vaccarius Bon. I.V.D. & in Curia Archiepiscopali Mediolani Iudex.

Requisitus, vt si censeo iuridicam prædictam consultationē Clarissimi I. C. Bononiensis D. Io. Baptistæ Cauatij, ei subscribam; adhibui diligentiam pro veritate detegenda, quam ille eruditissimus tuetur, ideo libenter subscribo exaudiendam dictā mulierem Nob. quoniam ex tenore instrumenti constat, vel de malitia, vel de negligentia fratrum: nam vt docet experientia à
260 qua licet arguere † clem. dispendiosæ de iud. cap. quàm sit de electione. lib. 6. non solet prudens, ac beneuolus frater erogare iuueni bona non possidenti, dotem absq; cau-
261 tione præsentanea, † ideo cum verbali promissione de implicando, de dando fideiussorem crediderint, non egerunt cautè. l. quoties, qui satisd. cog. & sit perspicuū, quod vel dolosè, vel oscitanter egerunt, quia benè sciebant, quòd si cautionem non habebat sororius de præsenti, non etiam verisimiliter reperijsset, neque dedisset in futurum, quoniam non præsumitur, quòd intra bien-
262 nium† debeat, quis fieri diues, sunt enim probandæ diuitiæ, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 525. num. 7.

Hoc stante succedit communis conclusio nitens ęquitate scripta, quòd quando pater, & pari ratione frater non est diligens pa terfamilias, dùm dat dotem non existenti soluendo, non recipiens præsentaneam assecurationem, perinde est, ac si non dotasset, adeò vt cum dicatur per eius culpam dos amissa, iterum dotare teneatur; nam culpa
263 debet solùm nocere † culpanti non alij. l. si dotem vbi Salyc. C. de iur. dot. l. damnum. ff. de reg. iur. & in indiuiduo respondit Michael de Accoltis consf. 94. num. 12. 16. 18. 22. 23. fol. 99. in libro primo diuersorum pertinentium ad vltimas voluntates Mediolani. 8. Nouembris 1605.

Laus Deo, & Beatæ Virgini.

Alexander Raudensis I.C. Collegij Mediol.

Locus O. sigilli.

Nimia credulitas fratrum nocere debet illis † non sorori. l. nimia credulitate.
264 C. de act. & oblig. & cùm ipsi fecerint cōtra legem statuti Bon. soluendo dotes marito, non vxori, non debent habere beneficiū
265 legis, vt soror excludatur, tamquàm † dotata. l. filio patroni. ff. de rit. nupt. & in terminis extat decis. Alex. in consf. 103. num. 14. vol. 3. vbi dicit, quod si statutum excludit dotatam, quæ dotes suas recipit, oportet probare, quod dos ei fuerit actualiter numerata, & illam decis. sequitur Brun. in sæpius citato tract. de stat. exclud. fœm. art. 6. num. 3 & Soc. consf. 92. num. 5. vol. 1. addo Bec. consf. 53. col. penult. & Peregrin. qui multùm distinctè loquitur consf. 79. num. 51. & tanto magis adducta interpretatio recepi debet, quia tendit ad occurrendum fraudibus, quo
266 casu † non curat, etiam si sequatur nullitas actus, iuxt. Dec. & Ruin. quos sequitur Cœphal. consf. 421. num. 59. lib. 3.

Rursus, quia ordo præfixus solutioni per statuta Bonon. vt prius fiat ipsi mulieri, & post per ipsam mulierem viro, & quæ vltra ius commune addita sunt, dū pręcipuè actio, seu conditio ex statuto relinquitur ipsi mu-
267 lieri, quę alias marito† competeret, Corn. consf. 26. num. 3. vol. 2. Cœphal. consf. 150. num. 42. vol. 2. Gallin. consf. 4. nu. 14. Parisi. consf. 67. num. 67. volum. 1. Honded. consil. 41. num. 10. vbi inquit, quod viro non vxori constanto matrimonio dos solui debet, Flam. Rub. consf. 28. Nob. D. Io. Ant. nu. 72. & denique magnū præiudicium ipsius mulieris, de quo in tali actu tractatur, ostendūt omnia esse de forma, iuxt. Bal. Dec. Alciat. Calcan. Imol. Marsil. Crau. Bart. Aret. Ias. Felyn. & alios quos nuncupatim refert & sequitur Cœphal. in dicto consilio 421. numero 34. 37. 38. & 39.

Quare requisitus quid sentiam, ingenuè dico, quòd non solum nimis credulos, sed etiam crudeles existimo hos fratres si sic pe

prium ſanguinem ſororis, ſcilicet & nepotum, maritumq;, cujus bona voluntate etiã ipſi ab his difficultatibus eripi potuiſſent, cõ
268 temnant: & ſicut lex eorum conſiliũ † non ita exactè approbat iux. Corn. in conſ. 170. num. 7. lib. 2. Alciat. reſponſ. 57. nu. 2. & Menoch. conſ. 3. nu. 5. lib. 1. ita huius Nob. mulieris votum, & copioſiſsimè, & eruditiſsimè deducta per ſupraſcriptum D. cõſulentem, & alios celeberrimos patres ſummè commẽdo, in quorum fidem, & teſtimoniũ, &c. Mediolani die 16. Februarij 1606.

Io. Baptiſta Sormanus ex Collegio Dominorum Iudicum Mediolani.

MAgna fuit cura ſtatuentium, ne deciperentur mulieres, dãnumuè aliquod paterentur circa illarum dotes, idque oſtendunt omnia verba ſtatuti; quia conditionalia, ibi fuerit ſoluta, & ſic formalia,
269 † Bal. in auth. matri. & auiæ. numero 3. C. quan. mul. tut. offic. fung. poſſ. quia præciſa, & enixa, ibi ipſi, eſt enim dictio, quæ demonſtrat perſonam diſtinctã veluti ad ocu-
270 lum, & quæ non patit † egreſſum de perſona ad perſonam. l. prima. C. de eden. l. tertia. C. quan. fiſ. vel priu. eſt gloſ. not. in §. fuerat inſtit. de act. & docet Bal. in conſilio 304. libro quinto. Iaſ. in l. filius familias. in §. Diui. numero 151. ff. de legat. primo. vbi Feder. Leaz. numero 188. & Rip. numero 111. Gemin. conſilio 28. Roland. à Val. conſilio 61. numero 21. libro tertio. & conſilio 97. numero 21. libro quarto. Grat. conſilio 76. numero 11. libro primo. Celſ. Vgo. conſilio 20. ver. corroborat. numero 38. & Menoch. conſilio 82. numero 118. volumine primo. quibus addi poſſunt. cumulat. per Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloſ. ſexta. numero vigeſimoquinto. Rurſus, quia miſterioſa ibi mulieri, ibi, & per mulierem per illa enim excluditur ſolutio, quæ fieret virgini, ſiue in ſponſalibus de futuro, ſiue poſt matrimonium ratum, & ſolum admittunt pro legitima ſolutione illam, quæ
271 fit mulieri nuptæ, † & viro copulatæ, quia in ea ſolùm propriè verificantur illa verba mulieri, & per mulierem. l. quæritur. §. mulierem. ff. de edil. edict. iux. illud Cicer. cras mulierem reddam, cum ſimil. cumulat per

tam.

Plot. in l. ſi quando. numero 340. C. vnde vi. & hoc, quia hic eſt ſtatutus, in quo mulier difficilius decipi poteſt, & ab obligatis ad ſoluendum dotes, & à marito ſuo. Non enim metuit imperium obligatorum, non agitatur à deſiderio nuptiarum, non perterritur à timore impedimentorum, & magis diſtat à cæcitate ſæpe reſultanti ex illa opinione virg. quæ dulcius exiſtimat. quod non deguſtauit, & demum præſidio ſoluentium, & mariti in fragilitate muliebris conſilij integratur. Quare iuſtiſsimè, & æquiſsimè cõcluſum fuit per ſupradictum eruditiſsimum virum, fratres teneri ad dotes, ſororij ſine ſolemnitatibus ſtatutorum ſolutas, & ita in terminis conſuluit Socin. iun. conſilio decimoſexto, libro ſecundo, Cæphal. conſilio 160. Magnificus D. Boſsius, numero octauo. libro ſecundo. vbi allegat multa alia, quę faciunt ad propoſitum, & remouet contraria, & oſtendit etiam hypothecaria per mulierem agi poſſe.

Alexander Teſſera Aduocatus Mediol.

Ego Aſcanius Grazzanus I. C. & publicus legum profeſſor in Ticinẽſi Gymnaſio, de ſubſcriptione requiſitus, ita de iure eſſe, prout ad fauorem D. Iunipere per Excellentiſſimos Iureconſultos D. Cauatium, & D. Simoncellum & alios concluſum fuit, exiſtimo, & atteſtator propter multas rationes, ab eis allegatas; quas hic repetere non eſt opus, ſaluo &c.

DE CASIBVS IN QVIBVS NON POTEST CRIMINALITER PROCEDI.

Commentum super Decreto quando delictum habet originem à contractu. praestantissimi I C. Io. Francisci Ponzinibij Placentini, cum additionibus I C. Francisci Bernardini Porri Aduocati Mediolanensis, ac nonnullis Responsis ad Constitutionem Med eiusdem fere tenoris.

POSTVLANTIBVS erebro querimonijs nonnullorum contra quos criminaliter processum est, & proceditur tam per te quàm diuersos alios sufficientes, & officiales nostros siue per accusam aut querelam, vel denunciam ex qua quod assertum delictum pro quo processum est, & proceditur sumatur ex negotio quod originem habuerit à contractu, quod fuit & est penitus alienum ab intentione nostra dispo suimus legē imponere sub qua quisque clarus ad modo sit qualiter in talibus se habere NE NOSTRI SVBDITI exasperante malitia opprobriose vexentur, fatigenturque plusquam patiatur debitum rationis propterea hoc edicto, & decreto nostro qđ pro lege haberi, & inconcusse seruari perpetuò volumus, & in volumine aliorum decretorum Ciuitatis nostræ Mediolani volumus scribi,& inseri ad contextum,& literarum prout iacet, Edicimus decernimus & mandamus, qđ per te nec per aliquem ex iudicibus curiæ tuæ, nec per officium alicuius executoris, & Vicarij nostri etiā Capitanei iusdicētis, & officialis nostri in Ciuitate, & Ducatu nostris Mediolani quicunq; sit & pro ipe erit circumscriptis etiā omni bailia, & arbitrio qđ & quæ haberet vltra dispositionem iuris, de cętero non possit nec debeat sub pęna indignationis nostræ criminaliter procedi per querelam denunciā vel accusam, nec quouismodo contra q̄uis personam pro aliqua re vel causa seu asserto delicto, q̄ vel quod summi possit ex negocio qđ originem habuerit in contractu, & sapiat naturam contractus, & quantumcunq; processum foret eiusmodi processus pro nullo habeatur, & nullius efficaciæ sit valoris, & momēti faciendo decretum id sono tubæ præmisso ad scalas pallatij Broleti noui communis nostri Mediolani &c.

Hoc decretum est iuris communis imitatiuū quoniam, & de iure communi quandoq; propter contractum quis excusatur à crimine tex. est in l. si adulterium cum incestu vers. nouumq; & ver. Imperatores cum seq ff. de adul. & bon. tex. in l igitur ff. de lib. causa vbi seruus excusatur si gessit se pro libero, quando præcessit testamentum in quo accepit libertatem, vel vindictam, licet inutiliter, & ideo glo. in vers. illicitū dicit, quod in delictis parcitur si bonam babent originem, idest fauorabilem causam, vt est cōtractus quinimo ex qualibet causa etiam iniusta quis excusatur à dolo, vt illis iuribus, & dicetur infra item quia regulariter pro negotio quod pro defensione rerum, vel iurium agitur quis à crimine excusatur l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arm vbi glo. Bar. & Docto. in l. vt vim ff de iust. & iur. & in l 1. C. vn. vi. Bar. in l furem. ff. ad l. cor. de Sicca. tex. & ibi Bar. in l. deuotā C. de metha. lib 12 Bar. in l. prohibitā. C de iu. Fis. l. b. 10 & per Can. in c interfecisti, & in c petitio extra de accus. Et vbi ciuilis quæstio est criminis exclusiua, vt quando est opposita exceptio dominij, vel proprietatis, quæ habet exclu dere crimen, illa est ciuiliter dirimenda. l. 1. in fin. C. de abig. l. plag j 2. C. ad l flau. de plag. l. præses C. eo, & quæ not. in l. quoniam Alex. C. ad l. Iul. de adul. Ergo ad instar iuris communis est intelligendum l. 2. C. de noxa. l. fin. §. in computatione C. de iu. delib. & ibi Glo. Bar. & Docto & per Ang. in cons. 267. & probat. tex. in c. dile-

ctus

ctus extra de con. Paul. de Castro in cons. 257. in pri. parte. nou. per Alex. in l. si quis prior col. 3. ff. ad treb. vbi dicit idem in statuto, quod venit ampliatiue ad ius commune sicut facit hoc decretum in quãtum iubet ciuiliter procedi debere quoniam & tale statutũ debet interpretari secundum ius commune allegat Bal. in Rub. extra. de ca. pos. & propr. col. si. & idem in statuto correctorio, vt per Alex. in l. postulante col. 3. ff. ad treb. & in l. 4. §. Prætor ff. de damn. infe. vbi etiam ponit quid si statutum continet idem quod ius commune de quo etiam per eum in l. 1. ff. ad l. fal in prin. & Fel. in c. 1. col. 2. de præscrip. & sic est pluribus modis declarandum.

Et primò, vt non habeat locum in contractu rei vilis, vel modicæ quantitatis per tex. in l. si ex plagijs §. tabernarius ff. ad l. aquil. vbi tabernarius qui effudit oculum exportanti lucernam ideo fuit excusatus quia fuit primum percussus ergo à contrario sensu si non fuisset primo percussus non licuisset ei per exportationem lucernæ percutere, & propterea Bal. in l. 1. C. loca. in petijs nouis dicit quod per exportationem rei vilis non licet occidere nec vllo modo percutere. refert & sequitur Fel. in c. interfecisti extra. de homi. & not. Moder. Papien. in d. l. vt vim & Math. in not. Not. q. leges & per D. Antoniũ Camerinũ in tract. de deb. susp. & fug. vers. 3. prin. in fin. confirmet quod voluit Bal. in auth. sed iam necesse C. de don. an. amp. vbi. not. decidit quod statutum quod suspectus de fuga possit capi pro debito priuato non habebit locũ in captura modici debiti, quod exclamat Rom. in cons. 330. & melius in sing. 92. Dic mihi tu habes & sequitur Cur. in tract. suo de seque. in 6. quæst. sic etiam quia immunitas cõcessa alicui non extenditur ad minima, vel vilia. l. decurio fortunam C. de decur. lib. 10. quam allegat Rom. in suis sing. & per Alex. in cons. 104 lib. 1. vbi per eum multa quod in statutis non comprehenduntur vilia, vel minima, & multa etiam per D. Anton. vbi supra, & per Ang. in tract. malef. in gl. in ver. exiuit sanguis, & in vers. incendiario vbi etiam Ang. allegat multa in oppositũ, sed quicquid dicat hæc declar. per suprascriptum redditur vera. Et facit quia in remedijs extraordinatijs non curatur de minimis. l. scio ff. de mino. & c. pen. de reb. eccl. non aliæ, sicut etiam non appellatur, vt in auth. de appell. & intra quæ tempora col. 4. canonizata 4. q. 6. Anteriorum & not. in c. 1. de appell. vbi tamen est tex. quod de iure cano. secus, licet secundum Abb. hoc etiam probatissimo iure nõ expediat per tex. in arg. in cap. vnico de sindico vbi pro patuo incõmodo decet à strepitu iudiciorum abstinere quia suadet Apostolicus potius pati iniuriam, & fraudem q̃ cum fratre, idest Christiano contendere, & dicunt Fel. & Mathes. vbi sup. quod res vilis dicitur à duobus aureis infra per l. si oleum §. is qui ff. de dolo vnic. l. si adulterium cum incestu. §. liberto ff. de adul sed alibi aliter dicitur vt in c. d. appell. extra de appell. & in c. anteriotibus 2. q. 6. vbi glo. dicit quod etiam minima causa dicitur q̃ est 10. aureorum ff si cui plusq̃ per l. falc. l. 3. § quis, vel quinquaginta sol. vt l. 1. C. de defen. ciu. & ideo est dicendũ. vt etiam dicit Bar. in d. §. quis hoc esse arbitrarium iudicis, & facit quod dicit gl. in auth. præterea C. vnde vir. & vxor vbi glo. idem dicit si q̃ratur an quis dicatur diues, vel pauper quia est arbitrarium, & qđ etiam dicit glo. in l. sed & si susceperit ff de iud. in ver. modica vbi etiam Bal. & Ang. & ibi causa magna, vel breuis dicitur secundum qualitatem personarum, & not. Bart. in l. ad monen. col. antepen. ver. est aduertendum ff. de iureiur. & ideo vt etiã ipse dicit causa decem aureorum inter alia esset magna, & causa centum aureorum inter alios esset pauca, quod etiam reperit in d. l. sed & si susceperit §. 1. de iud. & facit quod dicit glo. in l. illicitas in ver. Inminum ff. de offic. præsi. dum dicit quod homo tenuis seruat porcellum tanquam oculũ eius, & tamen in d. §. 1. dicit Reginam Matildam dixisse se donare aliquantulum terræ, & tamen donabat decem millia iugera terra, quæ faciunt vnam maximam quantitatem.

Secundò dummodo probetur inquisitum, vel accusatum habuisse tempore asserti commissi, delicti notum illum contractum, & se ita eius causa motum ad sic faciendum, & quod nisi fuisset ille cõtractus ita non fecisset per not. per Alex. in cons. suo 103. col. antepen. in fi. lib. 1. vbi dicit quod ita demum causa leuis, vel colorata excusat à dolo si illa causa fuit tempore

pore cōmissi delicti nota delinquenti, & probet se ita fuisse motum, & quod nisi fuisset illa causa ita non fecisset per tex. in l. qui cum vno ff. de re mil. & dicitur not. per Ang. imo & expressius per Cum. in l. ex consensu § fi. ff. de appell. & not. Cur. in l. 1. §. hoc autem iud. ff. si quis iusdic. non obtemper. vbi et allegat Butrig. in l. plagis C. ad l. fau. de plag. & sensit Bal. in cons. 144 ille qui iusta ratione lib 4. vbi dicit q. ad hoc vt quis excusetur à furto, vel rapina ratione alicuius tituli necesse est quod probabiliter credat se dñum & cogitatione dñi rapiat allegat. l. apud antiquos C. de fur. & facit quia in maleficijs q d stinguunt voluntas & propositum. l. qui iniuriæ ff. de fur. cum concor. allegatis in gl. & l. illud §. pen. & fi. cum l. seq. de min. princi cipale propositum est attendendū l. verum in prin. & l. in furti §. fi. ff. de fur. & p Alex. plene in cons 1 1 2. in 2. & Bar. in d. l. verū, & Pau. de Ca. in cons 27. visa inquisitione in antiq. & Alex. in cons. 1 col. 5. lib. 3 & illud probandum, vt not. glo. in d. l. illud probandum, vt not. gl. in d. l. illud in ver. per iocum ff. de min. vbi dicit q. si aliquis dicat q. percussit per iocū debet probare, ne teneatur actione iniuriarum, & fac ūt not. per Bar. in l. inter omnes. §. recte ff. de fur. vbi non excusatur fur si dicat se credidisse dominum permissurum nisi ostēdat aliqua indicia verisimilia propter quæ sit credē dum ipsum putasse dñm permissurum. quod etiam tenet Alex. in cōs. 1. col. 3 lib. præallegato, & in cons. 24 lib. 2. & Aret. in c dilecti col. 2. de accu. vbi per eū dicitur quod in §. recte regula quæ dicit, quod vbicunq; aliquid potest dici factum altero de duobus modis vno licito & alio illicito in dubio præsumitur factū tempore, vel modo licito. l. merito ff. pro socio & Bar. in l. non solum §. sed vt probari ff. de nou. oper. nun. habet locum nisi præsumptio iuris sit contra facientem: vt quia attentat aliquid quod est de genere prohibitorum, vel alia præsumptio oriatur ex alio capite, & consuluit Pau. de Ca. in cōs. 24. in antiq. & Alex. in l. de tutella in fin. C. de in int. restit. min. sic ergo patet quod propter contractum ita fecerit, vel motus sit ad faciendum. probari debet ad quod etiam faciunt quæ dicam infra in oct. restrictione ad fi. & propterea infertur quod cum in hærede præsumatur ignorātia gestorum per defunctum l. qui in alterius ff. de reg. iu deberet hæres probare se habuisse notum contractum defuncti, & ita se fecisse illius causa, & idem in eo cuius admi nistrator gessisset negotia, vel cōtractum eo absente, vel in pupillari ætate existente, sed an super tali scientia, & animo stan dū esset iuramēto eam proponentis, & allegantis per not. per glo. in § aliæ inst. de act. viden. sunt not. per Bar. in d §. recte, & per Aret. in d. c. cum dilecti in 2. col. de accu. & per Cep. in cons. 21. col. & cons. 24. & Alex. in l. 1. §. per procuratorem ff de acqui. poss. & cons. 127. col. pen. lib. 4. Fel. in cap. cognoscentes col pen. de constit. & plenius in c. significasti de homicid. vbi ponit reg. cum tribus lim. & per eundem in c. si vero 2. de sent. ex com. Adde Ias. in l. pro hærede col. 3. num. 15. ff. de acq. hær.

Tertiò, vt nō habeat locum vbi cōtractus esset ipso iure, & notorie nullus & reprobatus per not. per Aug. & per Imo. in d. l. ex consensu §. fin. de appell. & Alex. in d. cons. 103. lib. 1. & per Curt. in d. §. hoc auctoritate iudicium vbi idem dicunt de causa iniusta reprobata in iure ciuili notorio, & indubitato quia non excusat, à dolo sicut etiam non excusat quæ à iure naturæ est reprobata l. 2. cum ibi not. C. de in ius voc. per Ang. in l. prætor §. hæc autem verba ff. vi bon. rap. & Ant. de Prato in cons. inserto inter cons. Barbat. num. 27. lib. 1. in fin. per Cep. in cons. 21. col. 7. & cons. 24. col 2. Alex. vbi etiam alij moder. in l si quis id quod ff. de iurisd. om. iud. in princ. & dicit Alex. in d cons. quod procedit etiam in rustico minore milite, & muliere, quia nec in eo psonæ excusantur à dolo in iure naturali, vel ciuili indubitato, quod etiam tenet glo. de iure naturæ in l. si quis in tantam C. vnde vi & Ang. in d. l. plagis Cep. vbi supra docto. in d l. 2. & per Bal. in l. 1. C. de inter. matrim. & facit quia lex, vel statutum loquens de aliquo actu, vel contractu intelligitur de valido & non de inualido, & reprobato vt l. non putauit § non quæuis ff de contratab. & bon. tex. in l. si autem nullus & ibi Bal. C. de leg. hær. vbi nihil & inualidū æquiparantur. l. 4 §. condemnatū cum ibi not. per Bar. ff. de re iud. per Rom. in cons. 194. & cons. 67. cons. 42. & consil. 204. Paul. de

Cast. consil. 75. in nou. vbi idem dicit de contractu simulato, quod videtur notabile pro contractibus à statutis, vel aliter de iure reprobatis, vt quis non possit se iuuare vigore dicti decreti allegando rem habere originem à contractu, & sic non esse procedendum criminaliter, & præsertim vbi pro causa criminali veniret imponenda pœna pecuniaria, quia saltem à tali pœna non excusat iusta causa nec lata culpa, vt habetur per Docto. in l. iuste possidet ff. de acquir. possess. & ibi Alex. & in consil. 119. colum. fin. lib. 2. & propterea dicunt quòd decretum Iudicis inualidum non excusat à pœna pecuniaria, & per Aret. in cap. ad petitionem de accus. vbi etiam Fel. sicut etiam nec bannũ nullum excusat ab homicidio quia error iuris non excusat à lata culpa secundum Bar. in l pen. ff. de adul. cum concor. traditis per Fel. in c. quæ in ecclesiarum col. 3. de const. Cep. cons. 6. & cons. 39. col. pen. & Alex. cons. 77. lib 3. & faciunt not. per Fel. in c. cognoscentis col. 3. de const. vbi plene per eum quod ignorantia iuris procedens ex lata culpa non excusat delinquentem, & æquiparatur dolo l. magna culpa ff. de reg. iur. l. quod nerua ff depos. cum prelib. lim. & per Bar. in l 1. ff. si quis test. lib. esse ius fuer. & faciũt not. per Fed. de Senis in cons 211. ex cuius tamen dictis colligitur hoc verum procedere dummodo tale bannum non sit nullum ex omissione secretæ solemnitatis, quia tunc videtur quod bene tale bannum habeat excusare quia omissio talis solemnitatis secretę nihil ad scientiã, vel ignorantiam, est enim differentia secundum eum inter omissionem solemnitatis apparentis, & secretæ ad q̃d allegat multa iura, & not. per Io. And. in mercur. extra de reg. iur. non est in solu. quæstionis, & tenuit in terminis Bal. in l. 1. C. de pen. vbi etiã Alex. in add. ad Bal. allegat Salyc. quem etiam dicit tenere in l. eum qui duas C. de adul. & Bal. in l. ex morte C. ad l. aquil. & mouetur Bal. per d. l. si quis legitimum, & per l. si quis § testium ff de pęn. & comprobant not per Bar. in l sed & si lege §. scire ff. de pet. hær. vbi dicit q; faciens cõtra iura interdictoria, vel prohibitoria aliquorum actuum, & sic cũ tit. reprobato à lege, vel statuto præsumitur in mala fide, l. quemadmodum C. de agric. & cęu. lib. 11. vbi etiam Bar. idem not. & extra. de reg. iu. c. qui contra secus vbi iura non prohibent, nec resistunt actui, nec assistunt, quia tunc errans in tali iure non præsumitur in bona, nec in mala fide per tex. in d. §. scire quia ita intelligendus est dum dicit, & nõ puto hunc esse prædonem qui dolo caret, quamuis in iure errauerit, ad idem quia etiam vt dicit Bal. in l. error col. 3. ver. venio ad quæstionem C. de iur. & facti ign. in delictis non excusat supina ignorantia, vel simulata. l. nec supina ff. de iur. & fac. ign. l. constitutiones C. eo & ff. de abig. l. 1. in fi. Io. Andr. in reg ignorantia vbi etiam Din de reg. iur. in 6. Rom. in cons. 59. vbi etiam dicit quod ignorare statuta Ciuitatis propriè est supina ignorantia, & Ang. in cons. 288. viso themate col. 5 circa fin. & facit quòd dicit Bal in l. leges. C. de legi. vbi dicit quod quotiescunq; ius ciuile trahit originem à naturali iure siue à naturali æquitate quæ est secundũ naturam aut à iure gẽtium mere positiuo quod est quodammodo ius gentium propter generalem consuetudinem semper præsumitur dolus in faciente licet aliàs pręsumeretur lata culpa l. lata culpa ff. de verb. sign. l. liberum §. notãter ff. de his qui not. infam. l. si quis id quod §. doli ff. de iurisd. om. iu. l. si quis in graui §. si quis ignorans ff. ad Sillan. l. si adulterium §. 1 ff. de adul. & Rota in decis. 449. refferendo Bal. quod allegare ignorantiam eorum quæ publicè nota sũt est allegare turpitudinem suam, & dolum præsumptum refert Fel. in d. c. cognoscentes col. pen. de cõst. t. & dicit Ang. in d. cons. 288. quod licet alias ignorantia etiam iniusta excuset à dolo, & sic etiam contractus inutiliter gestus, quod tamen hoc non est dicendum in casu vbi quis nõ præsumitur ignorasse, quæ dicit se ignorasse, vt est in casu notorio, & sic in statuto promulgato aliàs vnusquisq; secũdum eum de facili grauissimam pœnam euitaret allegando eius ignorãtiam. Quod non est dicendũ cũ præsumptio scientiæ degeneret contra pro quo faciunt not. per Bar. in l. 1 ff. de recept. & in l. si cui. §. 1. ff. de accus. & per Cępol. in cõs. 13. col. 5. vbi dicũt quod scientia præsumatur etiã de eo quod est notũ publ. in loco vicino, q̃d etiã tenet Rom. in cons. 59. vbi dicit habere locum

etiam

etiam si post publicationem quis venit ad habitādum in loco vbi facta est publicatio, Et idem si in eo multum conuersaretur, secūdum Gaud. in lib. malef sub Rub. de reb. nō portan. contra decretum col. 5. ver. sed quomodo poterimus, & dicit Fel. in dicto c. cognoscentis col. pen. quod nec in tali casu stetur iuramento dicentis se ignorasse, sed opporteret prius plene probare iustitiam ignorātiæ, vt quod tempore talis publicationis fuisset absens infans carceratus, & huiusmodi facit ad p̄dicta etiam quod dicit Bal. in auth. omnes Peregrin. C. communia de success. vbi dicit quod nec statutum inualidum excusat delinquentem sicut nec statutum cassatum, vt per eundem in auth. Nauigia C. de fur. ergo nec consequenter contractus reprobatus, verum quia vt dixi iusta ignorantia potest probari ex causa puta absentiæ minoritatis, incarcerationis, vt dicit Fel. vbi supra. de quo etiam per Rom. in cons. 59. Est aduertendum quod tamen reus non posset probare eam per procuratorem quia non potest talis exceptio examinari seorsum à crimine l. 1. & l. præses C. ad l. flau. de plag. & per not. per Bar. in l. pen § ad crimen ff de pub. iud. & per Bal. in l. reos C. de accus. ita Cep. cons. 59. col. fi. & per Nellum de Sancto Gemin. in tract. Bannit. in 2. parte secundi temporis 14. q. in prin. sed an possit probari per iuramentum videnda sunt nota per Abb. in cons. 35. lib. 1.

Videntur tamen prædicta restringēda, vt non procedant in contractu reprobato ratione personæ tantum puta ratione ætatis, vel qualitatis alterius quia si illius qualitatem quis verisimiliter ignorasse præsumatur videtur quod nō sit repellendus allegando rem habere originem à cōtractu nisi probaretur ipsum sciuisse qualitatem secum contrahentis, quia ad hoc vt quis puniatur ratione qualitatis in fixe alicui oportet quod sciat qualitatē illius non autem sufficit quòd suspicetur, quod dicitur facere pro receptatoribus bānitorum, & est dictum notabile, sed declarandum, vt habetur per eundem in l. 1. C. de his qui latro. occult. l. quæst. ad hoc vt quis nō puniatur corporaliter, sed alia mitiori pœna, & sic pœna quæ ex culpa imponi consueuit, quare tunc quo ad talem pænam secundum eum videtur quod sufficiat qd suspicetur, vel sciat per solā famam, & est bonus tex. in c. si vero el secundo de sent. excom. vbi qui probabiliter de clericatu ignorans clericum percutit laqueum excommunicationis nō incurrit, & facit gl. in c. 1. quib. mo. feu. amit. vbi cognoscens vxorem dictum feudum perdit si scienter facit secus si ignoranter. Et concordat gl. in c. nonnullus in ver. [illegible] extra de iud. vbi est tex. quod habitus [illegible] causa erroris.

Quod vt non procedat qn̄ quis scienter excessisset limitem contractus, vt est dare exemplum in eo qui sub prætextu declamandi respectu iuris, quod sibi prætendit competere acciperet sciēter plus decima, vel in socio qui occuparet totam rem priuando socium sua parte, vt habetur per Alex. in d. cons. 103. est tex. in l. si socius ff. de fur. & in l. rei communis ff. pro socio, & facit quod not. Bal. in l. 1. C. ad l. Iul. de vi pub. vbi dicit quod licentia Iudicis non excusat circa id quod non comprehendit, & quod not. Glo. in d. l. si quis in tantam ver. xj. cap. vnde in vbi dicit quod ex illa cōstitutione non tenetur Magistratus nisi in eo quod excessit offitium eius, ad idem qd not. Bal. in disput. sua q̄ incipit accusatus, de vi turbatiua col. antepen. vers. quæritur si nuncius vbi dicit, quod si nuncius errauit in corpore fundi Titiani, misit me in possessionem fundi seiani, quod teneor de vi turbatiue, si dedi causam errori, & debeo puniri, secus si ignoraui, & facit quia in tali excessu cum sit scienter factus inest dolus qui est machinatio studiosa l. 1. §. 1. & seq. ff. de dolo ergo non debet posse euitari iudicium criminale per allegationem cōtractus, quia dolosis non potest dici subuentū p ipsum decretum, & etiam dicitur infra in vltima lim. & Pau. de Castan cōs. 56. in nou. vbi dicit quod statutum de re subhastata quod deliberetur plus offerenti intelligitur dummodo dolus, & fraus absit. Facit etiam quia non potest tale negocium respectu ipsius excessus dici quod sapiat naturam contractus prout requirit decretum cum sit cōtra contractum sicut etiam in simili dicit Paul. de Cast. in cons. 166. in nou. de ingressu facto sub prætextu licentiæ, sed tamen præterea contra formam ipsius quia non valet, sed dicitur cassus, & irritus cum sit contra mādatum,

l.diligenter ff. mād. sic ergo limitatio. ista redditur vera licet prima fronte videatur posse dici ideo tale negocium habere omnino originem à cōtractu, quia propterea non potest dici quòd talis excessus sit excusabilis sicut nec excusatur in terminis mere deffensionis quantumcunq; habeat originem ab ipso deffensionis actu, vt not. in l.vt vim ff.de iust.& iu.& l. 1.C.vnde vi.

Quintò, vt [illegible] procedat eodem modo quādo cōtractus factus fuisset inter alios, vt c. res inter al. act. in rub. & nig. & quia bonum est arg.de re ad personam. l.miles ita §.1.ff.de mil.testa.

Sexto,quomodo superuenisset defectus tituli, & scientia ipsius defectus, vt quia ex aliqua causa esset resolutus, vel deuenisset ad non causam quare superueniente scientia, talis defectus, vel resolutione nisi quis desisteret à gestis vigore ipsius contractus certe non posset iustificari ratione ipsius contractus per tex. in l. colonus ff. de vi & vi ar. & l.si quis conductionis ff.loca. vbi finita locatione nisi conductor restituerit possessionem dño, vel habenti causam ab eo dicitur vim committere & spoliare, & faciunt not. per Bar. in cons.89. alias 91. in fin. & Lapp. alle. sua 127. & Bald.in l. fin.col.2. C. de edict.diu. Adr.toll. vbi dicunt quod si quis inuasit rem quam alius possidebat ignorās illum possidere debet statim recedere, cùm scit illum possidere alias erit in dolo & ignorantia transibit in dolum & facient vim l.si quis possessor. §. sicut & l. sed & si lege vet. Quid si ab initio ibi parui & enim refert ab initio dolosè versatus sit in hæreditate an postea hoc facere cœperit ff. de pet.hær.& l.si ante ff. eo & Alexan. in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. & faciunt not. per Bal. in l. Quicunque col.pen.ver. Item facit ad statutum C. de ser. fug. vbi dicit quòd statutum de detinēte vxorem alterius non comprehendit ignorantem nisi dissimulet ignorantiam,vel cum quis velint illum certiorare noluit audire, vel hos cito cum dimisit eam l. qui contra C. de incest. nup. ex perseuerantia enim patet id animi iudicium fuisse l.quicquid calore ff.de reg. iur. l. si adulterium cum incestu §.idem pollioni ff.de adult.& bonus tex.in l. qui vas. §. qui ex voluntate, ibi si celauerit tunc esse incipit fur. ff. de fur. l.

mutari tamen potest nisi daretur retentio aliqua causa dependente ab ipso contractu, vel eius occasione, vt esset causa melioramentorum, vel expensarum per tex. in l. si colonus cum ibi not. in Glo. quod facit ad ea quæ dicta circa finem.

Septimò, & non comprahendat eum qui procedit per viam facti, & armorum occupando,& maxime vbi est succursum ei alia via puta quò l præsidē per not. per Alexan.in consil.135 lib.1.vbi dicit quod nulli est concessum aliquo modo regulariter loquēdo sibi propria auctoritate ius dicere nec furari etiam ratione alicuius crediti sui, & si facit non excusatur, à furto, quia vbi est copia Iudicis debet illum adire, & non propria authoritate accipere quia scandalum oriri posset ex tali subtractione, vt ibi late per eum, & not. per Inn.in c.olim 1.de rest.spol.vbi dicit quod etiam pro recuperatione rerum suarum non licet occidere furem nocturnum neo contra eum alia sæua facere si alia via potest sibi esse succursum, vt quia per Præsidem possunt bona rehaberi quoniam fur fuit cognitus, & not. Bar. & Docto. in l si furem ff.ad l Corn. de Sicca. & Docto. in c.3. de homicid. Ang.in l.quoniam multa C.ad l.Iul.de vi Moder.in d l.vt vim.ff. de iust.& iur. vbi dicunt secundum Inn. hoc maxime procedere si fur tentabat furari siue armis pro quo faciunt not. per Bar. in l. 1. C. vnde vi dum dicit quòd non licet recuperare cum armis contra inermem, quod tenet Abb.in d.c.olim in defensione enim requiritur factorum æqualitas, & ideo secundum Bald.in d.l. 1. in ver. Glo. nostra & ver. ex his not. regulam aggressus sine armis non potest se defendere cū armis,& ideo hęc limitatio debet dici procedere maxime vbi quis tentaret occupare contra inermem,quia si pro defensione personæ non licet arma contra inermem assumere ne videatur in defensione vindictam assumpsisse, & quia factorum æqualitas requiritur, vt dicit Bal. ibidem ergo hoc tanto magis recuperandarum rerum gratia,& vbi est succursum via superioris, vel Iudicis, vel vbi quis tentaret contra resistentem, & maximè ex aliqua iusta causa per not.per Bar.in l.creditores C.de pign. vbi dicit quod pactum executiuum non potest exerceri contra resistentem,& not.

not. Paul. de Cast. in cons. 10. in antiqui. & Alex in cons. 106. lib. 3. & cõs. 130. & seq. lib. 4. & facit quia vt dicam infra contra violentias etiam ratione contractus, vel dominij resistunt iura adeo quod nec per Principem possunt taliter apprehẽsa confirmari; quod videtur notabile ad congregationes gentium, quæ fiunt quotidie ad inuasiones, vel occupationes bonorum, & potentia formata inquisitione de vnione armis, & violentia ac vltionibus comparent inquisiti, & allegant rem habere originem à contractu, & criminaliter non esse procedendum, quia videtur quod non debeant audiri, quia dictum decretum nõ debet dici habere locum per prædicta, & ne detur materia delinquendi, & turbandi statum quietum Ciuitatum quatenus quietas, & pacatas esse decet l. Illicitas ff. d. offi. præsid. nec similiter tenuiores opprimantur l. congruit ff eo. & sic ne absurde intelligatur. l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ibi & enim iniquum &c. & l. filius ff. de leg. 1. c. erit dicit lex 4. distin. l. nam absurdum ff. de oper. lib. & Petr. de Anch. in cons. 269. in 1. dubio, & Alex. in cons. 63. lib. 2. vbi per eos latè quod nulla dispositio debet vnquam ita large intelligi, quod posset sequi absurdum, & sic quod posset auferri dominium, vel possessio alicui eo non citato, vel absq; eius culpa quoniam secundum eos hoc etiam Imperator non posset c. 1. extra de causa præs. & propr. cũ alijs per eos alleg. & facit tex. in l. 3. & in l. meminimus C. vnde vi vbi Princeps non vult per rescriptum suum concedere, vt quis possit per vim occupare, ergo nec per decretum, vt sane intelligatur debet diei ratione contractus quẽ fieri excusabilem, à violentijs, oppressionibus, & congregationibus gentium &c. & hoc etiam ne sub spe impunitatis videantur homines quodammodo ad arma, & violentias fieri audaciores l. 1. §. si quis test. lib. est ius fu. Item ne alias similiter videantur iusta punientia talia delicta esse correcta, sed vt decretum potius restringatur ad ea l. 2. C. de noxa c. cum dilectus de cons. cum simi. & quia de iure communi ratione dominij non licet vim committere l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi ar. Abb. in c. soluite de restit. spol. & not. Bal. in l. data opera col fin. ver. sed quid si non perdidi C. qui accu. non possunt vbi dicit quod sola ratio proprietatis non facit bellum licitum inter priuatos nec titulus in violentia expulsiua prodest non possidenti sicut etiam de sententia dicit Inn. in c. cum nostris de concess. præbeum Abb. in c. excepta col. 2. ad fi. de testi. spol. & Fulg. in cons. 148. col. 2. & quod de testamento dicit Inno. in cap. cum in officijs de testam. & sequitur Bal. in auth. licentia de Episc. & cler. vbi dicit quod cum possessio ciuilis proprietatis relicte per defunctum Prælatum reperitur pænes ecclesiam ideo hæres cui Prælatus reliquit ipsam proprietatem non potest propria auctoritate occupare quin incidat in pœnam l. si quis in tantam C. vnde vi. Nec excusatur obtentu testamenti, licet alias in re vere ad se pertinẽte, & à nemine possessa iure testamenti, & reali institutionis, vel successionis etiam ab intestato diceretur ab omni occupatione excusari. & illa esset licita, quod dicit Bal. valde not. & est dictum etiam iudicio meo not. ad decretum de continuanda possessione defuncti in hæredem, vt illius beneficium debeat dici non cõpetere tali hæredi Prælati in proprietate, quia illud non competit vbi alius ciuiliter possideat. l. defunctus naturali possideret, vt est vsusfructus secundum Inn. in cons. 16. & facit melior tex. in c. 1. de pace ten. in prin. vbi dicitur si quis aliquod ius de quacunq; re vel facto cõtra aliquem se habere putauerit iudicialem adeat potestatem, & per eam ius sibi competens exequatur. subijciens conuenticulasq; in Ciuitatibus omnes coniurationes, & extra & occasione parentellæ, & inter Ciuitatem, & Ciuitatem, & inter personam, & personam siue inter Ciuitatem, & personã modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritũ factas cassamus singularis cõiuratorum pœna vnius libre auri puniendis, & glo. vbi super ver. quacunq; exponit, & dicit idest quam aliquis sibi debet ex cõtractu maleficio, vel quasi, & sic est ibi tex. coniuncta glo. expræssus, quod nõ licet ratione contractus per vim aliquid consequi nec congregationem facere vbi Iudex adiri potest, & per eum ius suum consequi, & facit etiam quia obstat decretum de vnione pondero etiam prohemium ipsius decreti. ibi ne subditi nostri ex asperante malitia obprobriose vexentur,

xentur, fatigenturque plusquam patiatur debitum rationis, & sic in casibus prædictis in quibus de iure communi vexari licet, per not. per Bar. in l. omnes populi in 6. q. principali ver. iuxta pdicta ff. de iust. & iure communi vexari licet per not. per Bart. in l. omnes populi in 6. q. principali ver. iuxta prædicta ff. de iust. & iure, vbi dicit quod si casus qui venit à contrario sensu est decisus à iure communi tamquàm omissus relinquitur dispositioni iuris communis Argumentũ enim à contrario sensu in decreto Principis quod est lex, vt habetur in auth. omnes Peregrini C. cõmunia de succes. est validum de iure, vt habetur in l. 1. §. huius ff. de off. eius, & per Bald. in l. apud antiquos C. de fur. l. 2. C. de cond. inser. l. conuenticulam C. de Episc. & cler. d. Ant. & Imo. in c. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælatis. secundum con. cap. Paul. de Cast. in cons. 84. in nou. faciunt etiam not. per Bal. in l. data opera. C. qui accus. nõ poss. vbi etiam concludit quod supra dictum est l. quod si possum recuperare res meas per Præsidem non possum congregare, & pugnare, alias sic dummodo faciam incontinenti, & si facio punior l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi. l. nullus C. de iud. l. extat ff. qđ met ca. l. si constiterit ff. fin. regun. de quo etiam per eundem in l. 1. ver. extra. C. vnde vi, & per Abb. in d. cap. cum olim, Nec habet obstare si dicatur quod imo videtur ipsum decretum debere intelligi etiam in congregatione alias illicita; & sic etiam in alijs casibus illicitis de iure communi dummodo habeat originem à contractu, & sapiat origine à contractu, vt sic fauore pœnæ euitandæ ipsum decretum largissime intelligatur per tex. in l. fin. ff. de const. prin. & l. si de interpretatione, & l. si Præses ff. de pen. & l. 3. §. quique ff. ad Syllan. & sic etiam vt aliquid operetur vltra ius commune, quia respondetur quòd istę restrictiones sunt etiam ex mente ipsius decreti, vt patet per prædicta verba prohemij, quæ per argumentum à contrario sensu, vt dixi, operantur, vt quis possit vexari iuxta debitum rationis, ergo sunt admittendæ per not. per Bal. in l. non sine. C. de bon. quæ lib. & per Cum. in cons. 126. & Pet. de Anch. in consil. 361. Præterea vt patebit ex infra dicendis etiam stantibus præsentibus restrictionibus satis operatur, & sic videtur hæc restrictio vera in qua & si plura dici possent tamen pro motiuis dubiorum sufficiat hæc modica, quoniam & ipsos iuramentos duabus, vel tribus rationibus pro & contra fuisse contentos ostendit Nessennius amicus Pau. Iurisc. l. Nessennius ff. de neg. gest. quia vna ratio concludens quantum mille sufficit. l. proxime ff. de his quæ in test. dol. quanto tamen plures tanto præualentiores. l. qui filium. §. Sabinus ff. ad trebel. & l. Aemilius Largianus ff. de min Recipiunt tanto hęc restrictionem siue declarationem, videlicet vt per contrarium non habeat locum in casibus in quibus alias rationem contractus propterea auctoritate ius dicere, de quibus per glo. in l. extat quod met. ca. & Spec. in tit. de Aduo. §. 1. ver. Qui vult propria auctoritate & Bal. in cap. 1. § 1. in prin. de pac. iuram. firm. & Bar. in l. 3. C. de pign. & Bal. in cons. 334. Punctus quæstionis lib. 4. vbi dicit de eo qui habet titulũ, & licentiam de ingrediendo propria auctoritate, & per rationes prædictas eodem modo etiam per contrarium debet dici d. decretum non habere locum in volente resistere resistendo quis dicitur vim facere, & not. per Bar. in l. 3. & l. 1. C. vnde vi, & Abb. in d. c. cum olim. & Cęp. consil. 4. & facit d. l. Quoniam multa, & sic est dicendum quòd siue quis congreget gentes ad occupandum siue ad resistendum vbi non licet de iure non debebit excusari vigore dicti decreti, quia etiam eadem ratio in vtroque, cum vterque faciat illicitè.

Octauò, vt non habeat locum in contractu procurato, vel doloso de quo licet extet declaratio Principis, qui ita dicit in contractu doloso declarando ipsum decretum, tamen in contractu procurato allego tex. in l. 1. in fin. ff. de abig. ibi si non color abigeatus quæsitus vero, & glo. in l. congruit in fin. ibi vtrum simulato furore fecerit admisisset ff. de off. præs. & tex. in l. miles §. mulier ff. de adult. & quę ibi not. Bar per illum tex. ff. si quis caut. l. 2. §. simili modo in ver. attestauerit. & quæ not. per Bar. in l. Bar. sine autem §. si duobus ff. de publica. vbi dicit quod non sufficit habere titulum procuratum ad finem repellendi agentem contra se, & Abb. in c. qui frequenter in ver. fin. vt lit. nõ cont. vbi dicit

quod

quod ad nominandum venditorem in iudicio non admittitur qui scienter emit à vitioso possessore de quo etiam per eũdem in c. sæpe col. fin. ff. de rest. spol. & per not. per Ang. Bal. Alexan. & doct. in l. si seruus pluriũ §. si quis autem ff. de leg. 1. & Cęp. in cons. 109. vbi dicit præuentionem iurisdictionis super crimine procuratam non prodesse, & per eundem in caut. 18. vbi idem dicit de procurata inimicitia contra testem, vt tamquam inimicus repellatur quia non prodest, de quo etiam per Bald. vbi Alex. in l. nõ exigimus §. illud ff si quis caut. & quod etiam not. in caut. 16. cum quo concordat Aret. in §. pœnales inst. de act. ver. oppono ex gl. & quod etiam dicit in caut. 28. vbi allegat tex. in l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. ess. ius, tu. qui dicit nã æquum est non esse impunitum eum qui aliqua spe audacior factus est, & ideo Bar. ibi not. illum tex. cõtra eum qui sciens pacem de proximo promulgandam festinat ad delinquendum propter spem immunitatis, & faciunt not. per Paul. de Cast. in l 1 §. 1. ff de act. emp. vbi per illum tex. dicit quod si quis sciuerit per commune fieri debere statutum, vt frumentum nõ vendatur nisi pro tanto precio, & ipse procurauerit vendere alicui pro maiori quod poterit conueniri act. de dolo, quod est notan. Quod facit contra eos qui scienter denarios minutos bannitos Mediolani etiam in alijs Ciuitatibus dominij banniendos prout fuit factum hoc anno procurauerunt illos expendere, vendere, vel mutuo dare, vt contingit in pluribus, quia videtur quod contra eos agi possit act. de dolo, de quo etiam per Fel. in c 2. col. 3. ver 2. limita de const. Ad idẽ quod not. per Din. in c. peccatum de reg. iu lib. 6. vbi dicit quod non gaudẽt beneficio cessionis qui sub spe huius beneficij plura debita contraxerunt, & quod etiam not. Cęp. in caut. 30. & Doct. in l. si seruus communis §. si vero ff. de fur. vbi dicunt quod propter ambasciatam procuratam non tenebitur commune emendare damnum ambasciatoribus si in itinere fuerunt derobati, licet alias secus, de quo etiam Barb in cons. 86. lib. 1. & Fel. late in c. fin. de testi. & faciunt not. per Rotam in decis. 254. in fi. vbi dicit ignorantiam affectatam haberi pro scientia Glo. & Gemin. in c. fin §. vt autem de off. de leg. Glo. in c. ad falsariorum de crim fal. Glo. in Clem. 1. de consan. & aff & Bal in l. quicunque ver. Item facit ad statutum C. de ser. fug. limitantur tamen hæc omnia vbi quis dolose procurasset, secus si aliqua iusta causa per tex in l. at qui nam §. cum me absente ff. de neg. gest. ita Alber. & cum vbi etiam Moder. in d. §. si quis autem. Et dicit Bal. in cons. 388 col. 2. ver. Item quomodo lib. 1. Quod figmenta nunquam debent ad excusationem prodesse, & quod imo durius delinquit, qui fraudat legẽ quàm qui expresse contra legem facit l. si libertus maiorem ff. de oper. lib. quæ omnia nota pro licentijs, quæ sępe conceduntur eis qui bona alterius rapuerunt, & postea inquisiti de violentia, & furto, obtinent licẽtias de pignorando pro taxis equorum, vel salis, & dicunt se pignora accepisse vigore licentiæ sibi concessæ pro debito salis, vel taxarum æquorum, & hoc ne possint inquiri de furto, vel dici quod inciderunt in pœnam decreti de maiori Magistratu, sed tales licentiæ non deberent excusare vbi constaret quod eas dolose habere procurauerint, vel vbi constaret quod eas post factum obtinuissent, Difficile tamen de hoc constare posset, quia callide impetrantur, & conceduntur, & in eis repetitur dies qui præcedit delictum, sed ad coniecturas est recurrendum, quæ cognoscũtur ex ante dictis, & factis, vt not. Bart. in l. fulcinius § quid si, latitare ff ex quib. ca. & glo. 2. in l. apud Celsum ff. de dol. excep. Bar. in l. 1. col 3. C. de ser. fug. Ang. in cons. 390. & Alex. in cons. 1. col. 6. lib. 3. vbi dicit attendi principale propositum, quod cognoscitur ex prius dictis, Præstabit etiam coniecturam inimicitia illius, vel quia conabatur eum subijcere iurisdictioni eius, vel cogere eum ad aliquas præstãtias tamquam eius subditum, & tamen non erat debitor pro ipsis oneribus, nec ad ea contribuere erat solitus, nec tenebatur, & ille sciebat, vel scire poterat, & sic de simil. Arbitraria enim sunt hęc & colliguntur ex multis, & ppterea Bal. in l. siue possideris, & in l. neque natales C. de prob. & in l. non hoc C. vnde cogn. dicitur quòd præcedentia declarant sequentia ex persona in loquẽdo ex persona in faciendo, & ex alijs præsumptionibus, pro quibus videnda sunt, quæ not. Doct. in c. 3. loco extra de præsump. &

Aret.in tract.malef.in glo. super ver.fama pub.præcedente, & posset deueniri ad iuramentum calumniæ per not.per Doct.in l.si post perfectionem C.de euict.vbi habetur quod emptori potest deferri iuramentum calumniæ si submiserit eum qui mouit litem contra vendirorem, nam & in criminalibus iuratur de calumnia. Bar.in l.is qui reus col.7. ff. de publ. iud. & sentit in l.1. ff de his qui sibi mor.consci. & nót. in c.1.de iur.cal & Doct.in l.1. C. eo arbitror tamen quòd vigore talis licentiæ nō posset euitare indiciū criminale, quia ad hoc vt possit dici venire appellatione contractus deberet esse iudicialiter concessa, & sic per contradictionem, vt dicam infra Vidi tamen aliquando obseruari, sed malè quia posset etiam dici quòd concessa sine contradictione, & parte non citata esset nulla, & non haberet excusare, sicut nec decretum iudicis inualidum iuxta ea, quæ dixi supra, & hoc sit dictum ex eo. qd solent esse officiales falsi, & taxarum magnam auctoritatem sibi vendicantes concedere tales licentias etiam parte non vocata, sed male ac nulliter impetrantes, etiam eas quibus aliquando conceduntur generaliter contra omnes debitores Cameræ eis abutuntur, quia earum prætextu attentant aliquid cōtra ciues, & non subditos nec obligatos, sed inexcusabiliter p ea, quæ dixi supra in 3.lim. & sequen.

Verum quia dicit Imo.in cōs.4 col.pen. quòd tales licentiæ præsumuntur præcedere pignorationes per not. per Barr. in l. non solum §.sed vt probari ff. de oper. no. nun. ego arbitror quòd imo constare debeat ipsas prius fuisse concessas, quia ita videtur sentire Alex. in conf. 52. lib. 3. & faciunt not. per Feder. de sen. in cons 58. ad fin. vbi dicit quod si per statutum dimidiatur pœna quando pax præcessit processum Curiæ, quod debebit reus cōdemnari insolidum nisi probet pacem processisse, vt dictum est si contingat eadem die, & pacem fieri, & processum incohari, & faciunt quæ dicit Cæp. in cons. 64.col.4. & Alex. in cons.34. lib.1. vbi dicit quod quando tempus est fundamentum intentionis alicuius, quod debet probari, alias non releuaret l matrem C. de proba.l cum actum ff. de neg gest. & not. in Clem.fin.de res.faciunt et á q̃ dixi sup. in 2. lim. quoniam si oportet quod quis probet se fuisse motum ad aliquid faciendum ex tali causa ergo cōsequenter videtur quod habeat probare quod tunc temporis erat cōcessa licentia, quia sine ea nō potuisset moueri ad sic faciendum. viden. tamen sunt not.in d. §. sed vt probari per Aret.in c cum dilecti de accus. & Fel.in c. in præsentia de proba. & Aret.in tract.malef.in ver.de anno præsenti.

Extra autem hos casus pro nunc stabit decretum, & audietur quis allegādo rem habere originē à contractu, & sic per procuratorem, & absque alia constitutione licet de iure cōmuni esset secus in casibus in quibus ingeritur pœna sanguinis l.pen. §.ad crimen cū ibi not.per Bar.ff.de publ. iudic.Gl.& doct. in l.seruū quoq; §. publice interest ff.de procu.& in l.reos C.de accu.& Aret.in d.tract.ver.Qui Iudex vidēs quòd dicti inquisiti autem, & sic tollitur obiectū factum, quod decretum nihil habeat operari quoniam immo in alijs casibus exceptis præfatis habebit locū, & sic quis audietur in eis per procuratorem, & absque alia constitutione, & probate rem habere originem à contractu pronunciabitur ciuiliter esse procedēdum quod sufficit per not. in d. l. 1. in princ. ff. ad l. fal. cum concor.

Verum, quia vt inquit Cum. in cōs.30. col. 3. vna dispositio potest in vna parte restringi, & in alia latissimè interpretari, ideo potest ipsum decretum in illis verbis, quæ vel quod possit pro negocio quod haber originē à cōtractu, & sapiat naturam cōtractus, dici generaliter esse intelligeñ. & sic quod comphēdat omnem actum & contractum tam verbo, quàm re per tex. in l.labeo, & seq. ff.de verb.sign. & sic etiā omnem obligationem, quæ habeat originem à delicto per tex. in l.omnē ff. de iud. ibi quāuis ex crediti causa non debeatur, & per glo.in d. l.labeo, & in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. & sic etiam testamentum, vt per Glo.in l.verba contraxerunt de verb. signif. & in cap.1.§. Item sacramenta in vet. contractibus de pace iur. fir. vbi dicit quod testamentum numeratur inter contractus, & facit quod not.in l. seruum filij. §. cum qui ff. de leg. 1. vbi licet arguere à contractibus ad vltimas voluntates, & not.Bal.in l.cum testam

C.de

C.de testa. vbi etiam Moder. & Bal.in l.1. C.d.l.fuf.Can.col.& Aret.post eo tit.& hoc quia sumus in permissiuis, & fauorabilibus ergo idem debet dici de testamento quod de contractu per Bal. & Aret.vbi supra, Item quia agitur de tollenda pœna ergo latè interpretan. iuribus allegatis ad idem quia etiam de iure communi æquiparantur testamentum, & contractus ad exclusionem delicti tex. est in l. igitur ff. de lib. causa & facit quia eadem ratio videtur militare in testamento, quæ militat in contractu, sed ratio in contractu est no quis vexetur indebitè, & plusquam patiatur debitum rationis ergo debet fieri extensio de contractu ad vltimam voluntatem per not. per Glo. & Doct. in l. si constante in prin. ff. sol.mat.vbi propter identitatē rationis fit extensio ad casum æquiparatū de iure communi,& Aret. in cons. 30.& not.Glo. vulg.in l. si quis seruo C.de fur.& ijsdem etiam rationibus sententiam, quia etiam sententia venit appellatione contractus, vt per glo.in d. c. 1. super ver. contractibus, quia etiam in iudicijs quasi contrahitur l.3 §. idem scribit ff.de pecu. iudicia. enim & stipulationes æquiparantur dicit. ibi tex.ergo debet esse eadem iuris censura quia in statutis, quæ sunt præter ius, vel ad iuris cōmunis limitationem fit extēsio ad sim.& not.Bart.in l.& si post tres ff.si quis cau.de qua meminit Alex.in l.2.§ quęsitum col.2.eo.tit.quod magis cauetur iudicijs, quàm contractibus de quo etiam per Abb.in c.1 col.fin.de præscript. per not. per glo. in c. delictum Prælati de reg iu.in 6.& secundum Bart.in d.§.idem scribit idem est in sentētia interlocutoria quia & in ea dicitur quasi contrahi, nam ex ea dicit oriri actionem in factum,vt ibi per eum, & Fel. in Rub. de re iud. vbi restringit hoc ad interlocutoriam habētem vim diffinitiuē secundum Bal. in l. 1. ff. si quis ius dici non obtemperat.in fi. vel vbi mandatur aliquid dari, vel fieri alias ex interlocutoria dicit oriri exceptionē tantum secundum Buttrig.ibidem per Glo.in Clem.fin.de appell. vbi Imo.& per Specu. in tit.de arbitris §.pen.ver. quid si penden te, & in tit. de accus.§. 1. ver. quid si latro vbi dicit ex iudicijs, & arbitris resultare contractus, vel quasi, quod est not. ad licentias, quæ conceduntur ad pignorandum, vel aliud faciendum, quia etiam vigore dicti decreti euitabit accusationem furti, vel aliud iudicium criminale allegando ipsam licentiam licet alias non audiretur per procuratorem, & absque eius constitutione contenderet ad meram defensionem, & contra accusatum multa possent opponi, quæ requirerent iudicialem cognitionem, & sic accusati præsētiam. Et pariter videtur quod compræhendat etiam confessionem,quia etiam per confessionem dicitur quasi con trahi, & ex ea oritur actio. l.proinde §. si procurator ff. ad l. aquil. & l. si seruum ff. de inter. act.& Bar. in l. 1. ad si ff de prin. delic.& Aret. in tract.malef. in ver. & vestem cęlestrem ver.Quid si fur. conf. Bal. in l.post litem colum. fi.ver. quæro quid si extraiudicialis, C. ne ex delict. defunc. & Gand.in tract.malef sub rub. de alijs,quæ varijs ver.Item pone. Quod videtur facere pro his qui nō possunt ostendere instrumenta locationum, & habent instrumenta confessionum de pensione soluta, Item quicquid pertinet ad contractum,& sic siue principaliter siue in consequentiā quid illud verbum originem ita capitur Bal. in l.3.per illud tex.C. mand.& faciunt, quæ tradit in l.eos col. 1. ver.extra.quæro C de temp.app.& in c.1.de ben. feu. & not. per Bar.in l. solent in fin.ff.de alim. & cib.leg. & Bal.in rub.C.de reb. cred. & Aret. in c. cum P.māconella de accus. vbi statutum loquens de aliqua causa extenditur etiam ad pertinentia consequenter, vel antecedenter, & aliquid etiam per eum in c.con stitutus secundo col.fin. de testi. & bonus tex. in l.cum hi in prin. ff. de transact. vbi quicquid de alimentis tangit dicitur causa alimentorum, & gaudet ijsdem priuilegijs, & Aret. in cons.29.col.12 & seq.& Imo.in cons. 139. cum duobus seq. & in Clem causam per illum tex.in primo not. de elect & Clem.2. cum ibi not. de iud.& aliquid Pet. de Anch. in cons. 35. Idem enim est iudicium de dependen.& cōnexis,vt per eos in locis præall.& est tex.in l. si cognati C.de neg. gest. & l.1.§.præterea ff.de sæp.bon. & l.qui autem.§ si quis ff.de cōst.pecu. vbi dicitur quòd illud quod deducitur in cōstitutionum sufficit quod sit de accessorijs ad debitum, licet per se prin cipaliter non sit debitum, & adduco tex. in

in l. si colonus ff de vi arm. vbi sicut quis nō dicitur iure facere si non restituit possessionem domino, quia adhuc durat contractus locationis, ita non dicitur vim facere si non restituit licet amplius non duret locatio propter aliquam causam originatā ab ipsa locatione, vt propter expen. vel melioramenta licet in prædicto non sit eorum solutio deducta, Possent & adduci not. in l. Tutor ff. de fideiuss. & in l. qui id quod ff. de don. vbi dicitur quod non titulus donationis, sed originalis causa est inspicienda, & concordat l. cum filius §. hæres meus ff. de leg. 2.

Francisci Ber. Porri
I C. Mediol.

PRO PROSPERO de Georgijs in materia imposturæ. Responsum iuris ad Decretum In qui. cas. crim. procedi non potest.



Riminali actione stellionatus teneri haud dubium est Biumiū ob imposturam per eum cōmissam tempore licitationis supponendo ignotum hominem qui emeret torquem penes Biumium remansuram pro p̄tio tenuissimo lib. septuaginta duarum, & sol. duodecim, quæ impostura nunc augetur dum torquis nō exhibetur, aut non indicatur á Biumio, & licet ex Statutis Mediolani sub cap. 247. denuntiationis vol. 1. caueatur, quod stetur Sacramento eius qui vendidit post denuntiam pignorum quod bona fide alienauerit non tamen excluditur probatio in contrarium iuxtà id quod habetur per Paul. de Cast. & Alex. in l. 2. §. si absens ff. si ex. nox. causa. aga Bal & Alex. in l. 1. C. re iudicata probatio enim per sacramentum est irregularis quæ admittit probationem in contrarium Grat. lib. 2. cons. resp. 10. num. 23. Plo. de in lit. iur. §. 49. nu. 22. vers. quinto limit. & hæc fraus maxime arguitur, ex eo quod per octo dies ante finem denuntiæ dicta torquis vendita est, ne si debitor fuisset præsens impedimento esset dictæ imposturæ, quare cum finis emendi tēdat ad decipiendum dominum torquis idem dicendū est quod de eo qui promittit plus debito in alterius detrimentum de quo apud Bart. in l. 3. §. item si quis ff. cri. stell. Boss. eodem tit. num. 5. vbi etiam in licitatione si quis liciter maiori p̄tio, vt noceat tertio incidit in hoc crimen, & committit etiam periurium iux. l. fin. ff. eo. tit. Nec solum Deum habet vultorem quia periurium commissum est aliquo non differente, vt aliū deciperet videlicet. Prosperum de Georgijs, neque quod dicta torquis ad publicum incantum vendita sit eximit venditorem de dolo de quo apparet tum ex depositione emptoris personæ interpositæ à Biumio tum ex qualitate rei venditæ cuius valor erat satis excedens dimidium tum ex intempestiua vēditione antequam laberentur dies 30. denuntiæ quę singulas tollerent verám bonam fidem imo ex læsione vltra dimidiam excessiua solum præsumitur dolus ex proposito, & in re vendita per subhastationem, vt per Crau. cons. 29. pro claridri nu. 5. ver. nam vbi læsio Quid igitur dicen̄. in hac torquo valoris scutorum septuaginta, & à famulis tempore executionis extimata in lib. 130. vltra expensas vendita per fallaciam pretio lib. 72. sol. 12.

Rectè ergo Senatus Excellentiss. cēsuit in suo rescripto mandauitq; Egregio Capitaneo Iustitiæ, quod vbi constet de dolo in venditione dictæ torquis contra culpabiles procedat, rectè etiam alio rescripto censuit, & dixit eidem Capitaneo, vt omnino cogeret Biumium, vel per reuocationem ad carceres, vel alio meliori modo ad exhibitionem dictæ torquis, vt debitoris indemnitati consuli possit habita veritate eius valoris nec tam legitima, & sanctissima S. C. nunc eludi debent à dicto Biumio impostore vulgo aggiōtatore, ita enim eum appellat Alciat. in l. aliud est fraus ff. ver. signif. & contra hos inuehit nouissimè. Menoch. de arb. iud. casu 381. in fine.

Cogendus est ergo sistere in carceribus, vt satisfaciat Fisco, & parti prout exitus tulit.

LAVS DEO.

Fr. Bernardino Porrus I. C.

SECVNDVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Pro Ill. Antonio Sansono, Ill. Senatoris Hieronymi Sansoni hærede.

In causa criminali contra Paulum Antonium à Basilicapetri, & alios &c.



ON video admodum mihi esse elaborandum in demõstrando criminaliter esse procedendum in causa accusationis porrectæ per Nob. Antonium Sãsonum hæredem, tàm animi quam bonorum Illust. Hieronymi Sansoni Senatoris, de turbatione aquarum, ac disiectione incilis, ac alijs nouitatibus, reiecta exceptione quod res habeat originem à cõtractu, vel quod sapiat naturam contractus, cùm certum sit nomen delicti. Vnde cum nõ purgetur accusatio criminalis per actionem ex contractu descendonte, ex decisione Osasc. 137. nu. 17 cuius meminit modernus Rom. in tit. de delict quæst. 19. nu. 37. versiculo pœna criminis, quia materia est apta, & ordinata ad crimen committẽdum videlicet. Vis cum armis, & illicita vnio quæ in dubio præsumitur ad malum, ex cons. Crau. quarto Francisci Becc. cons. 71. statutum nu. 2. versic. & in dubio Berraz. cons. crim. 192. lib. 1. Isti carcerati: Nam ex professo, & præcedente deliberatione se congregarũt ad demoliendũ Incastrum proprium dicti accusatoris quod erat ad vsum aquarum inseruientium irrigationi bonorum suorum asportando assides, lignamina, dicti Incastri impedientes ne aquę decurrerẽt ad beneficium suum, iuxtà antiquam illius, tùm antecessorum suorum possessionem. Delictum hoc esse vis publicæ non est ambigendum ex cumulatis abundè in responso super hoc reddito, & à me viso; sed quia illius pœna est arbitraria, vt habetur apud Clar. in §. fin. q. 83. & ibi Baiard. Menoc casu 394. num. 16. Ideo Princeps eam ad reprimendũ homines, & arcẽdos ab hac audacia vim metiendi ex viribus corporis, non ex ipsa Iustitia (Neq; enim aliquid est tàm inimicum iuri, quàm vis, aut æquitati tàm infestũ, q̃ homines conuocari, & armari) auxit vsq; ad mortẽ, & bonorũ confiscationem Constitutio enim seruanda est quę Iudices obligat ad obseruantiam ob frequentiores cædes, vulnera quæ inferebantur, dũm homines operam darent inuasioni violentæ rerum alienarum, nam quãdoq; etiam delicta leuia ob frequentiam eorum plusquam grauia puniuntur. Quæ pęna nunc ludibrio non est habenda. Neq; in hac vi defuerũt ea quæ vim ipsam perficiunt sine quibus, vel ea considerabilis nõ est Gentium effrenatus numerus armatarum. Natta cõs. 665. vol. 4 Boss. de vnionibus: Incilium fractura, Ipse etiã dies cultui diuino dicatus, & feriatus, indicat Diuina, humanaq; iura hos turbasse. Multum enim interest, quo loco, quoue die aliquid fiat. Nam & si nocturna delicta grauiora censeantur ob difficultatem probationis eorum, nam qui malè agit, odit lucem. Hæc tñ quæ in luce fiunt spectante Populo, quæ de se illicita sunt, maiorem iustitiæ contemptum præseferunt. Nàm quod prævia iustitia reposcendum est vi armata nimis audacter vendicatur sibi ipsis publicam authoritatem arrogando, iuxta illud Cic. non ex iure magis cõsertum, sed mage ferro rem repetijt.

Non ab re odiosa adeo est hæc vis, q. etiam sola cõgregatio hominum punibilis est, etiam quod ad nullum actum ventum foret, Crau. cons. 224 nu 6. per Angelum in l. 3 ff. ad l. Iul. de vi publica quod cons. est insigne in hac materia, pręsertim circa pœnam inferendam ijs qui vim inferendo fuer. impedimẽto ne orizæ nascantur in fundo, eo sitiente aquas. Nàm tet etur principalis, & author huius congregationis in quadruplo pro damno dato, seu rapina, & pro facto omnium coadunatorum, tùm quia omnes erant armati, non casu, sed voluntate, non improuisi, sed parati offendere, si resistentem inuenissent, altero alteri auxilium, & opem ferente. Ideo vna eademq; pœna sunt puniendi, ex Crau. d. cons. num. 4 & seq.

Et hunc solum vti pceptorem meum, amota authoritatum phalãge in huiusce causæ patronũ ascisco, nec ab eo discedo.

Opponitur ergo nomine D. Sansoni dicto Decreto vis quę in istis duo ab eo excepta est, & pœnam non leuem desiderat.

Secundò dolus qui in multis consistit. Hic enim de per se consideratur vti delictum

ctum apertũ, & criminaliter punitur. Roman.conf.191.nu.5. qui consistit in committendo ad Cumul.per Mod. Rom.in 1. vol.tit.de delict.q.19.nu.35. versiculo genericè: Quod & si constitutio non excipeset expressim dolum ex iuris communis tamẽ dispositione exclusus intelligeretur, Plot.in sua eleg.rep l si quando C. vnde vi. num.276.vers.4 quia decretum. At non semel, sed sæpè iudicatũ est tàm in curijs, quám in Senatu à quo curię pendent omnium beneficio Constitutionis cum esse indignum, qui re non vtitur tãquam optimus pater familias, sed vti prædo, & hostis, & in causa contra Nob. Iacobũ Oguadrum, qui segetes immaturas exciderat dùm se tueretur, & vteretur ope cõstitutionis, fuit dictum criminaliter ꝓcedendũ, Id quoq; factum est in causa quorundam de Ponte qui vuas immaturatas collegerant, & abduxerant pro Nob.Cæsare Besutio actore, quia nemo pręsumitur quod suum est, aut dilapidare, aut negligere, aut oues suas, si mercenarius non est, odio habere. Quare idem mihi in causa hac statui ob fracturam Incilium, lignaminis, rerum strages, Et alia quibus aduersarij sunt abusi, omnis enim abusus est malus de se, vix ferretur impunitá hęc insana rerũ propriarum iactura à legibus, cum intersit Reipublicę, ne quis re sua malè vtatur. Hinc Prodigorum Curæ. Hinc dementium Cathenæ, & vincula cum argumentum incompositæ sit mentis, ac à delirio non aberrantis, quę magno sumptu parantur minimè illi, cuius hæc sunt, curæ esse, vel pro derelicto haberi. Cæterum me recolligẽdo dico quod in omni turbatore præsumitur dolus non præsumptus, sed verus, cum hæc turbatio sit de genere prohibitorum Bal.cons.119. stat.col.pen.vers. sed contra hoc vol. 2. Et in omni violentia Alex. in suo famoso, & celeberrimo cons.103. videtur col.2.nu.8. vers.Nam eo ipso vol.primo.

Fracturæ quoq; vim inesse significat, Vnde si qs rem alienam surripiat cũ fractura, non furti, sed robariæ, seu rapinæ reus est; in qua vis consideratur Plot.d.l.si quando num.708.& seq.ver.Robaria furtum, ideò inoleuit cõmunis praxis, vt decretum non suffragetur vbi adest fractura, sicuti nec remissio quæ alioquin furi prodest ex constit.tit.de accus.§.sancitum est.

Id enim nõ est de natura cõtractus, sed contra & præter, Ideo punitur, nec decreti excusationem habet, iuxta cumulata ab eodem Nouar.nu 114.& seqq.

Fortius criminaliter procedendum est quando duplex funiculus stringit, & vis de qua supra, & dolus de quo in præsenti in abutendo authen. itaq; C. com. de success.& in primo capite est clarũ, quod sufficit terror, vis & violentia, & si vis nõ intercesserit re ipsa, Alex.cõs.3.nu.13.vol.5. & diffusè idem Nouar. num. 127. vbi tribuit facultatem turbato iurandi in litem, & quod ex hoc solo violentia pręsumitur, ex eo quod armatus quis ad locum accurtat. Andreas de Gayl. de pace publica c.7. nu.14 latè Mascard. conclus. 1411.lib.3.

Me nunc non mediocris habet admiratio tàm remissè in causa ista actum fuisse Reos cõuictos carceribus solutos quos asseruari in crimine graui omnia iura præcipiunt, maxime tex. in l. Diuus ff. Custod. reo. Clar.quęst 46.vers.in hac, & tanto fortius homines deploratæ fortunę qualis est Alex.Rãchatus fideiussori dimissus, cum iustitiæ rigor esset retinendus, in causa in qua dùm toleratur hotũ indomita in inuadendo, & per vim occupando, licentia, adaperitur ianua ad futura scandala his grauiora. Hoc relaxationis munere, si vsus fuisset Iudex erga psonã nobilem equiore animo esset tollerãdum per ea, quæ tradit Mod.Rom.tit.de carcer. quæst.35.nu.60. vers. licèt, cum sequẽtibus quamuis etiam in his cautè sit agendum iuxtà indiciorum qualitatem.

Nec probanda erat eius excusatio ab eo quod esset operarius ad quem non trahitur Principis proclama, ex add. à Ploto in d.l.si quando nu.780. in 6. limitatione, De quo apud Ioseph. Lud.decis.Perus c.3. isti operarij, nàm multa vetant ne sub hoc cl pr possit se tueri. Rol.à Valle cons. 54. volum.primo. Menoch.casu 354 colum. fin.de arbit. Iud. Illud in primis quod illis satis erat notum vti vicinis Nob. D. Antonij Santoni, seu à proprietate incilis, seu iuris aquarum, vel & secundo operarij non conducuntur ad operandum in diebus festiuis nisi dicatur, quod de his nihil ad rusticos, quorum vita feris similis est nullos agitata per vsus, nisi per flagitia. Quas coniecturas considerant Docto. in

locis

locis supracitatis. Nec ex proprio delicto quod armati astiterint se iuuare possunt, cum nō fuerint ibi vti laboratores, sed vti turbatores ideo frustra authoris sit ab eis nominatio. Affl dec. 217. fuit dubitatum. Multò minus est audiendus in hac exceptione, quia opera fuit data Rei de se prohibitæ, qualis est demolitio ipsius operis manufacti. Ideoq; rectè monetur operarius, vt caueat ab incidendo arbores non incidendas, syluam non ceduam maximè tempore incongruo, Plot. d. rep. nn. 785. in 5. limitatione. Quæ consideratio me maximè commouit ad cōsulen. quod eadem ratione non potest allegari tē habere originem á contractu. Alia pro responsione elici possunt ex limitationibus supra collectis. Plot. in loco supra cōmemorato. Hæc, & alia obturant os. Et imponūt silentium hijs qui vsi opera sunt dicti Rustici ad turbandū Nob. & ei qui his nugamentis, & deblatramentis curiam implet. Nec iura fauent Rusticis in commoda sua simplicitatem mentientibus, quia in ijs quæ ad rigorem iuris conseruandum sunt introducta eis non parcitur. Tiraq. de pęnis tempore, causa vndecima num. 12. fol. mihi 549. Quomodò ergo excusabimus Rusticum squadratum cum tridente paratum cum alijs vim inferre? Ah pereat quisquis hæc leuia serijs miscet, & de candentibus acta facit.

Cæterum de possessione nob. Sansoni non contendo, aut disseto, cum præter testes, vt mihi significatur examinatos adsit aduersarij confessio, cui stādum est l. cum præcum C. lib. causa. Nàm in comparitione facta sub die 10. Iunij anni presentis nomine eorū admittunt ius aquarum ei competere, & spectare pro sex horis, vnde sufficienter probatum est id quod requiritur in interdicto vti possidetis, vt per Rolan. à Valle cons. 46. num. 22. lib. 2. Pap. in for. libelli pro turbata possessione §. hodie. Alciat. cons. 440. idem Vall. cons. 9. lib 3. nu. 18. Crau. cons. 258. nu 21. Menoch. retin. possess. remed. 3. nu. 556. Io. Baptista Ponzan. de spolio lib. 2. c. 7. & 17.

His non obstat dùm dicitur licuisse via facti impedire dictum Sāsonū, ex eo quod non potuit mutare locum deriuādi aquas nisi solutis omnibus expensis quæ fiūt singulis annis circa hastam Rugiæ, & quod D. Sansonus noluit vnquam soluere expensas de illo incastro nuncupato Angelino, quodq; contrahentes possunt propria authoritate retinere eius possessionē aqnarum virtute etiam conuentionis.

Nàm dupliciter modò respōdetur. Primo in possessorio summarijssimo actionem D. Sansoni esse fundatam, & receptis testibus fuisse iudicatum per D. Iudicem super innouatis, & refectum incastrum de facto demolitum. Ideo sententia habetur pro veritate l. res iudicata ff. reg iur. l. Herennius §. Gaia. ff. euictio cum sim. in fin.

Secundò quod his non agitur de retinendis aq; donec expensæ soluantur, prout loquitur conuentio, sed de eis diuertendis, & spoliādo Dñm in totum possessione sua, de moliēdo, & funditus prosternendo incile eiusdem D. Sansoni. Retinetur. n. res salua, & incolumis, & in eo statu in quo reperitur donec cesset causa iuris retinendi quod alicui competit, videlicet per solutionem dictarum expēsarum. Sic d. citur pignus retineri, vt sequuta solutione reddatur pignus Dño. sic tex. in l. videamus ibi pro rata ex fideicommisso retinere ff. si cui plusquam per l. falcid. sic vxor retinet bona pręmortui viri pro doto donec soluatur dos, iux. Cumul. per Neg. de pignor. p. 5. mēbro 4 Bal. Noueli. de dote p. 7. priuil. 47 non tñ ad præiudiciū suū. Nec bona mariti demoliri possunt mutari de eorum faciem, sic intelligitur Rub. C. etiam ob chirograph. pec. pig. retineri pósse cum sexcentis simil:bus. Sebast. Medic. de compens. quæst. 16. nu. 4. inter volum. tract tomo 6. par. 2.

Postremò non resistit qđ in causa Co. Alexandri Ciconiæ iudicatum sit in causa turbationis aquarum ciuiliter procedendum re habente originem à contractu. Nàm respondetur quod præter id qđ exemplis nō est iudicandum mota fuit curia ex sententia lata contra eū per Ill S. natorem Mendociam, & ex alijs mihi in causa illa vti patrono satis notis. At in casu nostro nihil est quod bonam fidem in eis inducat, & omnia contra turbatores vrgēt pro Nob. Antonio Sansono. Quod si exemplis certandum est moueri debet Curia ab exemplo Egr. Com. Hieronymi Moroni accusatoris qui turbatus in possessione aquarū turbatores cēs in carceres conijci curauit

sub Illust. D. Capitaneo Iustitiæ cuius erat Notarius Io. Baptista. Peregus nuper defunctus, Nec dimissi nisi reparatis, Refectisq; Incilibus, in quibus magno sumptu opus fuit, & nomine pœnæ persoluta non mediocris pecuniarum quantitas post diceptationem iudicialem mensium sex. Tandemq; coacti sunt ab eo remissionem habere, & pro interesse fisci fuerūt diffinitiuè per indultū gratiosum absoluti, Visa enim fuit res omnibus Patribus pessimi exempli, nec vanæ vnquam eorum voces tempore visitationis Carceratorum, quæ singulis mēsibus fit per Senatores aliquid apud eos potuerē. Idem ergo in casu isto statuendum est.

Præterea est aduertendum quod ius retinendi aquas non competit nisi data negligētia D. Sansoni in soluendo dictas expensas, de qua nō potest redargui, nisi data ei notitia expensarū, & liquidationis earum Crau. cō. 89. nu. 45 pri. vol. notat. communiter scrib. in l. quod te ff si cert. petatur l. in fideicōmissi ff. vsur. Soci. iun. cons. 107. col. 3 lib. 1. Crau. cons. 841. num. 6. & 605. nu. 10. And. Ale. responso 124. to. 2. lib. 5. nu. 5. Cum ergo non fuerit interpellatus D. Sansonus ad persoluēdum eius portionem dictarum expensarum, merito cūrà ius, & nomen delicti non potuerunt dicti cœtus hominum irrumpere in ius suum, & eum priuare commodo suæ possessionis.

Et verè res apud me adeò in toto videtur quod me pudet in re tàm aperta vlterius loqui perósus omnis prolixitatis.

L. Deo. & B. V. M.

F. Bernardinus Porrus I. C.

TERTIVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Super Constitutione Med. In quib. casibus criminaliter procedi non potest.

Bartolomei Belloni contra Iulium Mazzuccum Siculum.

PRo Iulio Mazzucco contra Bartolomeū Bellonum hæc prima facie facere videntur, quibus tamen infra respondebitur.

Primò quod accusatio per multū tempus dilata fuerit, scilicet per annos duos, cum tamen ageretur de nō modica summa.

Secundò obstat defectus fideiussionis cum agatur de forense accusante, cum tamen hoc in facto sit falsum cum sit Mediolanensis.

Tertiò dato quod Mazzuccus exegisset pecunias contra formam initæ societatis attamen excusari velle dicitur re habente originēq̄ à contractu, & causam remittendam prætenditur ad Iudicem ciuilem iuxta decretum nostrum. Et Mazzuccus tenetur reddere rationem societatis actione negotiorum gestorum actione ciuili, non autem criminali, sic in iure non proceditur de crimine expilationis contra vxorem, quia lex inducit inter eos quandam tacitam societatem Menoch. de arbit. iud. casu 300. lib. 2. cent. 3. fol. 289. & pluries curia iudicauit.

Contra verò Mazzuccum hæc adducuntur quod pecunias exegit cōtra pacta in societate apposita, quia limitata causa societatis limitatum parit effectum iuxta l. in agris ff. de acq. rer. dom. & suffragatur reg. cap. ex eo de reg. iur. in 6. Quod non potest vti beneficio cōtractus is qui excedit limitationem contractus Plot. in rep. l. si quando C. vnde vi num. 309. vers. & capiendo est textus præcisus in l. si socius ff. furtis, & in l. rei cōmunis ff. pro Soc. nam in tali excessu inest dolus in quo proceditur criminaliter, idem Plot. sub num. 314. vers. sed si socius, & nisi iste Mazzuccus dolosè versatus fuisset nunc detecto furto, seu scacco offerret socio quod suū est, non autem curaret cū fraudari eo quod suum est, non enim vsus est societate ad vsum ad quem destinata est, sed in suam vtilitatem clam in se conuertendo pecunias alterius socij, ideo furti cōueniri potest Bertaz. cons. 278. num. 1. & seq. lib. pri. Crau. cons. 286. col. 2. vers. 3. nisi dicatur in cap. Menoch. de arb. iud. casu 220. nu. 11. Cabal. resol. crim. casu 136 col. 2. vers. primo igitur, & hoc firmat pluribus illationibus.

Non obstat quod actor distulerit accusare, & ex hoc insurgat præsumptio calumniæ, quia non tandiu protelasset accusationem suam iuxta tex. in l. si quis forte ff. pœnis ibi, nec enim debebant tam ma-

gna tandiu reticere accusationem, nam respondetur quod non propterea tollitur quin accusar. quis possit de delicto nisi obstet præsumitur de qua in l. quærelam C. ad l. Corn. de Fal.

Cõcludo sine multiloquio dictum Mazuchum, reum esse cõstituendum de furto vt supra, mox vti conuictum damnandum, saluo saniori iudicio.

L. Deo, & B. V. M.

F. Bernardinus Porrus I. C.

QVARTVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Super Constitutione in quibus casibus criminaliter procedi non potest.



ON potest dissimulari improbitas huius Caroli Lumaghæ, qui alterius pecunias interceptas nõ tantum dare, & reddere recusat (sed quod deterius est) negat, & mentitur, vel cõditione adiecta affirmat, quod perinde est, ac si mẽtiretur, Ideò indignus fit beneficio decreti, quod vbi res habeat originem à contractu, vel quasi, criminaliter procedi non possit, nam cum iste contractus, seù quasi sit causa, vt audiatur aduersus criminale iudicium contra se intentatum, debet de eo constare per confessionem, scilicet fatente se pecunias habuisse, sed illas se retinere in causam, puta mutui, depositi, aut alterius contractus, cum hoc priuilegium euitandi criminalem accusationem detur contractui, ideo mentiendo circa causam quæ beneficium producit indignus redditur. tex. in l. de ętate, §. si cum esset, ff. interrog. act. ibi, Non enim mentiri debuit, quia mendacium non caret dolo. l. falsus, §. si quis, ff. furtus, l. si quis affirmauerit, in princ. & l. quod si creditor, ff. dolo, plures cõcordantes alleg. Felyn. in cap. nonnulli, §. sunt, & alij, de rescript. nu. 44. vers. Amplia septimo, Sic debitor qui inficiatus est se debitorẽ amittit ius cessionis, si conuictus sit, Ang. §. pen. col 3. vers. Quæro quid si à princip. instit. de actio. Et est generale, quod is qui negat, se esse talem, perdit beneficium sibi competens ex tali qualitate, l. sed si ex parte, in fine princip. ff. quod cum eo qui in alien. pot. glo. in §. item si socius, in vlt glo. vbi Aret. instit. de actio. ex. in l. si vnus. §. fin. ff. pro soc. & in l. contra qui propriam, C. non num. pec. faciunt multa accumulata à Ploto in l. si quando, C. vnde vi, nu. 212. & hoc iure vtimur in Curijs.

Secundò, cum agatur de extero, & forense doloso, qui statim acceptis pecunijs vela dedit, non potest ille frui beneficio illius decreti, scribentes omnes in l. cunctos populos, C. summa Trin. & fide Cathol. & in l. omnes populi. ff. iust. & iur. Alciat. cõs. 63. in princip. Bursat. cons. 225. num. 172. vol. 2. cum simil. cum ergo dolus sit delictum, & pro eo criminaliter procedatur, ex Bart. in l. non omnes § à barbaris, ff, re milit. ergò nõ potest hic dicere decretum sibi prodesse debere.

Tertiò, vbi diceretur (quod nego) tueri posse se exceptione dicti decreti, Adhuc respondeo dolum tantum purgari, quãdo superuenit post cõtractum, secus si statim celebrato contractu fugam faciendo, vt in casu isto, quia non purgatur per actionem descendentem ex cõtractu, cum non stet in finibus contrahendi, iuxt. not. per Menoch. de arb. iud. casu 381. & 398. nu. 20. Farinac. de delict. q. 19 num. 35. vers. Pœna, At hæc materia est apta crimen furti committere, cum in animo gesserit, statim habitis pecunijs fugere, & creditorem eludere, quæ enim fiunt incontinenti videntur inesse; Non dicitur igitur iste dolus superuenisse post contractum, quo casu loquitur decretum, sed à principio fuisse ob deprauatam huius intentionem. Simile dicitur in dolo dante causam contractui, nam reddit contractum ipso iure nullum, secus si dolus sit incidens, quia tunc valet contractus, licet ad supplementum iusti pretij agatur, Abb. & alij in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. l. Iulianus, §. si venditor, ff. de act. empt. Cagn. in l. 2. C. rescind. vend. num. 17. Sic igitur cum dolosè fuerit inductus Gradignanus ad pecunias traden. huic fugitiuo homini, effugere non potest, quin criminaliter teneatur.

Postremò statuto Mediolani cauetur, quod idem ius reddatur forasterio, quod in partibus reddi solet his qui iustitiam à

Iudicibus suis petunt, in ordine 179. in omnibus, vol. 2. & vbi non appareat de statutis, aut iure quod ibi seruatur standum est, & sequendũ ius cõmune ita præcisè disponente dicto statuto. At de iure communi expeditum est criminali actione, eum teneri, ergò &c.

LAVS DEO.

F. Bernardinus Porrus I.C.

QVINTVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

MArcus Antonius Franzonus I.C. ægrè se tuetur aduersus homicidium commissum in personam Antonij Scaramelini, sub prætextu, quòd tunc esset bãnitus capitaliter ex condemnatione per eundem vti L. T. Prætoris Antigorij facta: Nã vt nõ omittã quod occidens bannitum nõ benè audiat apud viros probos, & eius fama non leuiter vulneratur, Paul. de Castr. l. Decuriones nu. 4. C. ex quib. caus. infam. irrogat.

Quare etsi statutum dicens, quod occidens bannitum non puniatur non tamen sequitur quin occidẽs committat crimen licet impunitum, ideò ad honores, & Magistratus non est admittendus licèt enim homicidium sit tolerabile, non tamen est ꝓbabile, Nam dicit Bart. in l. 1. ff. his qui, vt indign. Id quod pœnam non meretur, offensa tamen est, & nõ abstergit nomen delicti licèt pœnam tollat, & non est sine vitio quod ignoscitur, & non præcipitur cap. Nerui. 13. dist. quod saltem verum est hoc casu, Quia iste Doctor odio, per motus quo flagrabat in vindictam huius miseri, quòd contra eum testificatus fuisset occidit, vt ponderat Felyn. in c. Quæ Ecclesiarum de const. nu. 14. versic. 1. & contra hunc Menoch. q. 90. nu 48. vers. declaratur tertio imo etiam affectauit contra eum condemnationem accelerari sub die ex qua ex dispositione statut. d. loci condẽnatio fieri non poterat cum periculum esset in mora, quia verebatur ne altera die affulsisset, & affuisset liberatio iuxta illud Nocuit differre paratis, & in nimia festinatione inest dolus & præsumptio scientiæ in d. Franzono, vt in hunc laqueum imprudentem conijceret. Hinc est quòd occidens bannitum cuius bannum ipse ꝓcurauit dolesè nõ gaudet beneficio statuti Baiard. ad Clar. § Homicidiũ nu. 113.

Sciendum est quòd Origo huius homicidij sub velamine banni commissi trahitur, & ducitur ab alio facto illicito. (Vniuscuiusque enim rei Origo spectanda est.) Nempè cum Marcus Antonius Franzonus I.C. vices gereret Prætoris Vallis Antigorij insimulauit Antonium Scaramelinum de procurato abortu Dominicæ Turiæ eius affinis ad occultandum incestum, vt postea capitaliter cõdemnaretur prout ab eo fuit damnatus, non obstantibus exceptionibus eius fauore propositis ad impediendum dictam condemnationem quem postea intellexit esse absolutum virtute decreti gratiosi, occidi eum curare non dubitauit, & homicidij præmium poscere.

Ex iniustitia, & iniuria d. condemnationis infertur ad cætera subsequentia: Nam cuius principium est malum, finis est pessimus: Falsum inquam hoc redditur: Quod Scaramelinus pugnis, & calcibus procurauerit ab ortum Dominicæ, quæ postea dicitur ad duos menses pueri ab ortum in lucem dedisse. Nam visitatus puer fuit per offitium, & sine macula, aut aliqua offensa inuentus est: Nec si verum foret obiectum crimen, puerum post menses duos enixa non fuisset, nec potuisset tandiù integer in alueo seruari, si Medicis credendum est vti peritis in arte. Hinc ille fabulosus abortus ascriptus Scaramelino qui causam dedit dicto banno, & homicidio. Causa tanti sceleris fuit quòd Scaramelinus coram Prætore Domus Ossulæ, à Senatu delegato super crimine repetundarum contra eundẽ Franzonum deposuit.

Tertiò quoque huic Scenæ inseruit, ꝙ Franzonus obseruauit absentiam Prætoris, cum iustius decuisset eum expectari cum esset, valdè suspectus Scaramelino ex causa dictæ testificationis d. condemnationem accellerauit, vt supra nec à Prætore eum Iudicari passus est, veritus ne Irrita redderetur illius abortus accusatio. Et ne quid ad tãtam iniustitiam deesset post furcarum, & suspendij pœnam addidit etiam maiorẽ pro arbitrio Senatus. Qua si

quod

quod superesset eius tanquam per duellionis memoriam damnari vel instar eorum qui mortuis inseuiunt, & defunctorum pros cineres vti execrandos turbant. Hæc singula iuncta declarant, an animus Franzoni esset in causam publicam bannitum trucidare.

Quin etiam etsi fuissent in actis nomine Scaramelini producta Senatus rescripta vt bene ad supplicata Franzonus aduerteret sciens se in sindicatu villicationis suæ rationem redditurum. Procul à se Senatus auctoritatem in animum suum inducens. A destinato banno dimoueri non potuit, indurataq; mẽte arbitrans ex Prætoris aduentu sibi præreptam fore vindicandi potestatem, effusis habenis furoris sui saltuarie se præcipitem ad cõdemnandum dedit.

Nec omittendus est modus cum quo homicidium cum cæteris cõplicibus suis aggressus est: Nam positus in insidijs dũ Scaramelinus delicias suas, filium infantem præmanibus haberet crebræ in eum glandes plumbeæ, & igniuomæ sunt coniectæ, vt parum abesset quin cũ eo etiam infans interciderer; Ab insequentibus captus licèt consignari se iustitiæ peteret, passus est repulsam. Sacramentum confessionis imminente morte petens non est admissus, vt verè dicere ille posset. Mitius inueni quam vos genus, omne ferarum, & veritus Franzonus ne eorũ aliquis pietate Christiana commotus, tam pijs præcibus annueret, ante oculos suos interfici alta voce mandauit, vt vnà ei salus relinqueretur; Nullam aut corporis, aut animę sperare salutem. Consulebatur magis iustitiæ eum vinctum in manus Iustitię Regiæ tradi, qui sociorum delicta detegere posset, cum hoc in eius potestate situm esset, vnde etiam premia maiora per cridas imponuntur quàm eum certæ, & subitæ morti addicere; nec vitalem aliquem spiritum, & vltimum vale vxori filiolisque concedere. Vt laudandus in hoc sit Reuerẽdiss. Episcopus quod iusserit Parochum in cuius domo contra Scaramelinum fuere ictus vibrati eijci, e Valle Antigorij, & beneficio priuari tamquam rei indignæ, operam, auxiliumq; dedisset.

His constitutis sic firmatis quæ aditum præstant ad iuris conclusiones. Dicimus non potuisse impunè occidi à Franzono d. bannitum cum ille eum banniri fecerit in fraudem, vt occideretur, sic Acchar. cons. 408. Incip. probata viri seuitia, vbi quod talibus dolosis iura resistunt. Nec de eorum beneficijs participant Argum. l. Lucius §. Lucius Titius ff. leg. 2. & ponit exemplum illustre: Quòd quidem Bononiæ moram trahẽs, & vxorem suspectam habens misit eam ferrariam, & cum ibi esset scilicet Bononiæ fecit eam de furto accusari, & in banno poni. Reuersam occidit credens sibi licere per statutum, q̃ permittit impunè bannitos occidi. Obtentum fuit quòd cum ipse hoc bannum dari fecerit statutum non debere sibi opitulari. Quia odiosi legibus, procurãtes astus, & affectantes habentur addo Brunor. à sole in suis qq. legal. q. 26. nu. 44. Baiard. ad Clar. §. Homic. nu. 213.

Cęterùm effugere non potest Franzonus quin sciret d. Scaramelinum esse absolutum virtute Decreti gratiosi, & quia ille omni ope absolutionem procuraret q̃ à Senatu fuit expedita, & de Cancellaria leuata per dies 17. ante homicidiũ d. Scaramelini ipseq; Franzonus diligenter vigilabat circa ea, quæ fierent in dies circa petitam liberationem, & nisi sciuisset illius absolutionem non occidisset, sed Iudici præsentasset, cum facilè ei hoc esset aduersus inermem culpa etiam in hoc nõ caret, cum pinguius prouideretur per præsentationem quam per occisionem per ea quæ dicit Igneus in l. fideicommissum nu. 19. vers. Imo etiam ff. ad Sillan. Senatusconsultum idq; tanto magis cum nullum periculum foret quod in via ab aliquibus eriperetur quo casu omnino debuisset seruari non autem occidi ne conscios cõuersationis suę indicaret, & subtraheret facultatẽ Fisco procedendi contra delinquẽtes.

Item quia occidit eũ quem nulliter esse bannitum sciebat vti is qui eum damnauerat ex Dec. cap. qua in Ecclesiarum num. 64. vers. 3. casus de constit. infinitos aggregat. Farin cons. 101. in addit. litera Nulliter. & cum proxima foret certa sperata liberatio ob absolutionẽ generalem: Infero quòd sicuti impune potest occidi de proximo banniendus secundum multorum sententiam de qua apud eundem Far. q. 103. nu. 122. Ita non licet occidere

de

de proximo liberandum cum contrariorum eadem ſit diſciplina: Faciunt ea quæ ipſemet inducit nu.319. lim.19.& contra hunc quoque Fac.Blanc.& ceteri allegati à Farin.num.347.verſ. verum. Et ſufficit quod ipſe Franzonus vti iuſdicens in loco poterat diligenter perquirere cur eſſet in eo loco, Quid ibi ageret, & an ſub alicuius ſecuritate degeret cum præſertim tempore mortis eſſet vtſu.inermis; Quod conſiderat Clar. §. Homicidium verſ.item q. ro pono quod bannitus Alba conſ.667. cum paria ſint lib.2. & hoc conſider. Marſil.conſil.55.nu.8. lib.1. & publica eſſet in loco fama tum huius rebānitionis, quàm nullitatis banni de qua iudicialiter conqueſtus erat Scaramelinus, & ſtante veriſimili hac ſcientia nil obeſt quòd quis ſit, vel non ſit de albo bannitus, vltra quod ille locus non eſt adeo amplus, & numeroſus gentium quin illius mora officiali ipſius Terræ eſſet, vno ictu oculi, & momento temporis nota. Videat modò Senatus Excell. An audiendus ſit Frāzonus ex capite ignorantiæ ſupinæ, & craſſioris, ſeu affectatæ, cui nullæ leges aſſiſtunt, ſed reſiſtunt; cum igitur ſciret Franzonus coram Prætore, & in actis pendere quæſtionem ſuper liberatione virtute dicti Decreti hoc ſolum ſufficit ad eum cōſtituendum in mala fide, & ne bannitus poſſit occidi ex Alba d. conſ.667. qui plures allegat Baiard.q.82.num.39.

Quod attinet ad illud quod dicitur per Franzonum liberationem fuiſſe cōditionalem videlicet ſequuta remiſſione, & qđ interea donec conditio eueniat remaneat bannitus ex Ruyn.conſ.84. num.4. Quia reſponſum eſt(& bene)aliud eſſe. Quòd Princeps remittat bannum habita tamen remiſſione, & pace ab offenſis, aliud quod indultum concedatur reſolutum in futurum euentum quo termino ſex mēſium, Pax non præſentetur, & ſic ſub conditione reſolutiua quia hoc caſu appoſita eſt non ad validitatem, ſed ad reſolutionem iux.Cagn.in l.is damnum §. quod pendet nu.4 ff.reg. iur. Sic venditio dicitur pura licet reſolui poſſit ſub conditione, & interim non impeditur executio, ſi quis igitur velit dicere cum à quo pax habenda eſt veniſſe, & condemnationem priuationis, & reſolutionis tenetur docere Crau. conſ. 249.nu.1. vltra quod obſtant aliæ reſponſiones, & præſertim pendentia temporis dati ad reportan. remiſſionem Nullitas condemnationis vtſupra.

Ad cętera expoſita quod indignus eſſet Scaramelinus beneficio abolitionis ex quatuor Homicidijs, quod venerit in ſtatum pendente condemnatione, quod adhuc nō fuiſſet leuata gratia de Cancellaria Senatus, duobus modis abſoluuntur. Primum negatur, Secundum non tollit beneficium decreti gratioſi, quod tertium non excludit pęnam ſciētiæ abſolutionis, ac contra hunc Doctorem ponderata. Adeo nihil pro eo omnia contra eum decernenda ſunt, ſtantibus prædictis.

Quibus ad coronidem additur, quod licèt Franzonus cōtendat introducto ſtatu nomine Scaramelini in Sen. non licuiſſe variare, & eo omiſſo amplecti viam ſuppl. & recurſus ad eundem Senatum tāquam remedia ſint incompatibilia iux. not. in l. quod in hæredem § eligere ff. tribut. act. vnde ille ſurreptionem deſumit.

Quia rñdetur, quod reus etiā vtitur pluribus remedijs ad ſe deffendendū c.nullus pluribus de reg.iur.in 6. Nec vnius remedium aliud perimit, ſed adiuuat, ideo circa hoc caput nulla etiam imaginaria ſurreptio conſiderari poteſt.

Non obeſt cauſa dum dicitur, quod in primo illo ſtatu deerāt legitimæ remiſſiones prout fuit per Fiſcū excitatū, qa rñdetur q, non auferebatur poteſtas durante ſemeſtri eas reportare, & poſtea adire Senatum cum d.legitimis remiſſionibus.

Iam videt Senatus ex his qđ Franzonus tanquam alter Argus centum fronte oculos centum ceruice, gerebat in inſidiando vitu Scaramelini, vtcūq; iure quaq; iniuria interimeret. Quodq; ille deſcendit ad hoc miſerrimū refugiū nullitatis liberationis cęteris omnibus remedijs deſtitutu.

Cui in nihilo fauendum eſt cum actum geſſerit Prætoria maeſtate indignū à religione Chriſtiana auerſum, Ab omnibus tam moribus, quàm legibus alienum, vt Rancidæ nimis vnicuiq; videri poſſint hæ deffenſiones. viuit tamen hic imo in conſpectū hoīum venit. Nec facie impalleſcit.

LAVS DEO.

F. Bernardinus Porrus I.C.

SEXTVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Super Constitutione. In quibus casibus crimin. procedi.

Allegationes Clariss. I. C. D. Zumalli, Pro Mag. D. Vndegardo, contra Illust. DD. Serbellonos.

PRæceptum istud videtur euidenter nullum cum omnibus indè secutis ob defectum citationis, iuxta statut. 155. volum. 1. licet enim in præcepto associandi de iure communi non requiratur citatio partis, Salyc. in l. 3. col. 14. sub vers. Alio modo per viam associationis. C. de pignor. Menoch. de adipisc. remed. 5. num. 150. & 151. Tamen id verum est, si simpliciter sit concessum ad associandum, secus autem si etiam ad inducendum in possessionem, quia tunc omninò requiritur citatio partis. Salyc. d. col. 14. vers. & per istum modũ dico, q́ Iudex hoc faciens non habet necesse partem citare, quia nuncius nõ habet inducere, sed solùm associare. & vers. & sic si petit se induci in possessionem citatio erit necessaria, non si simpliciter petat se associari. Menoch. d. remed. 5. nu. 152. iuncto num. 150. & probat significatio verbi associare. quæ est, vt qui simpliciter associat, non cooperetur aliquid ad actum, licet det fauorem facienti actum, associando eum. Bal. in cons. 235. videamus lib. 3. & præsupponit text. in l. 1. C. de ijs qui latro. & Ioseph Ludo in decis. 21. Lucen. nu. 23. & quinq; seq. sed ex forma prædicti præcepti, claré apparet non fuisse simpliciter concessum ad associandum, sed imò ad inducendum quia in eo adsunt clausulæ fortiores, quæ excedunt terminos, & seu naturam ipsius præcepti associandi, vt puta clausula, ad frangendũ quælibet obstacula, Item clausula amotis quibuscunque occupatoribus dictorum bonorum, & amotis omnibus impedimentis &c. Nec non, & alia clausula pœnalis, per quam præcipitur ipsi Mag. D. Balduino possessori, & quibuscunque alijs, ne audeant, directè, nec per indirectum sub quouis colore impedire executionem dicti præcepti sub pœna scutorum duorum mille, ac etiam grauiori pœna. Non enim conueniunt vllo modo præ. dictæ clausulæ, vbi agatur solum de præcepto associandi, tùm quia illæ inducunt vim manifestam, cum tamen natura dicti præcepti sapiat meram vrbanitatem, & gratiam, vt per Saly. in d. l. 3. col. 14. d. vers. Alio modo per viam associationis. & Menoch. d. remed. 5. n. 151. Tum etiam quia auferunt possessori facultatem resistendi ex iusta causa creditori, ne ingrediatur, q́ vtique illi iure permissa est, vt per Menoc. d. rem. 5. num. 78. quam sanè Iudex non potest ei auferre, nisi ipso prius citato l. de vnoquoq; de re iudic. & ideò non possunt habere locum in dicto præcepto, in quo dicitur non requiri citationem, quod & confirmatur ex vsu ipsius præcepti, nam dum ipsamet pars aduersa passa fuit, vt præfatus D. Balduinus resistens, ac cõtradicens virtute dicti præcepti per vim expelleretur à dictis bonis per nuncium Iudicis, & seu satellitem. quod vtique non licebat ex solo præcepto associandi, lux a saepradicta manifestè ostendit, se petijsse tale præceptum non simpliciter ad associandum, sed etiam ad inducendum in possessionem, vnde non debuit omitti citatio, nam aliàs omissa reddit omnia nullius valoris, & mouenti, iux'a prædictum statut. 155.

Præterea etiam ad hoc vt dictum præceptum cõcedi possit sine citatione equiritur vt præcedat productio publici instru menti, ex cuius scripturæ notorietate appareat in sua prima figura ipsum hoc petentem facere posse, Salye. in d. l. 3. col. 14. vers. Et aduerte quia signãter dixi, & clarè etiam præsupponit Menoch. d. rem. 5. num. 150. ibi, de cuius credito constat ex claro instrumento, requiritur enim, vt ex inspectione instrumenti liqueat Iudici de iure actoris, aliàs requiritur citatio. Salyc. in d. l. 3. col. 15. ante vers. Ego hãc partem. Sed hic ex inspectione instrumenti ex aduerso præcenti non potuit liquere Iudici de prætenso iure actoris, Igitur non potuit concedi dictum præceptum absque citatione partis, quod probatur ex duabus rationibus, Primò quia dictũ instrumentum non est celebratum cum ipso Mag. D. Balduino, sed cum eius procuratore colluso-

in

in eius absentia, vnde potuit intelligi teuo earum cessante absentia, per ea quæ tradit Mascard. in tract. de probatio. cõcl. 1015. num. 16. maximè cum etiam in eodem præcepto præsupponeretur D. Balduinum esse præsentem in loco bonorum, & contradicere paratum, & sic diuersæ esse opinionis, quàm præsupponeretur fuisse procurator. Vnde colligi poterat procuratorem non potuisse contrauenire facto Dñi, Crau. cons. 54. nu. 5. Et stante huiusmodi contrarietate, verisimile etiam fore, quòd expressè foret reuocatũ mandatum, prout verè reuocatum fuerat, & denũciatum ipsimet procuratori, vel etiam publicatũ ad formam statut. 65. vol. 1. quod licet videatur loqui in procuratore ad causas, tamen etiam procedit de iure communi in generali procuratore ad negotia, vel ad vendendum quando non fuerat in mandato designata certa persona, cum qua deberet contrahere, vt aduertit D. Carp. ad dict. statut. 65. num. 40. lib. 1. & tradit Bar. in l. qui hominem §. si Titium. vers. Quæro de solut. & melius Saly. in l. mãdatum. col. 9. in 2. quæst. ante vers. Et no. q. hæc. C. maud. & Feli. in cap. ex parte decani. nu. 23. de rescript.

Secundò, quia adest in eo pactum, q. sit in electione D. Vndegardi vtifrui fructibus præsentis anni 1585. quo stante tantum abest, vt ex eius inspectione liqueat de prætenso iure actoris, vt imò verius de contratio inte appareat, clarum est enim, quòd non licebat actori ingredi possessionem, & seu tenutam apprehendere, donec ipse declarauisset se nolle vtifrui dictis fructibus, cum hoc positum esset in ipsius electione. Nam eligendo se velle vti, manifestè constat, quòd debebat incumbere tenutæ prædictorũ bonorum, ad hoc vt posset percipere dictos fructus, vt traditur in l. naturaliter, in prin. de acquir. poss. & ibi Doct. & præsertim Bart. in princ. & ibi Apostill. in ver. Tu verò ad declarationem, adeò q. si ea spoliatur, debet ante omnia restitui. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 69. & seq. Clarum est autem, q. instrumentum in quo aliquid est liquidandum, nõ potest habere exequutionem paratam ante illius liquidationem. Deci. cõs. 421. nu. 6. & cons. 322. num. 3. vers. Sed tamen idem. & cons. 405. col. 1. in fi.

Et in omnem euentum ex his saltem euidẽter apparet ipsum Mag. Dominum Balduinum habuisse iustam causam resistendi, & contradicendi, vnde non potuit expelli, vt per Menoch. supra citatum d. remed. 5. num. 78. maximè stante statuto tam claro prohibente concedi aliquod præceptum intrandi possessionem non citato possessore, & cui non debet fraus fieri propter additionem, vers. associo, cum alioqui in effectu idem fit, quod præceptum intrandi prohibitum à statuto, pro quo faciunt quæ de verbis dictionis, aliquod, præsertim in oratione negatiua, vel prohibitiua ad comprehendẽdum etiam quoscunque casus improprios vniuersaliter traduntur per Tiraquel. in l. si vnquam. ver. omnia, vel partem aliquam sub num. 14. per to. C. de reuoc. donatio. Crau consi. 194 num. 4. Rimin. iun. cons. 126 num. 3. & quinque sequen. lib. 2. & Menoch. cons. 275. num. 15 & seq. lib. 3. Et quod de verbis non addendis, vbi effectus repugnet, traditur in l. si vno. in pr. loca. & per Boss. de remiss. merc. publ. num. 2. 4. 8. Old. consil. 5. Rip. in d. l. si vnquam, quæst. 13. num. 26. & bonus tex. in cap. intelligentia, ibi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus de verbo. signific. & quòd ea interpretatio est facienda, ne lex sit ludibrio. Tiraq. de ll. connub. glos. 5. nu. 115.

Et prædictis stantibus patet etiam frustrà prætendi confirmationem eius quod nullum est ipso iure, vt plenè per Ossfe. decis. 34 num. 12. & seq. maximè cum nullitas hæc nõn possit dici velata, vt apud Bursa. consil. 73. num. 31. Et tantum abest, vt constare possit de notorio iure ingressi, vt requiri tradit Alciat. consil. 34. Mag. Domini Arburri col. 2. vers. Tertio limitatur. num. 6. in fi. & quatuor sequen. lib. 6. vt potius constet de contrario vt supra.


Laus Deo, & B.V.M.

Franciscus Bernardinus Porrus I.C. Med.

SEPTIMVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Adsit gratia Spiritus Sancti.

Quaestio an restitutus qui affectauit condemnationem sub spe futurae gratiae à Principe obtinendae indignus sit Gratia. Et de imposturae argumentis.



Aloysius Careanus tenetur ad solutionem debitorum si quae habet nō obstāte qd per restitutionem Principis fuerit factus homo nouus extinctęq; sint obligationes primae actiuae & passiuae & translatae in Reg. Fiscum ex Baldo in l. si marito in fine sol. matr. l. 2. ff. sen. pass. l. si deportationis C. eodem, ac per scrib. communiter in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Circa quam quaestionem videndus Costa insignis. in tract. de portione ratae. q. 120. & q. 30. nu. 12. Nam pro solidissimo fundamento praemittendū est, quod tempore inquisitionis potuit se ipsum eximere ne condemnaretur facillimè deducendo innocentiam suam multipliciter videlicet. Quia in loco Mādrisij iurisdictionis Heluetiorum equum ascendit cui erat appensus sclopus rotatus ipso minime aduertente, & prorsus ignaro cum ipse ad dictum locum nullum sclopum attulisset. Quod imprudens iter fallēs sermone cum socio itineris de itinere deflexit, & delapsus est. Imprudentia autē excusat in delictis Dec. l. ferè ff. reg. iur. plura apud Tiraq de poen. tempe. causa 13. Nonell. prax. in tract. ad deffensam nu. 71. vers. imprudētia: Quod cognito quod locus Gazoli erat sub Dominio Mediolani statim poenitentia ductus, & errore animaduerso retrogressus est ad locum Mandrisij, Quae poenitentia quoq; excusat distinguendo, vt per Clar. in prax. §. fin. q. 60. vers. fui quādoq;. Ignorantia quoq; verisimilis itineris cui non erat assuetus; quae plurimum confert ad tollen. suspicionem criminis sicut error qui remouet oēm consensum delinquentis l. si per errorem. ff. iurisd. omn. iud. latè apud Andr. Tiraq. de poen. temper. causa 13. nu. 22. Quartò qualitas personae cum ipse sit podagrosus nullas habens inimicitias cū aliquo ex quibus posset dici quod dolosè sclopum rotatum deferret. Nouell. in prax. fol. 59. num. 107. stantibus his argumentis innocētiae suae (vbi delictum nō affectasset) facillimè poterat absolui per viā iustitiae, Quia cridae Principis punientes delatores sclopor um rotatorum debēt intelligi modo adsit dolus in deferente alias cessante dolo cessat, & poena Iaf. l. 1. col. 4 ff. iust. & iure Statuta enim poenalia dicuntur habere causam in se si delictum fuerit dolo commissum Dec. cons. 9. col. 1. Mars. l. de minore nu. 17. 18. ff. quaest. Clar. §. fin. q. 84. in nu. 11. prac. crim. Gram. voto 21. cum ergo ex praedictis potuisset resultare indubitata deffensio Carcani probata verisimili ignorantia, ac probabili quae nō poterat referri ad contemptum cridarum S. Excell. ex Felyno in cap. 2. nu. 6. de constit. Qua ignorātia probatā stan. erat iuramēto ipsius Carcani ex Felyno alleg. nu. 19. post Bal. & Panor. & quae ignorantia excludit omne delictū, vt per Nouell. in prax crim. nu. 70. vers. & quando ignorantia. Merito iste Carcanus debet reincidere in omnes obligationes passiuas, non obstante subsecuta bonorum confiscatione, quia stantibus praedictis non liberatur condemnatus ex text. pulcherrimo in l. 2. ff senten. pass. vbi restitutio Principis, qū etiam obtineri potuit quoad bona, nec obtenta est, vt fraudarentur creditores nō facit restitutum nouum hominem dici quo ad eius commodum siquidem adhuc remanet obligatus erga creditores, prout erat ante tempus condemnationis. Ratio, Quia fraus non debet patrocinari fraudulento, ita per eandem rationem hic Carcanus restitutus qui potuit probando innocentiam parare sibi absolutionem ab imputatione, eam tamen neglexit ne erga creditores teneretur, adhuc debet dici obligatus cum per ipsum steterit quo minus absoluerētur. Nec dicatur quod sibi fuit plus aliū quod opus erat aureis 500. ad impetrādum absolutionem delicti per viam iustitiae, quia haec vana excusatio ob audienda est in ea Ciuitate in qua iura Sanctiss. & sine labe redduntur tam diuitibus, quam pauperibus.

Secundò principaliter (& hoc à praecedente fundamento pendet) affectata non

profuunt

prosunt ex Felyno cap. vlt. de test. infinit. cit.Tiraq de terr. municip.glo.4. §. 35. nu. 27.ergo affectata condemnatio sub spe fu turæ certæ restitutionis per viam gratiæ non suffragabitur delinquenti ex Bal.in l. 1.§.hæc actio.ff.si quis rest.liber esse ius fu. & ibi etiam per Bart. Gugl. in tep. c. Raynut.nu.r 15.de testam. & in quæst.an peccatores occidere liceat num.34. quem refert Clar.in prax.§.fin.quæst.59.vbi exempla innumera affert casui nostro apprime conferentia. Affectationem verò ostendit ipsa qualitas facti. Nā fuit accusatus Carcanus de anno 1582. vltimo Nouembris: Inquisitio, & formata, & transmissa die 6.Decembris eiusdem anni cum termino tridui ad respondendum dict. inquisitioni: Die vndecimo Decembris accusatum est bānum cum termino octo dierum iuxta solitum. Die vigesimo secūdo Decembris emanauit perhemptorium cum termino tridui quod fuit inchimatum die vltimo Decembris.Die vero decimo Iannarij fuit facta ordinatio seu condemnatio in pœnam vitæ,ac confiscationis bonorū, Die 26.Ianuarij 1583.obtinetur gratia à Principe. Hęc etiam festinantia,& nimia acceleratio in Notario,in Iudice,in Parte, maximam doli suspicionem inducit.Dec. in famoso consf.189 col.8.vers. item Crau. cons.6.nu.34.ver. vndecimo & cōnsi 134. num.32. præsertim contra stilum iudiciorum,quæ non ita de facili prorumpunt ad condemnationes capitales. Quia Haud vnquam de vita hominis cunctatio longa est & in iudice nimium præcipitanter, & cęleriter procedente in iudicando loquitur tex.in l. prolaram C. sententijs, & interloc.omn. iud. cum sim. add. à Crau.in cons.132. num.17.

Tertiò principaliter Affect. delicti ex qua gratia obtenta annullatur vti surreptitia,vt per Grammat.consi 34.num. 10. probatur ex depositione Andreæ Oldani corrupti accusatoris. Hic enim ita apertè in reuocatione prioris suæ depositionis, rem,& factum narrat, & ante oculos constituit, vt minime locum dubitandi relinquat dum recenset se accersitum fuisse à Causidico Loato, vt ad eum accederet in Ecclesia appell. Sancti Michaelis ad Clusam,existentem (ibi enim tunc latebat ob æs alienum) ibique imposturam compilatam præsente Causidico scilicet.Quod accusator cum duobus testibus adesset in loco Gazoli, & ibi ipsum Carcanum expectaret cum archibusio rotato ad effectum præmissum venturum, in hancq; causam ei dedisse libras decem,& octo pro expensis itineris, cum reliquis quæ sequuntur dictumq; Carcanum post querelam datam ei in remuneratione dedisse aureos duos.

Hæc igitur nominatio facta de socijs delicti licet à delicti consocio, & participe sola facit indicium ad torturam adhibita tortura ex crebriore Doctorū opi. vt apud Blanchum in l.fi. num. 378. ff. quæstio & nu 380. sic Nouell. in suo tractatu ad defensam num. 81. quæ tortura fuit irrogata huic Oldano, & non semel in ea perseuerauit.

Et cum colligatur ipsum Oldanum nō cōmissurum delictum sua causa, sed alienum ob interesse, & commodum potuit & debuit interrogari, & torqueri super mandante ex Boss. qui ita seruari attestatur in praxi tit.de indic.nu 156. quem refert.& seq.Clar.in praxi. §. fin. q. 21. vers. dict socij Rol.à Valle cons.73. colum.2.in prin. l b. 1. & id omnino procedit in casu isto in quo constat de amicitia præcedenti inter Oldanum, & Carcanum ex quo ambo vtebātur opera eiusdem causidici iam dudūm,& ex salutationibus quæ intercesserunt in loco Gazoli dum fuit inuentus Carcanus cum sclopo quem dictus Oldanus manibus excepit, tractauit, quæ sunt signa maximę domesticitatis, & familiaritatis.Confirmatur quia nulla ratione poterat moueri Oldanus ad accusandum nisi, vt amico satisfaceret siquidem ex tali delatione ad eum nil emolumenti peruenit nec apparet de aliqua diligentia per eum facta apud Reg. Cameram cum tamen deposuerit in primo examine se motum fuisse ad accusandum spe consequendæ tertiæ partis bonorum in præmium accusationis imo exitus comprobauit hanc imposturam quia Camera Reg.nil consequuta est ex dictis bonis. Hæc enim quæ subsequuntur plurimum conferunt ad iudicandum qualis fuerit animus, & intentio in præcedentibus l. si seruus plurium §.fi.de leg.1 §.pauohum instit. Rer.Diuis, & quod dicitur exitus acta probat l. aur sa cta.§.eucutū ff.pen.ex hoc etenim euentu

dete.

detegitur præmissa conspiratio ad fraudandos creditores compilata, nam Oldanus non fuisset negligens in perquirendo quam vtilitatem sibi attulisset d.confiscatio eum in eum finem premij se accusasse professus fuerit in pri.examine, & in dubio præsumitur diligentia non autem negligentia cap. nisi de præbend. cap.ad audientiam de rescrip. Abb. cons. 41. col. 3. lib pri.cum sim. in fin.

Adhæc eum versemur in crimine occulto videlicet impostura facta quæ secreto fieri assolet inter correos,& socios. Nominatio facit indicium ad torturam Crau. præcep.meus cons.178. nu.3.Menoch.nu.42. dicto casu 474. iunctis autem alijs adminiculis plenè probat Dec. cons. 342.nu.3. vbi dicit quod coniuratio facta inter aliquos probari potest per ipsos complices, qa ex natura negotij,& criminis per alios probari non potest in simili. Dec.cōs.650. nu.9.Marsil.in prac.§. diligenter num.13. In quo articulo vide Menoch.de arbitrar. iud.lib.2.casu 92 per totū. Fortius probat ille Oldanus quia deponit in facto pprio quia operam suam exhibuit in querelando ad finem præmissum vnde solus si non facit plenam probationem secundum aliquos,at saltem fortius probat Dec.d.cons. 342.col.11.Crau.cons 73. col.8.idem cōs. 220.col.pen. Menoch. de arbit. Iud.lib 2. casu 474.in discursu.

Neq; obstat quod testis iste sit periurus quia pri.negauit & post confessus est ergo &c. ex Crauetta cons.6. nu. 14 & 148.vbi latissime. Quia respondetur quod secūdum dictum cū tortura prævalet inspecta etiam magna verisimilitudine videmus Menoc. de arb.iud.casu 108.per totum.

Pro deffensione Oldani adducebatur ab Aduocato in voce, Quod ille fuit inductus minis Mag. Vicarij ad confitendum delictum cū ille dixisset se habere ordinationem à Senatu Excellentissimo torquendi donec veritatem extorqueret, & iccirco illam confessionem minimè attendendam, quæ emanauit metu tormentorum.

Respondidi ego ex Boss.in praxi.crim. tit. de exam. reorum nūm. 17. Quia fuit tātum illi dictum, vt diceret veritatem alias torqueretur cū de iure etiam potuisset torqueri propter infin. inuerisimilitudines resultantes ex eius prima depositione Clar. in prax.§.fin.quęst 55.vers.circa secundum, & aliqua in scilicet apud Menoch. de arb. iud.casu 267.

Rectè Senatus censuit non esse relaxan. nisi solu sset quia qn cōstat quem esse debitorem is non debet fideiussori de soluendo relaxari, & trib ictibus funis plecti publicè iussit, ac causidicum Luatum torquendum ad habendam veritatem imposturæ eius consilio compilatæ qui si confessus fuisset non leues pœnas sensurus erat.

Laus DEO,& B.V.M.

F. Bernardinus Porrus I.C.

OCTAVVM RESPONSVM

eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Super Constit. In quibus casibus crim. procedi. & circa.

Accusatio de vi expulsiua, & ablatiua, Ac falsitate Notarij, nomine Mag. D. Iacobi Vndegardi proposita, tam contra Illust. Serbellonos, & complices, quam contra Notarium Pallatium, ac eius Procuratorem reuocatum.



Vnctus est, An criminaliter procedi possit, stāte Decreto, Quod vbi res habeat originem à contractu, Criminalitas conquiescat, demptis his duobus casibus, vbi subsit vis,& dolus. Ac supponatur in facto Ill. Serbellonos bona apprehendidisse virtute præcepti associandi, sub eo prætextu quod hæc bona emerint à Procuratore Mag. Vndegardi licet reuocato; & Mediolani extet statutum, quod quando fit aliquid in executione præcepti iudicis, nō possit criminaliter procedi, de quo meminit Boss. titulo de Decreto Mediolani in praxi num. 4. in fin. & cum Illust. Serbelloni habeant regulam pro se, quia scilicet appræhenderunt ex præambulo cōtractu, tandiu ad eorum fauorem standum est regulæ, quādiu non doceatur per Magnificum Vndegardum casum hūc compræhēsum esse in altera fallentia, seu vis,

ſeu Doli, Dec. l t de reg. iur. concordan. infinitos citat Crau. conſ 168. num.8. & hoc iuſta ratione quia dolus debet probari ab eo qui illum deducit. l. dolum. C. de dolo l. item exigit prætor ff.eód. l. quoties ff de probat.

Secundò etiam iuuat Ill. Serbellonos, quod etiam ſi dicatur eos niti ex contractu inualido, geſto, cum Procuratore reuocato, adhuc tamen excuſantur à pœna, ita in terminis dicti Decreti tradit Boſſ. dicto Decreto num. 18. licet forte de iure contrarium verius foret, quod latiſſime proſequitur Plot. de in lit.iur.§. 6. incip. verſ. ex præmiſſis, ſiue contractus ſit nullus per errorem facti tantum, ſeu iuris tantum, ſeu mixtim, Nam mala fides quę dat cauſam criminalitati ceſſat.

Tertiò ſuadetur præſumptio excluſiua delicti, deſumpta ex nobilitate eorum, per ea quæ dicit Tiraq. tract. nobilit. nam præſumitur pro nobili. l. de curio. l. fin. C. decur. lib. 10. Clar. §. fin. quæſtio. 60. non prodeſt etiam.

Quartò in iure hæc recepta eſt regula, cauſam etiam iniuſtam, & temerariam excuſare à pœna Iaſ. l 1 num. 17. & 18. ff. de eo per quem fact. erit. Plot. conſil. crimi. 110. num. 16. volum. 1. latè apud Ant. Gabriel. lib. 3. com. opin. tit. de criminal. concluſione 8. per totum.

His non obſtantibus ſentio, contra Ill. Serbellonos, & complices procedendum eſſe criminaliter, de vi turbatiua, & expulſiua, & ablatiua ex infradicendis, verum interea vt criminalitas clarior reddatur, operepretiũ eſſe puto, præmittere nonnulla.

In primis, q̃ turbatiuæ & expulſiuæ vis puniatur ciuiliter interdicto vnde vi, & criminaliter l. Iul. de vi public. vel priua. vt dicit Boſſ. in prax. tit. de plur. viol. num. 2. & per noſtrum ſtatutum Criminale pœna relegationis.

Secundò quod pœna vis publicæ, eſt extraor. Clar. §. fin. q. 83. verſ. vim publicam, ſequitur Menoch. de arb. iudic. caſu 294. nu. 17. & ſi fiat cum armis, quod puniatur criminaliter, & ciuiliter, Iodoc. praxi crim. capitulo 97. de vi public. & plurimum leges, violentias abhorrent, varijſq; pœnis plectunt delinquentes, nunc vt iure ſuo cadant: nunc vt incidant in pœnam l. Iul. de vi publ. nunc vt damnum reſarciant iuramen. offenſi. nunc vt, qui congregauerit armatos homines, eoſq; duxerit præceteris teneatur, vt author, acrius, quæ eleganter proſequitur Alc. conſ 17. num. 12. tomo 2. lib. 7. Soci. iun. conſ. 18. nu. 11. lib. 2. Plot. conſ. crim. 72. num. 18. tom. 2. crim. Nunc vt teneantur actione iniuriarum l. iniuriarum §. ſi quis, me prohibeat verſ. aut ſi quis vbi doct. ff. de iniur. Alex. conſ. 103. nu 5. verſ. inſuper l. 1.

Tertiò erit obſeruandum, quod cum Decretum Mediolani excipiat dolum & vim à regula, iſte dolus, cum ſit difficilis probationis, ex Iaſ. conſil. 141. col. 3. lib. 4. Boer. quæſtio 101. num. 3. & 4. Gratus conſ. 43. col. 2. num. 8. lib. 2. ex coniecturis probabitur & ex qualitate facti, cum directo probari non poſſit, Dicto in l. Dolum C. de dolo, & plura ſimilia congerit Vegius cõſ. 41. num. 4. & ſeq. ad hoc præpoſitum apprime conferentia.

Nunc ad rem proximè deſcendendo, ſanè conſtat Illuſt. Serbellonos ingreſſos fuiſſe fundum D. Vndegardi, a ſcripto noĩe aſſociationis adhibitę, in eo D. Vndegardo reperto in poſſeſſione legitimæ, & pacifica, & cõtradicente efficaciter verbo, & opere, quo caſu recedere tenebantur Serbelloni, vulgata Doctrina Salic in l. creditores col. 14. C. de pignor. Menoch. de adip. ſc. rem. 5. num. 150. & 151. cum propoſita eſſet legitima exceptio per Dominum Vndegardum, quod inſtrumentum erat confectum à Procuratore tam reuocato, tũ per publicum proclama iuxta praxim. deductã ex l. ſed & ſi pupillus §. proſcribere ff. inſtit. actio. cuius reuocationis ignorantia, in eo quod palam innotuit, diſſimulari nõ poteſt. in mandato generali ad vendendũ incertę perſonæ ex annot. à Felyno in capitulo ex parte Decani nu. 23. de reſcrip. & per Cæph. Fer conſ. 354. lib. 3. num. 24. tum quia cum mãdatum ſit abſentiæ cauſa factum ipſo iure erat extinctum per reuerſionẽ dñi per Bar. in l. filiusfam. §. procuratorẽ ff. de proc. & in l. mutari ff. mand. Maſcard. de probatio. concluſ. 1013. num. 16. tum quia ex productis & teſtibus examinatis, apparet de expreſſa notitia dictæ reuerſionis ipſorum aduerſantium, tum ex eo, quod poſt aſſertum chirographum venditionis, apparet ex teſtibus nominatis, ipſos aduerſantes renuntiaſſe eorum

piæ-

prætenso chirographo, sicq; ex post egerũt Serbelloni actione hypothecaria contra D. Vndegardum, ex quo videtur recessum à venditione chirographaria, si qua suberat, cum sit actus incompatibilis arg. l. 1. & 2. C. quan. lic. ab empt. disced. l. ab emptione ff. de pactis, vbi gl. Magistralis, neq; n. pignus, neq; hypotecha in re ꝓpria tenet, vulg. l neq; pignus. ff. de reg. iur.

Rursus secundo loco constat eiusmodi præceptum fuisse obreptum à Mag. Vic. Quinctio, cum minime posset concedi, vti de negotio, seu cõtractu illiquido, obripere enim nil aliud est q̃ latenter rapere, vt declarat Budæus in annot. Pandec. ad l. si quis obrepserit ff. ad l. Corn. de fals. de qua meminit in terminis Paris. cõs. 151. n. 33. lib. 4. & ex hac obreptione inciderunt in pœnam falsi, qui ipsum Vicarium fefellere, seu fallaciter adiere, & suggillarũt persuadentes illi quod agebatur de venditione facta à Procuratore, & hoc primum falsum cum iam ipsi scirent esse reuocatum; Secũdò quod licebat propria authoritate possessionem ingredi, ideo vrbane agẽdo, petebant associari à familia, & hoc secundũ falsum. Quia nullum ius oriebatur ex Instrumento venditionis factæ sub conditione, quod vbi D. Vndegardus vellet frui fructibus illius anni, non impediretur à D. Serbellonis, vnde si hoc exposuissent haud iudicem adduxissent ad conceden. illud præceptum, quod de iure stante hac illiquidatione, erat prohibitũ, Bar. d. l. creditores col. 3. num. 15. C. de pignor. Crau. cons. 819. nu. 9. lib. 5. & cons. 802. num. 27. qui plures cumulat lib. 5. Ant. Massa ad for. Cam. obligat. titulo de liquidatione nu. 11. Aret. cons. 32. in 1. dubio Cotta vbi alios citat in mem. pacta executiua, Tertiò inserentes apocham vẽditionis à nemine subscriptam, & ita machinando, & compilando, vt instrumẽtum relationem haberet ad dictã apocham, in quo satis falsitas considerabilis est, ex his q̃ habentur apud doctores in l. scripturas C. qui potio. in pigno. hab. qd̃ tanto magis admittendũ est, cum post illam apocham dicti Serbelloni distulerint instrumenti cõfectionem, per lõgum tempus post reditum ipsius dñi scilicet per menses vndecim, occultata illius venditionis veritate, neque enim si vera fuisset venditio rem tam grãdem, valoris scut. circa 25. mille in tantas temporum intercapedines protraxissent, inquit elegãs tex. in l. si quis forte in vers. Nec enim diu debebãt tam magnã rem tamdiu reticere ff. de pœn. Crau. cons. 75. num. 9. & cons. 148. nu. 2. Ceph. cõs. 464, nu. 28. lib. 4. Id quod fortius confirmatur cum illa apocha fuerit cõscripta sola manu ipsius Co. Io. Baptistæ Serbelloni, & instrumentum venditionis confectum (vt ex illius lectura colligitur) in domo ipsorũ aduersantium, de quorum commodo agitur, Imo etiam de leui dolus præsumitur vbi subest lucri causa Mazol. cons. 26. nu. 20. quam coniecturam ad dolũ arguendũ recenset Anch. cons. 385. licet pridie col. fi. quem refert, & sequitur Crau. cons. 142. nu. 18. tum ex eo quod reuerso D. prætium procuratori reuocato, in rem propriam Procuratoris exbursãrunt eo inscio, & sic clandestinè, & furtiuè, neq; enim hæc (arg. sumpto à communiter accidentibus quod validum est) fieri solẽt, nisi insidiose, & machinatoriè, dum laquei tenduntur ad illaqueandum, & aucupandum, Bar. l. filium diffinimus, ff. his qui sui iuris sũt Nicolaus Euerardus in loco Arg. à communiter accidentibus. Crau. cons. 40 nu. 2. vbi latè, Imò hoc contra bonos mores videtur factũ, quod præsens Dñs nunquam ad hæc fuerit requisitus, postquam reuersus bona administrabat, fruebatur, locabat, pensiones exigebat, ipsis D. Serbellonibus videntibus ac patientibus, quorum taciturnitas cõsensui proxima est c. is qui tacet de reg. iur. in 6. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 21. vbi insolitum, & contra morem, vnde satis de dolo suspectũ est, Crau. cons. 657. nu. 48 cons. 880. nu. 5. 854. num. 6. Ceph. cons. 589. nu. 36. lib. 4. Tum quia cum procuratore reuocato contractus factus scienter, manifestum arguit contrahentis dolum, stante prohibitione publica, ne quis cum eo contraheret, oriente ex publico edicto vnde fit ꝙ cum lex huic contractui resistat, dolus præsumitur, & non excusatur à criminalitate. Alc. l. bonæ fidei, ff. de verbo. sig. Plot. ad dictum decretum § 6. nu. 23. in fi. & cum Ill. Serbelloni sint prudentes ac literati, præsumuntur etiam scisse contractum esse nullum, Alc. reg. 3. præsump. 31. versiculo ex hoc infertur, A pœna igitur criminali non excusantur

Serbelloni virtute licentiæ illius inualidę & nullæ, & dolose procuratæ, Bart. inter. cons. 91. num. 5. vers. præterea est, sed de his satis.

Tertiò principaliter, cum ad expellendum adhibita sit vis, vt constat ex testibus examinatis, maximè coram Illust. Auditore exercitus, sequitur vt ex ea teneantur Serbelloni, qui violenter, minime possessorem deijcere poterant: & hic in primis considero quod, vim adhibens præsumitur in dolo Crau. cons. 18. nu. 10. Soc. cons. 131. col. 10. n. 10. vers. amplius lib. 1. Dec. cons. 567. col. fi. in fi. Alex. dicto cons. 103. col. 2. num. 8. vers. Nam eo ipso, lib. 1. l. 2. §. doli ff. de vi bo. rap. & præsertim quando, cum armis fit expulsio, nō caret dolo. Soc. iun. in terminis cons. 18. num. 28. lib. 2. sed melius Corne. cons. 207 col. fin. in fi. lib. 2. vbi dicit quod contra eiusmodi spoliatorem habet locum pœna Criminalis, iuxta terminos l. si quis ad se fundū. & l. in possessionem C. ad l. Iuliā de vi Paulus Merenda, cons. 58. num. 17. parte 2. cons. 11. nu. 5 par. 1. Gram. cōs. 43. & cons. 55. nu. 4. & 5. & præsumitur in eo dolus, cum vis de se sit illicita, nec ignorantia tam clari tam indubitati iuris debet allegari glo. c. si diligenti. de foro comp. & dicit Soc. qui supra, num. 33. quod non excusatur à dolo, si quis vtatur armis.

Nec obstat, q̄ authoritate Iudicis Illust. Serbelloni veniant excusandi, arg l. iusto ff. acquir. possess. quia ea abusi sunt, & cum supra responsum fuerit magis supplantatum fuisse iudicem (& tantum abesse, vt illud præceptum sit associat. vt magis verè præceptum intrandi possessionem dici debeat) sequitur quod eiusmodi licentia iudicis non excuset à pœnis cōtra spoliatores proditis, cùm contra non citatum processum sit. Soc. iun. d. cons. 18. nu. 28. Crau. d. cons. 819. nu. 11. vers. Hoc ita, lib. 5. nam tunc factum iudicis, iuris ordine non seruato procedentis, censetur factum priuati. scilicet factum a iudice de reg. iur. c. eaque fiunt à iud. ce eo. tit. in 6. vbi Dyn. & doct. Crau. cons. 425. num. 73. Decian. cons. 37. num. 28. 29. lib. 3.

Quod vero hoc præceptū nihil habeat præter nudum nomē associationis seu assistentiæ, satis demonstratur, cum in eo adsint clausulæ, quæ excedūt naturam associationis, vt est clausula pœnalis, qua præcipitur d. Vndegardo, vt non audeat impedire executionem dicti præcepti sub pœna scut. 2000. tùm & illa amotis quibuscunq; occupatoribus & impedimētis, hæ etiam, clausulæ tit. præcepti non conueniunt, & naturæ textus, est vt sit de comprehensis sub tit. seu rubr. ff. si cert. pet. in rubr. Nonne vel ex hoc præcepto aufertur facultas possessori resistēdi, seu verbaliter, seu realiter, contra naturam associationis, vt inquit Menoch. dicto remedio 5. nu. 78. Nonnè actus qui fundari debet super potestate patris, totus fundatur super facto iudicis? vt inquit Ioseph. Lud. 11. decis. Luc. nu. 28. & quinq; seq Marcabr. ab Anguill. consil. 90. nu. 56. 57. Nōne actus iste, qui meram vrbanitatē sapit, transit ad in ciuilitatem, quod possessor non citatus per vim è fundo expellatur? Quid amplius desideratur in præcepto intrandi? igitur attendimus effectum non denominationem iux. tex. in l. vbi ita donatur ff. donat. causa mort. Crau. cons. 231. num. 15. satis erit in confesso, nihil magis alienum esse à natura associationis quàm hoc præceptū, & ideo consistit sub regulis præcepti intrandi, & dolose sub nomine associationis subreptum, quia sciebāt repugnare statutum, ne concederetur præceptum appræhendendi, non citato possessore.

Quartò euitari nō potest criminalitas, respectu excessus scienter cōmissi in bonis, prohibitis vendi à procuratore, Imo exprēssim ab eod. procuratore reseruatis vti emphiteuticis, ex quorū venditione (irrequisito domino directi) commissa fuisset pœna caducitatis ex l. 2. C. iur. emphy. & ex dispositione statuti nostri Mediolani, Imo etiā exceptis in ipso pcepto, & q̄ scientia non solum colligitur ex eo q̄ contrahentes tenentur inquirere, & scire vulg. l. Qui cum alio cōtrahit ff. de reg. iur. sed etiam dum fuerunt certiores de hoc redditi, & tamen pertinaciter dictis bonis prohibitis insistere voluerunt, ac adhuc insistunt, ea retinendo, atq; eorum fructus percipiēdo, colligendo, Quæ per seuerantia aggrauat eorum delictum, & in excessu regulariter inest dolus & in his terminis loquitur Alexan. in suo pulchro consil. 103. lib. 1. Ponzin. ib. ad decretum Mediolani, quod vbi res habeat originem à contractu tec.

&

& illius consilij meminit Plottus in pluribus locis dictæ l. si quando C. vnde vi ad interpretationem eiusdem Decreti, Ita in his terminis loquitur Bald. cons. 410 in causa col. 2 vers. & ad euidentiam lib. 2. Cepola cons. 4. visa querela c. 6. vers. & similiter & vers. cum ergo; sieque d. Serbelloni saltem debebant protestari, se ipsos paratos excessus reformare, & dicta bona emphyteutica relaxare ipsi Mag. Vndegardo, & in his terminis faciunt exempla accumulata á Ploto, dicto tracta. de in lit. iur. § 6. nu. 22. vers. contractus etiam matrimonij, cum multis sequen. A primordio igitur tituli posterior formatur euentus, & ab euentu subsecuto animus dominorum Serbellonorum declaratur, an fuerit excedere, necne Crau. cons. 697 nu. 10. vers. 2. lib. 5. maximè cum in apprehensione reseruauerint bona Abbatiæ S. Dionysij. & sic excipiendo d. bona expressim, videntur satis apertè declarasse, quod voluerunt comprehédi in eorum apprehensione cætera omnia bona arg. l. nam quod liquide ff. de pœn. leg. faciũt tradita à Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. & facit reg. l. maritus C. de procur. c. non ne de præsumptio. & facit ad hoc quod causa quæ fuit à principio iusta excusationem non præbet, si statim atque vt iniusta esse cęperit, pęnitentia quis non ducatur. Castr. cons. 2. visis omnibus col. 1. lib. 1. l. si quis inficiatur vbi Bar. ff. depositi, & in l. destitisse ff. de iudicijs, In malo enim perseueranti ignoscendũ non est l. qui cum maior §. accusasse ff. bono. liber. l. Papinianus. meminisse ff. inoff. testam. vbi Ias. cons. 179. col. 2. lib. 2. Erat enim desistendum ab Illust. Serbellonibus veritate comperta, & ad hoc proposi-tum leguntur aurea verba Bart. in cons. 91. col. 2. vers. præterea condescendo, n. 6. quæ casum nostrum decidere videntur. Inquit Bart. adhoc vt per iniustũ titulum turbans aliquem in possessione excusetur, oportet ꝙ statim cùm ipse cognoscit iniustitiam tituli, & suæ causæ, desistat. Ideo criminaliter punitur vt supra vers. prox. præcedenti incipiente, Præterea est ei imputandum.

Quintò, & si ea omnia plana sint, vt criminalitatem vndiq; vocent, & à se ipsis loquantur, Attamen, & de vi ablatiua conueniuntur D. Serbelloni. Dum fructus à fundo separatos abstulerunt, quos iam dictus Mag. Vndegardus perceperat, collegerat vt appareret etiam ex tenore instrumenti per eos cum procuratore celebrati, dum hæc illi facultas pro eo anno permittitur gaudendi fructibus, in quibus etiam aderãt fructus redacti ex fundo bonorum reseruatorum expressim, vti emphyteut. ac bonorum Abbatiæ S. Dionysij, quæ ficto simplicis nomine tenebantur ab ipso Magnif. Vndegardo. Nec affectata in eis ignorantia prodest, cum paria sint scire, seu scire nolle maximè quia poterant de facili (citatis monialibus, vel D. Vndegardo) certiorari. Et quia cum in præcepto essent prohibita apprehendi bona emphiteotica, tenebantur diligenter inquirere quænam essent, ne inciderent in delictum nec excederent præceptum, illoq; abuterentur, & pro hac violentia ablatiua prodita est actio, de vi bon. rapto. ff. de vi bo. rapt. Ripa c. sæpe nu. 22. de restit. spol. cum simil. in fin. Boss. tit. de rapin. & pro pœna recurrendum est ad stat. Criminale Mediol. vt inquit Boss. ibidem nu. 9 & de differentijs inter rapinam, seu vim bono. rapto. & furtum & de earum vi agit veluti ex professo Nouariens. de in lit. iur. nu. 43. incip. furtum num. 4. 5 6. Iodocus Enchir. crim. c. 101. & quòd hæc vis bonorum rapto sit furt. iniquissimum tradit Rom cõs. 144 inquisitio præsens num. 2. Dec. cons. 669. nu. 10. singulare cons. Augusti. Berol 595. lib. 3. & licet dicatur in ablatione, nõ fuisse adhibitam vim, satis tamẽ est, quod contra volũtatem D. abstulerint res agentes Illust. Serbellonorum, vt teneantur de rapina. M. Antonius Natta ferè in terminis cons. 79. num. 8. lib. 1. & dicitur etiam rapere qui ex titulo apertè inualido, vel sine, res inuadit Alienas Cassaneq; ui. plures citat, cons. 7. num. 55. Et nihil quo ad hos fructus possunt ostẽdere, nec dicere quòd sès habeat originem à contractu, & socius vtens re communi vltra eius portionem Incidit in delictum nec excusatur quod res habeat originem à contractu Alexan. dicto cons. 103.

Non obstant obiectiones, & primo ꝙ dolus non præsumatur, sed sit probandus, quia vt ex supradictis, manifestè constat de dolo apparet multipliciter coniecturato, & examinato, tum etiam ex qualitate

facti, & non vnica tantum coniectura, ſed pluribus oſtenſis, quod ſatis ſufficit, vt in conſ. diuerſ. crim. 25. nu. 20. lib. 2. Crauet. conſ. 100. nu. 3.

Secundò non obſtat, q. ex ſtatuto Mediolani, quando aliquid fit in executione præcepti iudicis non poſſit procedi criminaliter Quia reſpõdeo id procedere quando in obtinendo dicto præcepto abſuit dolus in impetrante illud præceptum: nam in qualibet diſpoſitione generali cenſetur exceptus dolus, & frans. l. creditor § Lucius ff. mandat. Secundò declaratur ſtatutũ nõ procedere qñ præceptum iudicis eſt nullum, præſuppoſita nullitatis ſcientia in contrahentibus vt ſupra deduxi, dum citaui Alciat. d. præſumpt. 31. alioquin ſi eiuſmodi præcepta excuſarent à criminalitate, nemo reperiretur, qui non fingeret mandatum, vt ſub eius prætextu, res alienas inuaderet, tutus exceptione ſtatuti aduerſus criminalitates, quod non eſt dicendũ ſtatutum ſenſiſſe Crau. conſ. 137. nu 2. Ne mereatur rephendi à ſapientib. vulg. l. Saluius Ariſto. de leg præſt. Cotta in ſuo mem. in verbo ſtatuto terrarum latè Rol. à Valle conſ. 72. num. 42 lib. 3. Neq; enim ſtatutum decet eſſe peccati nutritiuum, c. erit autem lex diſt. 1. vnde cum & dolus, & vis interuenerit, ſtatutum aut doloſo aut violẽto non debet patrocinari. Tertiò quia ſtantibus prędictis apparet præceptũ illud fuiſſe affectatum. Ponzi. In dicto decreto in 7. pag. circa med.

Minus reſiſtit dum dicebatur contractum etiam nullum excuſare, ne criminaliter procedi poſſit, quia ex præmiſſis apparet id procedere in cõtrahente nulliter per ignorantiam, ſecus ſi adſit ſcientia. At hic nullus fuit error iuris aut facti, ſed doloſa machinatio, & circumuentio iudicis: dolus autem vnicuiq; debet eſſe nociuus §. itaq; fullo inſt. furt. Poſtremo quomodo excuſati poterunt reſpectu fructuum de quibus in præcepto nulla mentio fiebat, imo abutentes præcepto non euadunt pęnàm quia qui peccauit in legem non gaudet beneficio legis.

Neq; vrget quod in dubio ſit capienda delicti interpretatio excluſiua, ne dicamus Nobilem voluiſſe, ſe alicui crimini ſponte obijcere, & famam ſuam maculare, Quia reſpondetur, quod generalis hæc pręſumptio ex nobilitate ſumpta, perimitur à ſpeciali delicto vt ſupra probato, regula Generi per ſpeciem. Sic dicimus bonam famam alicuius nihil prodeſſe vbi in ſpecie appareat de delicto, Clar. §. fi. q. 60. verſiculo frequens etiam, Dec. conſ. 454. Marſi. l. de minore § plurimum ff. de q. 18. col. in prin. Pariſ. conſ. 23. num. 256. lib. 1. 64. nu. 24. lib. 1. 10. nu. 92. lib. 2. & hæc præſumptio nobilitatis debilis, vincitur à pręſumptionibus delicti vrgentioribus, vulg. l. Diuus, De in integr. reſt.

Eiuſdem eſt farinæ, & tam proxima quam lac lacti, altera obiectio, quod cauſa etiam iniuſta, & temeraria excuſat à pœna criminali, quia præclarè inquit Boſſ. in praxi tit. decreto Mediolani, nu. 19. quod hanc regulam dicunt omnes, qui ad pauca reſpiciunt. Ideo ſi verſamur in actu à iure ciuili indubitato, & notorio reprobato, qualis eſt contractus cum Procuratore reuocato factus ex his qui habentur apud Fely. capitulo ex parte Decani. de reſcrip. col. finali, Vel etiam cum agatur de actu ſequuto, adhibito nõ ſolum dolo, ſed etiam violentia, Qui dolus & vis ſui natura ſunt prohibita, inanis erit hic, excuſationis clypeus, vt inquit ibi Boſſ. Adduco etiã Cur. Sen. conſ. 71. incip. videtur ſine ſcrupulo col. 9. Alex conſ. 103. nu. 14 lib. 1. Cur. ſen. conſ. 56. incip. ſuper proceſſu. nu. 12. verſiculo quia bene ſciebat. vbi citat Ang. Bal. & doct. Atqui reſpectu fructuum quid poſſunt allegare, niſi forte vt poſſent exiſtimare eos eſſe collectos ex fundis emptis à procuratore reuocato, ſed nec hoc proderit, quia in præcepto nihil de illis præſertim cum eſſent in ea domo ſubiecta emphyteuſi, & reſeruata tam in venditione quàm in præcepto.

Tertiò cum quis ad excuſationem delicti adducit cauſam iniuſtam certè nõ præſumitur ex dicta cauſa iniuſta fuiſſe motus delinquens, ſed ex dolo magis & animo delinquendi, Alex. d. cõſ. 103. col. pen. verſ. & dato, Corne. conſ. 280. laborioſa, col. 3. verſ. nec poſſunt ſe excuſare lib. 4. vbi dicit quòd potius præſumitur dolus, quàm ignorãtia, alioquin ſemper quis virtute huius regulæ excuſaretur, & hoc vno collyrio ſanaret omnem ſuam infirmitatem, And. Tiraq. de pœn. temp. cauſa 43. num. 9. verſ. ſed illud, vbi in fin. citat, cui

addo

addo Barsa.cons.152, num.14.lib.2.

Quarta quoq; responsio accommodari potest, quod cùm Ill. Serbelloni calumniati sint in iudicio, fingendo iustam causam, vt sub hoc colore inuaderent & aucuparentur bona d. Vndegardi, certè hęc causa non excusat eos à criminalitate vti calumniatores. Bal. l.qui non probasset 2. not.c.calumniato, quod dicit perpetuò notandum Tiraq. dicta causa 43. num. 10. vers.sed nec illud.

Postremò respondetur quòd tunc demum (& est signandum) causa iniusta & temeraria impunitatem delicti præstat & concedit, quãdo quis, veritate rei comperta, & iniustitia causæ propalata, pœnitentia ducitur, & abstinet ab actu prohibito, vt constat ex Bar. d. cons. 91. & nos supra late in quarto fundamento probauimus, quibus astipulatur, ꝙ in simili dicunt doc. Possessorem bonæ fidei ab initio teneri ad fructuum præstationem, si à possessione non discedit, cùm primum rem esse alienam cognouit. l.sed & si lege, §. De eo autem, vbi Bar. ff. per. hęred. Raphael Cuma. cons. 100. Domina Ioannina in fin. Ant. Gab. lib. 3. com. op. tit. de crim. conclus. 8. num. 80 9. lim.

Ex his solidissima puto iacta fuisse fundamenta criminalitatis contra Ill. Serbellonos, nec dubitat Mag. Vndegardus, quin iura eius causæ iustissimæ faueant, & assistant, sed illud illi timendum est, ne leges sint sicuti aranearum telæ, quas si quid debile intrat, veluti, muscula & formica retineantur, si quid graue citra offensionem pertransit. Faxit Deus ne iustitia ab optimis iudicibus deseratur.

Quod attinet modo ad Notarium Io. Ant. Pallatium, tempore dictę expulsionis ob Ill. Serbellonis adductum ad fundum D. Vndegardi, vt esset rogatus de associatione, & accusatum ad Vndegardo de falso rogitu d. instrumenti. Illud in iure expeditũ est, ꝙ Notarius non solum incidit in falsum aliqđ falsum scribendo, sed etiam aliquod principaliter ommittendo. Ias. l. præscr. vers. 3. adde num. 7. C. si contra ius vel vtil publ. vbi citat Bal. in l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. circa fi. vbi dicit, ꝙ Not. de pluribus rogatus, si aliqua scribat, aliqua non, incidit in falsum, & acerrima fit indagatio cõtra eum per torturã etiam ipsius, Bar. in l. præsbyteri, C. de episc. & cleric. vbi illum tex. not. contra notarios omittentes debita ponere capitula in instrumento. Et in proposito in Not. qui scripsit plus, & minus quàm sit dictum, quòd teneatur falsi, quando aliquæ coniecturæ extant contra notarium, latè & pulchrè vide Io. Petrum Surdum cons. 149. per totum, & existentibus aliquibus circunstantijs tradit idem Ioach. Mysinger. cons. 59. n. 35. Et de notario qui aliter scribit quàm factum se habeat, quòd teneatur pœna falsi multum Egregiè Prosper Paseth cõs. 183. nu 1 cons. diuers. crimin. 122. Addendo in prin. tomo 1. Et quòd not. ommittẽs in instrumento apponere integram veritatem, quod præsumatur in dolo & teneatur pœna falsi, vide Crau. cons. 75. nu 6. & contra actuarium de falsitate imputatum inuehit Io. de Amic cons. 106. super dubio, & quòd notarij falsitas etiam coniecturis probetur, dicit Ias. l. licet Imperator, num. 8. de leg. 1.

Si igitur diligenter perscrutamur dicta testium examinatorum contra d. Pallatium, inter cætera cõperiemus, quod ommisit cõtradictionem, & verbalẽ & realem factam per D. Vndegardum, neq; factum ipsum scribere, prout sequutum est, voluit, & prout tenebatur, ex Crau. cons. 612. num. 12. lib. 4. Et dum Ill. Serbelloni apprehendiderunt bona, & actus possessorios fecerunt, absque præsentia & contradictione d. Vndegardi, id expressit: vbi verò erat præsens & contradixit miscendo verbis facta, dolosè ommisit, ne deferetur natura assertationis, atq; alia, quæ ex processu liquent, de quibus erat cogendus à D. Abbatibus notariorum, vt supploret, id quod ommissit, Apud quos, in specie citatus nomine dicti Vndegardi super eius expositione, vt factum, cum exinde secutis, narraret, recusauit, ac neglexit: ex quo dolus arguitur in celante, seu renuente veritatem propalare, & occultante seu subterfugiente, dicit Crau. cons. 178. nu. 5. sicuti doli præsumptio deducitur à taciturnitate: in quam rem multa apposite à Crau. cons. 390. nu. 2. lib. 2. & faciunt quæ de dolo arguendo, inquiunt doc. contra notarium ommittentem, vel contra bonam fidem aliquid non præstantem, quod muneris est sui. Et priuandus est, officio

Tabellionatus, & priuatus nunquam admittendus nec restituendus est, Bal. l. 1. C. fideic. libert. Ang. auth. de non alien. § si vero. in fin. col. 2. Et dicit glo. fina. ad l. eam qui. C. de fals. quod ita falsi punitur qui celat quàm qui facit.

Et satis apparet de collusione inter d. Pallatium, Serbellonos, ac Nuntium, cum Serbelloni ipsi compareant, actus publicos faciant pro eis, impediendo, ne sinceè ab eis negotij veritas proferatur, prout etiam liquidò id demonstratur ex multis, de quibus in processu, quæ insolita diligentia, solicitudo, & anxietas dolum manifestum faciunt, cùm de eorum commodo agatur, dum id student, vt per eos occultetur vis adhibita, ac fractura & resistentia subsecuta, Quæ fraudis cõiecturæ adeo naturales sunt, vt nulla authoritate legis egeant, sic enim dicit Patis. cons. 86. n. 37. lib. 3. Cur. sen. cons. 43. nu. 3. nam hæ pendent, vt plurimum ab intellectu nostro, & hæc pro nunc sufficiant.

Quò verò ad procuratorem, falsitas dicitur commiti à procuratore qui asserit se procuratorem cum nõ sit, Boss. tit. de fals. num. 173. vbi vult locum esse pœnæ extraordinariæ, iuxta qualitatem rei, Fel. c. ex parte, Dec. num. 26. de rescr. qui loquitur in procuratore, vrente mandato reuocato, vt teneatur pœna stellionatus citat Albet. in l. Quidam debitor ff. de dolo, Bar. in l. si autem. §. item si fundus, ff. de neg. gest. vbi, quod petere aliquid vti procurator cum non sit, & consequi, est obreptio, & incidit in pœnam falsi, alios concordantes citat Sebast. Vanc. tract. nullit. ex deffec. inhab. seu mand. num. 68. vers. Quinimo vltra præmissa, & inter cæteros allegat Decis. Rotæ 12. incip. non procuratori tit. de præc. præs. Rom. in pulchro casu, in cons. 446 nu. 2. col. pen. quem refert & seq. Rebuff. Tract. nominat. q. 14. num. 13. vers. vlt. quæritur.

Nec dici potest hic procurator gessisse actus prout ex tunc, habita relatione ad tempus, quo eius vigebat potestas, propter nouas qualitates additas in instrumento, quæ non erant conscriptæ in Apocha ad quam, & cum claré nimis, & apertè dicat procurator, se esse specialiter cõstitutum, nõ solum ad infrascripta respectu singraphæ, sed etiam ad alia gerenda, actus censetur prout ex nunc, l ius autem ciuile. vbi glo. & doct. de iust. & iur. Soc. cons. 27. col. 3. post med. vers. tertio probatur, lib. 1. Crau. cons. 24. nu. 14. & melius in cons. 80. nu. 3. vers. infertur.

Modo hic procurator multa adiecit in instrumento & bona & pretij dilationem, & prorogationem, conditionesq; de directo singraphæ contrarias ac alia quæ breuitatis causa prætermittuntur, vltra quòd si admitteretur, vt procurator fingeret apocham præcedere post reuocationem, via fraudibus & dolis aperiretur, & esset idem per diuersa; sed de his, in hoc articulo per se claro, satis superque ideo plus non insisto.

Laus DEO, & B.V.M.

F. Bernardinus Porrus I.C.

NONVM RESPONSVM eiusdem Doctori Porri circa dictum Decretum.



VM certum sit nomen delicti, quod venit sub nomine furti, vt probaui in responso per me reddito non purgatur actione descendente ex contractu, quia contraria tantum habent locum vbi agitur de dolo solum, non autem vbi dolus resoluitur in delictum aliquod nominatum ita declarat D. Iac. Menoch. casu 398. num. 20. de arb. iud. quando enim materia est apta ad crimen producendum non purgatur dolus per actionem descendentem ex contractu idem D. Menoch. casu 381. num. 4. & magis in terminis Prosper Farinac. de delictis q. 19. num. 37. vers. pœna, nec obstat, quòd dolus non soluendi fictum purgatur per remedium cogendi ad solutionem, quia cum iste actus asportationis mobilium sonet in delictum vtsup. certè nihil ad rem facit quòd ciuiliter agi possit, nàm & pro furto agi potest, & criminaliter, & ciuiliter, quare non tollitur aut delictum, & pœna licet dominus rei furatæ possit agere ad persecutionem rei familiaris, & sic hæc omnia cessant, & hoc modo etiam respondetur ad consilium Abbatis 68. in primo vol. nec Castr. qui non lo-

loquitur quando resultat specificum delictum vel etiam quando agitur de solo crimine stellionatus in quo, à principio fuit dolus quia non stat in finibus contrahendi, vt aduertit Osasc. decis. 137. ideo hoc de se est malum, & prohibitum in fraudem fideiussoris auertere res obligatas, & hyppothecatas, in quibus terminis loquitur Tex. allegatus in l. 3. ff. crim. stell. nec prodest dicere, quòd nulla lege cauetur quod sit imposita pœna, nàm si furtum est pro eo punitur, si stellionatus pariter, & sic colligitur vanitas argumentationis.

Laus DEO, & B.V.M.

F. Bernardinus Porrus I.C.

DECIMVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Super Decreto. In casibus in quibus criminaliter procedi non potest.

Scipionis Cagnolæ iusta petitio contra Jo. Antonium Bellonum d. Bossium pistorem, & complices.



INualescunt in dies falsitates, vt si dissimulentur, & impunitę à Iudicibus relinquantur noua falsitatum capita pullulent ideo in eis fit acerrima indagatio, Et eo indigniùs ferendæ sunt quando ad eas committendas accedit in obrependo Iudicis contemptus l. si quis obrepserit ff. fals.

Scipio Cagnola patritius Mediolanensis accusauit Io. Ambrosium Parram conductorem sui molendini, ac debitorem eiusdem de graui pecuniarum summa de exportatione partis mobilium qui erant in d. molendino quæ erant obligata eidem locatori, occultando d. res partim in domo cuiusdam meretricis qui in carceres fuit coniectus, & decessit, Nec non, & Io. Antonium Bellonum ex eo, quòd sibi ipsi propria authoritate iusdicens tanquam prætensus creditor accesserit ad d. molendinum, & stipatus lunga manu hominum ex eo asportauerit omnia mobilia per d. molendinarium in d. molendino cōducto tempore fugæ dimissa nulla d. mobilium facta descriptione, seu inuentario, ne vbi illa ad notitiam eiusdem Cagnolę peruenissent iure crediti sui anterioris cum haberet omnia hyppothecata in d. molendino existentia ab eo iure pignoris, & hyppothecæ auocarentur.

Secundò fuit accusatus idem Bellonus quod vt cætera mobilia eodem commento, & stratagemate ad se traheret, & raperet colludēs cum d. meretrice in cuius domo d. molendinarius mobilium partem vtsupra absconderat praeceptum reponēdi obtinuit sub Iudice Victualium sub eo prætextu, quod esset creditor d. Patræ ex causa tritici supposuitq; falsum depositarium Dominicum Dugnanum de loco Quarti, & relationem depositionis curauerit fieri nō à Notario ad id deputato coram bancho Victualium. Sed à Notario socio filij Belloni qui in eodem studio seti bo offitio incūbit, vt omnia in ludibrium iustitiæ peragerentur à primordio tituli, vsq; ad finem, Quare facta diligentia per eundem Cagnolam de persona d. depositarij, vt pœnes eum sequestraret d. mobilia vigore suę hyppothecę, Nunquam ille repertus fuit in d. loco Quarti, vt constat ex relatione baruerotū, Imò ex parochi fide constat neminem eius hominis, & parentelæ in d. Parochia sua habitasse, Imò ex his, quę ex processu resultant & præsertim depositione satellitis depoi ētis se inductum à filio Belloni ad faciend. relarionem aliter atq; se habeat verè d. Relatio, Et ex depositione eiusdem appellati de Dugnano testificātis se nunquam eo nomine Dugnani appellasse, Imò nec res positas pœnes eum vnquam fuisse, sed pęnes d. Bellonum licèt confictus fuerit ille depositarius.

Ex prædicto themate resultat multa delicta fuisse ab eodem Bellono commissa, Et primo furti quia tanquam credita dolosè intercepit absq; Iudicis pręcepto d. mobilia in molendino existentia nullum inuentarium conficiendo ita vt prius fuerit veris, & anterioribus creditoribus, nam qua ratione is qui simulat, seu fingit se creditorem anteriorem, vt ei noceat tenetur pœna furti, & falsi Ang. Aret. in tract. malefic. in gl. falsario vers. quæritur. Bart. in l. si creditor vbi gl. & Salyc. C. de falsis, Straccha de decoctor. 2. par. vlt. part. inter vol. tracta.

cta.6. parte prima fol.327.nu.31.eadem si quis intercipit in fraudem, ne fiat copia creditoribus,qui eos excludunt. Quòd satis videtur factum in casu isto, Nam cum nullum fecerit repertorium d. Bellonus respectu asportatorum à molendino est in dolo,& videtur fecisse animo furandi, nõ autem sibi soluendi,iux.not. per Bart. in l. tutor,qui repertorium.ff. adm. tut. & contra creditorem propria authoritate vi occupantem bona debitoris,est tex.in l.3.C. vi bon. rupt.l. creditores. ff. ad l. Iul. de vi priu.Docto.in l. extat. ff. quod met.causa, nam huiusmodi audacia reprimenda est, Quare & si ex cons.Alex.135.co.3. lib. 1. excusetur creditor si propria authoritate intercipiat pro crediti sui satisfactione qđ relatũ, & cumulatum est à Bertaz. cons. crim. 113. & ibi in apostilla A.lib.1. attamen id locũ non habet qñ quis certus est se non posse via iudiciaria sua recuperare, prout facere poterat Bossius qui habebat regressum contra fideiussionem dicti Partæ, Nam alias publicæ iustitiæ iniustitiã facit,vt trad.Domin. à Sotto de iust. & iure q.3. lib.5. articulo vbi examinat conditiones quas adesse oportet, vt liceat cuiq; priuata authoritate sua recuperare,verum tantum abest vt iusta sit causa in hoc Bellono exportandi mobilia prædicta quod imo ex obreptione præcepti reponendi secuta nulla facta mentione eorum, quæ ad ad manus suas peruenerunt odiosior redditus est, Et tanto magis quia Bellonus non adhibuit testes palam, non loci consulem,nõ alia ex quibus purgari eius mala fides possit, quæ omnia vti clandestina remouent omnem præsumptionem bonę fidei, Et hic articulus est de indubitabilibus.

Quod ad secundum punctum attinet impostura manifesta detegitur in Bellono, qui curauit sub quæsito colore repositionis intercipi reliqua mobilia existentia pœnes illam meretricem, vtiq; illud præceptum non excusat à criminalitate, quia dolose fuit impetratum, & magis dolose executum; quo casu Decretum, seu statutum Mediolani criminale: Quod stante præcepto iudiciali criminaliter procedi non potest nõ excusat argumẽto d.l.si quis obrepserit quia in quacunq; dispositione debet abesse dolus, & de præcepto impetrato legitimè statutum intelligitur, non autem dolosè argumento. l.4.§. condemnatum.ff.re iud. Et tanto magis dolus contra eũ crescit ex mutatione nominis, seu cognominis depositarij,cui dicitur facta cõsignatio illorum mobilium,& stante paupertate eiusdem, vnde videtur actum, vt cumperto etiã depositario eluderetur creditum veri creditoris à quo exclusus remansisset, & exitus acta demonstrauit cũ illa mobilia verè semper remanserint pœnes d. Bellonum, licèt ille negauerit iudicialiter interrogatus habere pœnes se aliqua ex d. mobilibus quo casu in pœnam mendacij carere debet omni beneficio d. Bellonus,cum vtilitas d. mobilium asportatorum illius commodo cessent non d. depositarij, qui in eius executione grauauit d. Bellonum, Quamobrem omnibus iunctis subterfugere nullo modo potest aciem iudicij criminalis quem non excusat oblatio mobilium, nunc post conuictum furtum facta quia pœnitentia nõ datur in delictis consumatis l. qui ea mente ff.furt.

Procedendum igitur est tàm contra eum, quàm contra receptatores scientes rerum furtiuarum, nec non contra dictæ falsitatis participes.


Laus Deo, & B. V. M.

F.Bernardinus Porrus I.C.

VNDECIMVM RESPONSVM eiusdem Doctoris Porri circa dictum Decretum.

Contra impostores, & fraudatores Responsum

In materia Decreti in quibus casibus &c.



Votidie ad me deferũtur querelæ mercatorum, præsertim pœnes quos cum pactum nudum actionem producit iuxt. not.in l.iurisgen.§.sed cum nulla ff.pacto, & cõtra eos ex bono, & æquo procedatur, deberent, & ipsi in eorum actionibus, & nominibus debitorum, quæ habent,adiuuari,dum circumueniuntur Bal.cons.400. col. pen. in 5.vol. est in facto, accessisse N. ad mercatorem & fingens se ab opulento mer-

mercatore extero habere commissionem, ita appellant, seu mādatum emendi merces, habita fide de pretio, cū similes merces secūdum eorum communem cursum non habeant paratum cum præsenti pecunia emptorem, sed dilata solutione ad tempus vendi soleant merces, emit sciens se non esse soluendo, ac bonis suis decoctum, postea incontinenti vili pretio eas vendunt, & propria debita extinguunt, & sanant; ad venientē autem die solutionis, cum non sint idonei ad soluendum, vel se retrahunt, vel supponunt vxores, quæ omnia sub nomine dotis apprehendunt, vel allegant sexagenariæ ætatis beneficium, vel aliud priuilegium puta militare, quia milites pro delictis capi nō possunt: Consultus ego, vt de his iuditium meum interponam, an hi aliqua pœna criminali sint coercendi, & puniēdi, an vero vti possint beneficio Constitutionis Mediolani sub tit. In quib. caſ. crim. procedi non potest, te habenre originem à contractu.

Resp. contra hos impostores furibus nequiores criminaliter esse procedēdum nec desunt legum laquei, quibus inuoluuntur similes, & nodis implicantur & à beneficio simili contractus excluduntur, cum omnia iura contra hos insurgant.

Et primo tenentur falsi, quia mentiuntur nomē alterius scilicet se habere commissionem quam verè non habent, vt sub hoc nomine alliciant, & demulceāt homines ad contrahendum secum, alioquin non contracturos, & cū similes merces eorum qualitati non conueniāt, & ex hoc solum satis suspecti redduntur text. in l. si procurator. falso ff. cond. causa data causa non secuta l. si falsus procurator C. furtis cap. ex parte Decani extra de rescript. Aegid. Bos. de fals. nu. 172. 173. Natta cons. 588. num. 10. lib. 3. Tenentur etiam furti, quia sub mentito nomine merces in propriam vtilitatem conuertunt.

Secundò principaliter facit, quod dolus præsumitur in eo, qui sciens se non esse soluendo contrahit multa debita, & allicit creditores ad sibi credendum iuxt. l. pen. ff. iur. dot. Alciat. in c. 1. de indic. sub nu. 78. citans Castr. in l. etiam §. 1. in fine. ff. solut. matrim. & adducit simile de clerico, qui non potest frui beneficio cap. Odoardus de sol. si post delicta cōtracta dolo fecisset, ne posset soluere debitum integrum Ias. §. item si quis nu. 46. inst. actio. vbi dicit ex hoc solo probari delictum, & tota vis in hoc consistit, quod iste apparens mercator tenebat apothecam ad decipiendum, vt sub hoc nomine induceret mercatores ad dandū merces ad vsum apothecę cum tamen in veritate sub hoc callido commento allicerer eos ad vendendum data fide de pretio, & ideo potest detineri, & puniri iuxta Castr. d. l. etiam §. 1. In hoc enim casu ad conijciendum dolum plurimum versatur religio iudicantis inspecta huius qualitate qui simili artificio plures elusit, qualitas crimin. huius sicophanæ multum attēditur. Menoch. de præsump. lib. 3. præs. 122. nu. 7. Masc. de probat. conclus. 445. num. 5. quod maximè procedit quia iste ad captandos mercatores vtebatur medio proxenetarum late Farinac. in suo nouissimo tract. de simulat. quęst. 162. nu. 169. versic. septimo succedit.

Ego non secus de hoc homine iudico, ac de eo, qui vt rem venaliorem habeat eā exornat, vt aciem emptoris perstringat de quo Menoch. de arb. iudic. casu 382. in fine, sic iste apothecam habebat vulgo per mostra, & ad ostentationē, vt videretur mercator nomine licet non re ideoq; teneri eū iure trad. Bart. in l. eos. ff. falsis, vbi omnes doct. de mentiēre militem, Doctorem Notarium, cum non sit.

Neq; enim hic confugit pendente dilatione cum interea operam daret prædæ, sed statim in limine termini ad soluendum terga dedit, id igitur quod subsequutum est, demonstrat qualis esset animus vsque à principio, vt scilicet conferret exitum fugæ in tempus, in quo à creditoribus molestari poterat, cū iam amplius improbitas sua latere non posset, & hæc illius præcogitatio, seu præordinatio satis verisimilis fit, nocte euacuata apotheca.

Neq; paruipendenda est coniectura, quod clam scilicet de nocte vēdidit dictas suas merces, & viliori pretio, quo casu emptor p̄sumitur particeps fraudis Ias. in §. Item si quis in fraudem nu. 43. vers. item præsumitur instit. de actio. vbi dicit hoc habere locum siue contractus sit lucratiuus, vt donatio siue onerosus puta venditionis.

Tum altera vilitatis pretij expenditur à Ias. ibidem nu. 46. vers. alium modū Stracca

de

de quo infra nu. 27. ver. Item Tiraquel. de retract. municip. §. 1. glos. 7. num. 75. vbi citat concordantes.

Et coiectutis hac in re opus esse tradidit Bal. consil. 400. in 1. vbi ponit insigne exemplum, & alios allegat Stracca de decoctoribus 3. par. nu. 30. fol. 318. inter vol. tract. tom. 6. par. 1. & sunt multiplices, vt non facilè enumerari possint Strac. ibi nu. 36.

Laus DEO, & B. V. M.

F. Bernardinus Porrus I. C.

FRANCISCI Bernardini Porri I. C. S. P. D.

Elucubrationes ad Ponzinibium.



Nihil magis hominibus qui in aliqua arte proficiunt conuenit, quàm vt quæ ad posterorum vtilitatem redundare possunt, ea vti squallore obsita intra latebras perire haud sinant, sed in lucē emittant. Quamobrem cum à Neotericis qui scripsere super famosissima Constitutione Mediolani super tit. In quibus casibus criminaliter procedi non potest aduerterem in existimatione non cōtemnenda haberi Tractatum Francisci Ponzinibij I. C. Placentini, & persæpe in foro adduci, itaut verè Palatia hac exceptione ad declinanda iuditia criminaria impleantur. Anxius, & videndi, & legendi (id enim est commune hominum desiderium, iuxta illud satyricum.

Tenet insanabile multos.

Scribendi, sic & discendi cachoetes.) nullum locum prætermissi quò illum ad manus haberem, obtulitq; se mihi officiosissimus omnium I. C. Petrus Cantonus qui est altera scientiarum Petra, & firmamentum, à quo me plurimum fieri intelligo, qui illum mihi legendum permissit quem visum, & à me examinatum non potui non à stili breuitate, elegantia, rerum pondere commendare, ac iterum dignum putare qui imprimatur. Dispeream nisi iure suecensui his qui labores suos sibi appropriauere, nec debitum honorem concessere, Alij vt soli sapere viderentur nouas quasdam fantasias protulere quibus, eum magis obscurauere, quàm elucidauere, & veritatem quæ paucis contenta est, ad verbositatem redegere, vt non sine nausea eiusmodi authores legum, præsertim cum illi à materia Decreti adeò fœde digressi sunt, vt antequam quæstionem principalem absoluāt terras, & maria perterrent, quod vitium vtinam nō inesset in alijs qui prolixitate sua sinceritatē term inficiunt ac pestilentem reddunt. In quālibet enim materia sese offert latissimus campus excurrendi, sed non prudenter illi agere videntur qui extranea à limine ꝓpositæ materię & deuia inculcāt, vellem vtilli mihi respōderent, cur Ponzinibium authorem partu sui ingenij orbarunt? Cur librum intra tineas abtudi hactenus passi sunt? Gaude lector á mortuis eū vindicari, & mihi non renues gratias agere, qui laboraui, vt emendatior, & auctior ad te peueniret. Vale.

Fol. 1.

Edicimus decernimus, & mandamus.

Verba hæc nimis abundant, sed tamen inculcata non nocent.

Ibi hoc Decretum.

Idem tenet Plot. in sua repetitione. l. si vnquando nu. 279. vers. septimo quia decretum vbi non absolutè dicit esse conformo cum iure communi, sed in multis casibus, & multis exemplis etiam ad satutitatem confirmat per multos numeros sequentes.

Et quia dicit Ponzinibius, quod causa etiam iniusta excusat à dolo aduertè, quòd hoc non est ita indistinctè intelligendum, sed cum hac distinctione de qua plenè apud Farinac. in 3. vol. quæst. 90. per totum inde hauries quicquid cupies si labor te grauat in alijs videndis, & illi gratias age qui te ab hoc labore redimit.

Ad illud quoque, quòd quando ciuilis quæstio est criminis exclusiua causa fit ciuiliter dirimēda ex iuribus hic allegatis, quæ benè probant, vide quoq; eūdem Farinac. plenè in q. 100. lib. 3.

An statutum intelligatur secūdum Ius commune est quæstio scitu digna in qua vide Carpan. ad Statutum Mediolani in primo vol. in prælud. ijs ad statuta. nu. 270. & seqq numeris in primo vol. & quæstio versatur in æquore vasto.

In

In eodem fol. ibi, & primo non habet locum. Vide totum tractatum Tiraq. de iudic. in rebus exiguis.

Ego non video quid pertineat ad Decretum hæc consideratio de minimis, cum Decretum sit fauorabile, & editum ad refrenandas accusationes vnde si in maioribus locum habet cum non possit, cur non à fortiore in minimis de quibus non est curandum vulg. l. scio ff. in integr. restit.

Causa quæ dicatur minima, vel magna hoc totum pendet à religione iudicantis Menoch. de arbit. iud casu 72. num. 3. & quis sit diues, quis pauper q. 65. nu. 1.

In fol. 4. ibi. Dummodo probetur damnatur à Ploto, & bene, sub nu. 684. vers. 48.

Ponzinibius nimis ieiune attingit hunc articulum, nam quando quis dicit rem habere originem à contractu, vel quasi, & de eo constat, nil vlterius querendum est, quàm de veritate ideſt an vere adsit ille contractus, non autem quæritur vtrum ille ex eo contractu fuerit motus nec ne, est enim præsumptio pro faciente actũ quod illum fecerit ex eo capite, ex quo oritur præsumptio exclusiua delicti Reg. l. meritoff. pro socio: Ad contraria respondet Farinac. quæst. 90. num. 81. 82. ego tamen nunquam vidi disputari super his minutijs, nam inspicitur maximè qualitas illius qui actum explicat, An contra ius naturale, An sit causa quam imbuit animo temerario, & ex circumstantijs Iudex arbitratur an sit locus Decreto, nam coniecturæ in hac materia magis conferunt, quàm doctrina illa ita rudites intellecta, scio etiam plurimum deferri iuramento delinquentis nisi tamen adsit præsumptio contra iurantem, sed ego nunquam deferrem iuramentum cum non minus ego peccarem in deferendo, quàm ille in peierando, cum credendum sit quod homines facilè fint iuraturi lingua, vt se redimant, non corde, cum nimis de Dei misericordia præsumant.

Fol. 5. Ibi tertio, vt non habeat locum.

Circa hanc fallentiam latè se diffundit Plot. in d. repet. l. si quando nu.

Fol. 6.

Nihil frequentius in ore imperitæ multitudinis hominum teritur, quàm hoc axioma CAVSAM iniustam excusare à dolo circa quam tumultuariè, & confusè insistit hic author, vt melius esset non attingere hunc articulum, quàm fugitiuo modo scriptis nostris inculcare Ordinem in casu isto seruauit eruditus Farinac. quæst. 90. per totum, vide & saturaberis, nam regulam cõstituit cum ampliationibus 21. & lim. 14 & recollegit quicquid in hanc messem affert Plot. nos tamen aliquas ad hunc articulum cõclusiones formabimus quas scitu vtiles duximus.

Prima est cõclusio quam refert Author hoc in loco.

Quòd contractus nullus, & notoriè ita reputatus non excusat à dolo, nõ secus ac causa iniusta reprobata, à iure ciuili notorio, & indubitato cum nec excusentur milites, mulieres, ac minores not. DD. hic allegati quos non trãscribo, & tota vis in hoc consistit, An lex, vel statutũ resistat actui, De hoc Plot. in dicta l. si quando nu. 254. vers. sic & decretum qui cit. Ponzinib. hic in vers. 3. vt non habeat locum qui firmat his medijs, Primò appellatio contractus intelligatur de valido, quę ratio mihi non satisfacit, quia fieri potest quòd aliquid sit inualidum, sed non notoriè nullum, quia potest habere persuasiuam excusationem. Melior apud me probatur quia vbi lex resistit nulla bona fides causari potest concord. fnnt in l non dubium C. de legi, nec inde oritur aliqua obligatio naturalis, aut ciuilis, & caret omni spiritu, & id est quod dicit Alciat. in 3. reg. præs. 30. vt nemini parcatur hoc in casu. Plot. ibi num. 209. Quare non relinquitur arbitrio Iudicis, quæ sit causa iusta, cum lex resistit quia pauca arbitrio Iudicum sunt relinquenda, sed tunc pro simili dolo non obstante quòd allegetur, contractus criminaliter proceditur, sic intelligo Plot. sub num. 262. vers. Quarto dico Aliud quippe foret, si lex actui simpliciter non assisteret cum sit lata culpa, quæ excusat tantùm eam à pęna criminali attento Decreto nostro, & ibi Plot. fatetur, Adducit nonnullas illationes, quæ tamen sunt extra limen criminariæ actionis, quæ pendet ab effectibus nullis, sed causatis erroreiuris, & quando dicatur resistere licet Plot. conetur scholastico modo docere, attamen ego puto succinctius dici posse, Quòd vbi lex negatiuè præcipit, tunc si secus fiat dicitur esse irritum, & inane quia negatiua

abrogat omnem potentiam. Per sequimút cœtera ad hoc propositum iux Plot quem maluissem non adeo in loquēdo effusum fuisse, cum Doctorum sermones breues, & expediti oblectent, & quæ sunt propria illius materiæ tenacius retineant. Cęterum dum Plot. sub num. 270. in fine vers. & quamuis reprehendit Ponzinibium hoc in loco tāquam generaliter sentiat, quòd vbi contractus sit nullus possit procedi, dicitque quòd conclusio Ponzinibij locum non habet quando actus esset nullus per errorem iuris, & facti, ab ipso Ploto dissentio & dico quod Ponzinibius non meretur reprehendi, quia si videantur omnes eius authoritates loquuntur in cōtractu notoriè reprobato non in simpliciter nullo ex iuris errore.

Secunda cōclusio ex Ponzinibio, quod Rusticus, miles non excusatur à iure notorio indubitato si actum reprobatum faciunt circa hoc quando locum habeat vide Sfot. Odd. De minor. quæstio. 6. & 9. 10. Quibus in locis de ijs promiscuè loquitur, fusissimè autem omnium Fatinac. quæst. 98. quo in loco inuenies quicquid dici potest.

Tertia conclusio, quòd simulatus contractus non excusat á pœna, nec decretum hoc casu loquitur ex Castr. cons. 75. in nouissimis Ponzinibius in loco præd. Rationem hāc esse verissimam puto quia simulatio preponderat dolo, & maior sit offensa per contractum simulatum vide Bertaz. consil. crimin. 437. numero 63. vers. & talis, & simulatus contractus non est contractus, ergo non loquitur in eo Decretum dum disponit, quòd vbi res habeat originem à contractu, non possit criminaliter procedi, cum non conueniant verba, ergo nec Decretum tex. in l. Qui sub imagine vbi Bart. C. distract. pig. l. simulatè ff. titu nupt. l. imaginaria vbi Decius, & Cagnol. ff. regul. iur. Quod enim nihil est non præstat impedimentum vulg. iur.

Quarta conclusio: Iusta causa, nec lata culpa excusat à pœna pecuniaria ex Doct. in l. iustè possidet ff. acquir. possess. & ibi Alexan. & consil. 119. colum. fin. lib. 2. Plot. in sua repet. De in lit. iur. §. 6. nu. 31. & nouissimè Modern. Roman. in sua quæstio. 90. num. 65. vers. limitatione septima, Qui sic nodum stringit exemplo Iudicis sententiæ inualidæ, quæ licèt excuset à pœna corporali, secus tamen vbi agitur de pœna pecuniaria, & firmat hac ratione quia causa iniusta non excusat à lata culpa, quæ in pecuniarijs dolo æquiparatur; Atque hinc est quod ad condemnationem damnorum, & interesse peruenitur ex culpa lata, Quod si statutū etiam eo casu requireret dolum, tunc secus foret, & cit. Honded. consil. 105. num. 40. dicentem quòd tunc iniusta causa excusaret etiam ab expensis, damnis, & interesse, seu ab alia pœna pecuniaria, id quod desumptum est ex Antonios Gabriel. titul. de crimin. colum. 8. num. 79.

Quinta conclusio, quod bannum nullum non excusat ab homicidio quia error iuris, non excusat à lata culpa ex Bart. in l. pœn. ff. adulter. vbi Magistraliter loquitur, & dicit quòd non punitur is tamquàm de homicidio dolosè facto, sed quia fuit in culpa, quia non vidit bannum adhibendo consilium virum bannum sit rectè latum, error enim iuris sit lata culpa, nam si is qui cum alio contrahit, est in culpa, nisi diligenter exploret conditionem personæ, multo magis, qui alium occidit, cum semper sit in culpa, non explorando conditionem illius, cum de ea debeat esse certus in qua conclusione sub necto responsum, quod reddidi contra quendam Doctorem, qui cum odio persequeretur quendam ex eo, quod in sindicatu cuiusdam Præturæ cōtra cum testificatus fuerat cum esset locum tenēs cuiusdam Prætoris cum iniustè condemnauit, mox cum sciret enim procurare gratiam per viam indulti gratiosi, & etiam eam habuisse, sed non leuasse è Cancellaria Senatus ille eum proprijs manibus interfecit qui quomodo Senatus iudicium euaserit, haud satis scio, id satis scio, quòd ita delinquentis aspectum, tanquam pestem alteram auersor adeo commoueor tanti sceleris indignitate.

Responsum tale est.

Marcus Antonius Franzonus &c.

Ad pleniorem interpretationem vide Fatinac. quæst. 103. nu. 319. vers. limit 19. vbi examinat quæstionem. An liceat occidere bannitum impunè de proximo reban-

banniendum, & mihi videtur tuta eius distinctio; Aut agitur de bannito, & aggratiato licet nondum casso, & cancellato ex libro bannitorum, & tunc occidens punitur. Aut de non aggraciato, & restituto, sed de proximo aggratiando, & restituendo, & tunc secus. Totus neruus consistit super scientia occidentis, & ab ea pendet resolutio præsentis quæstionis. Senatus in causa cuiusdam Nouocomensis qui occiderat filium villici restitutum, sed non cancellatum palam tamen tolleratum, & in Prętorio ante oculos omnium versante consuit homicidam inquiri de homicidio; fuit disputata hæc quæstio tempore quo Io. Paulus Tabula fuit occisus, nam habebat saluumconductum à Principe, sed illum non leuauerat, e cancellaria periculosus est horum bannitorum status, nam memini in Ciuitate Laudè occisum fuisse quēdam Augustinum de Populo, & cum ille iret ad Prætorium præsentaturus bannitum quendam Iosephū Cremonensem, vt se redimeret à banno in itinere fuit occisus, nec illi profuit dicere quod ibat ad Prætorem pro sua liberatione.

Sexta conclusio, quòd ignorantia iuris procedens ex lata culpa non excusat delinquentem, & æquiparatur dolo per l. magna culpa ff. reg. iur. Farinac. quæst. 90. num. 91. vbi constituit regulam: Quod ea excuset à dolo cum suis ampliationibus, & limitationibus. Nec re moror. Ego ita opinor qualitatem ignorantiæ plurimum pēdere ab arbitrio Iudicis; Recurre etiam ad insignem tractatum D. Costę Excellentis Doctoris de iuris, & fact. ignorāt. & omni in casu tu qui Iudex es inclina in imponenda pœna mitiore prout in terminis huius decreti vult conciuis meus Bos. nu. 20. 21. Plot. in suo tract. de in lit. iuran. ad interpretationem quoque huius Decreti §. 5. num. 41. Cura vt habeas Iudicem benignum, & caue ne ille tibi ex aliquibus in ciuilibus tuis moribus, aut ex arrogantia sit infensus, quia video ex patientia in sustinendo, & tolerando, & cedendo magnū redundare fructum in exitu causæ.

Obsequio tranantur aquæ, Nec vincere possis
Flumina si contra quam rapit amnis, eas
Sis humilis; sis pius: Nam cum vincamur in omni
Munere sola Deos equat clementia nobis.

Hoc etiam aduerte, quod exempla, quæ afferuntur circa ignorantiam eadem fere adaptantur ad credulitatem qua tamē separatim tractantur ab eodem Farinac. eadem q. 90. Quæ quandoque optabam ad breuem methodū reduci, vt ex solutione vnius possit omnium similium solutio peti quem laborem ex me requirebar, quidem amicus meus, sed ego subrisi ad illius facilitatem in petendo eum hoc onus desideret multorum mensium occupationem, nec mihi tēpus suppetit ob molem negotiorum, & curam rei familiaris, nam mala quæ patimur totum sunt diffusa per orbem. Nasci pœna, labor viuere, necesse mori hæc habe ex me ex tempore collecta.

Fol. 10. vers. 4. Vt non procedat.

Collige. Non excusari delinquentem virtute huius Decreti quando scienter excedit limitem contractus, exempla hæc familiariter affert author, primum in eo qui sub ptextu decimandi respectu iuris quod sibi competere prætendit accipit scienter plus Decima, Secundo, in socio occupante vltra partem suam, & adducit rationem inexpugnabilem, & manu palpabilem, nempe quia in tali excessu scienter facto inest dolus qui est machinatio dolosa, & studiosa. In omni enim dispositione, ita intelligitur. Modò absit dolus, neque enim in eo quod exceditur potest dici sapere naturam contractus, cum sit contra contractum; & subdit vnum quod est notabile in fine; videlicet. Quòd talis excessus nō est excusabilis sicut nec excusatur in terminis meræ defensionis quantumcumque habeat originem ab ipso defensionis actu: Nam semper in eo quod exceditur, pro excessu quis punitur materia trita in l. vt vim ff. iust. & iure.

Circa hunc articulum latè insistit Plot. in dicta sua repet. num. 136. vers. & ideo, & num. 306. vers. socius & 314. vers. Sed si socius & 309. vers & capiēdo. & 724. vers. vtens. Quam cōclusionem limita ramen nisi in excessu adesset aliqua iusta causa declarando, vt sub num. 315. vers. si tamen. Secundo limita vbi quis nesciens, & ignorans excessisset fines contractus, aut confinia num. 391. vers. 7. limitata vis tota igitur residet in qualitate excessus verū sit grauis, vtrum adsint coniecturæ veræ

Verùm ille post excessũ tenaciter, & pertinaciter contendat in retinendo, id in quod excessit.

Fol. 11. vers. 5. Vt non procedat.

Hanc eandem limitationem complectitur Plot. d. l. si quando num. 780. & seq. vbi plenius declarat in hunc modum, Quod aut contractus factus est cum accusato, seu cum eius author, vel eo à quo prætendit colorate se habere causam, etiam quòd non sit factus cum actore, seu accusatore, & prodest talis contractus ne possit procedi criminaliter; Aut contractus non est factus cum accusato, nec cum aliquo à quo prætendat se habere causam, & tunc habet locum limitatio præmissa, & iuxta hãc distinctionem saluatur limitatio Ponzinibij.

Fol. 12. vers. 6. quando superuenisset.

Sexta hæc limitatio non posset melius explicari, quàm per authorem hic, & meritò quia ex eo quòd superuenit scientia malæ fidei, & ille pertinaciter perseue. at fingitur vsque à principio esse in mala fide, tenetur enim tunc desistere, nam ignorantia transit in dolum, & punctualiter hoc deciditur à Batt. in cons. hic allegatio 91. in fine. & dicit Lapus in allegatio. 27. numero 6. Quòd vt quis ob iustum titulum excusetur debet statim atque cognoscit iniustitiam sui tituli, & causæ suæ desistere.

Adde Geminian. in cap. cum qui ad finem vers. & posito quòd à principio nesciuisse de præben. in 6. Plot. in d. repet. l. si quando nu. 505. vers. vnde talis qui eadem repetit qua author hic tendit exemplifica vt ibi, & hic.

Fol. 13. vers. & non compræhendat.

Tota ista tela vtilissima est, & multa complectitur, & ostendit quantum leges abhorrent manu militari reposci id quod iure medio quis assequi potest, & hac de causa extant Principum proclamata contra facientes de facto, capitales pœnæ indicuntur, & Senatus cõdemnauit Iul. Cæsarem Serenium ex eo quod propria authoritate sibi ius dixerat exportando quosdam galeros, insequens d. ctidas, & parum abfuit quin ad triremes destinaretur Notarius Io. Baptista Cruceus ad officium Domini Capitanei iustitiæ tũc Horatij Maynoldi Præsidis Senatus fratris, est enim omnis aditus præcludendus scandalis.

Qua ratione dicit Ponzonibius non posse occidi furem nocturnum pro recuperatione rerum suarum quando alia via potest sibi esse succursum ac quia possunt bona recuperari per Præsidem quoniam fuit fur cognitus, quòd maxime locum habet quando fur sine armis tentabat furari, quia factorum æqualitas requiritur. Circa hanc quæstionem ne ieiunus hinc abeas vide plenum locum apud Modern. Roman. in q. 125. par. 4. nu. 168. cum seqq. vbi ponit ampliationes num. 18. & limitationes 13. Nil ille reliquit in hoc articulo, quòd non attigerit plenè, nam ex professo examinauit, an, & quando licitum sit furem occidere. Vide Plot. num. 287. vers. & prædicta vbi cit. Ponzenib. lib. 10.

Ibi quod pactũ executiuum non potest exerceri contra resistentem vide in singul. casu duo responsa Iurisconsultorum, quę subijcio Clariss. I. C. Fabritij Zumali, & alterum meum Non leuem vtilitatem inde referes, cum ista duo responsa conferant ad præsens decretum.

Circa illicitas vniones, ligas, cõfœderationes, extat prohibitio in cõstitutione tit. De pœnis § Non fiant ligæ. De his Franc. Bec. cons. 71. num. 4 Natta cons. 665. volum 2. Baiard ad Clar. quæstio 83 num. 14. Boss. De crim. læsæ Maest. nu. 23.

Et ad excusationem violentiæ vide Tiber. Decian. in 2 tract crimin. cap. 20. lib. 8. tit. De excusat. violent.

Fol. 17. vers. octauo, vt non.

Circa affectationem, & procurationẽ dolosam plura post hunc Plot. d. l. si quando in Iudice in verbo Decretum non procedatur criminaliter qui cit. Ponzenib. hic.

Vide quid censuit Senatus contra quendam de Carcano qui procurauit se condemnari capitaliter, vt postea redditus in gratiam eludere posset creditores; quod responsum incipit Aloysius Carchanus.

Quòd preuentio Iudicis dolose affectata, non prosit vide vtiliter apud Farinac. tit. de Inquis. quæst. 7. num. 64. & nunc habeo in facto in quo nonnulli ex his qui imputati sunt de homicidio truculenter patrato noctis tempore in personam Reuerend. Præpositi Busti Arsitij pro quo etiam per vtrumque Iudicem proceditur scilicet Ecclesiasticum, & laicum coram

Iudice Ecclesiastico præuenti per capturam, per excommunicationis sententiam festinarunt in se consignando coram Vicario Gallerati. Dicebam ego optimum fuisse, quod ambo Iudices in simul conuenirent, & alter alterum iuuaret, sed obtineri non potuit propter Zelotopyam Iurisdictionum, atque ideo nisi Deo Optimo Maximo prouideat crimen transibit inultum, sic contigit in Nauali certamine inter Turcas, & Christianos: Nam Veneti omniũ prudentissimi cũ vererentur ne Hispani victoriam sibi appropriarent victoriam se qui noluerunt dubitantes ne postea ipsi vincerentur, actum forsitan tunc erat de Imperio Turcico, nec relictus fuisset lapis super lapidem nunc patimur socordiæ nostræ damna. Sic occidens bannitum cuius bannum ipse dolosè procurauerat non gaudet beneficio Statuti Baiard. ad Clar. §. Homicidium. num. 213.

De procurata inimicitia ad effectum adimendi fidem testi 5. Farinac. de oppos. contr. test. quæst. 53. num. 64. lim. 3. vbi meminit vnius quod non displicuit scilicet quòd pars, quæ per fraudem inimicitiam procurauit perdit causam quia per indirectum quærit subtrahere probationes suo aduersario, An autem aliquid dicatur affectatum arbitrio Iudicis relinquitur ibi num. 65. vers. An esset.



S 3 IO. BA-

IO. BAPTISTÆ CAVATII I.C. BONONIENSIS,

Tractatus de Cambijs mirâ facilitate, & vtilitate refertus, cum nonnullis responsis Clarissimi I. C. Francisci Bernardini Porri Mediolanensis.

Prœmium ad titulum de Cambijs.



Ambia, quæ fiunt cum pacto, seu intelligentia, quòd debitor non possit soluere, nec remittere, ita vt sit necesse, quòd litteræ referantur cum nouo cambio sunt illicita, & vsuraria, Ibi in Præłud. vers. Duodecimo recursu.

Cambium Sancti Ambrosij Mediolani erecti communicatio ibidem vers. Hæc limitatio.

Cambia quomodò reducantur ad temporis considerationem vers. Quæro quomodo.

Cambia varijs iniquitatibus sunt explicita ibidem.

Confessarius quomodo se gerere debeat in confitendo vsurarium, vel exercentem cambia ibi vers. primo igitur confessarius.

Fur semper dicitur esse in mora vers. Aut recambium in fine.

Pręsumptiones vsurarum quales esse debeãt ibidem vers. declaratur secundo.

Præsumptiones vsurarum sunt allegandę, & quando deduci possint ibidem. Et sunt probandæ ibidem, quod si plures præsumptiones stant pro contractu ibi.

Præsumptiones vsuræ ex quibus eliciantur ibi vers. Quero vnde.

Realitati cambiorum, quæ repugnent vers. ibidem.

Suspicio se habet ad verum, seu falsum ibidem.

Vsuraria prauitas coniecturis probatur ibidem in fine, & vers. ampliatur primo, & requiruntur plures vers. Declaratur.

Præmium.

MAteriam cambiorum tractarunt Bal. in l. 2. C. de vsur. rei iud. in l. 3. C. de instit. & exercit. in Rub. C. de const. pecun. & in cons. 348. lib. 1. & in tract. de constit. Salic. in auth. ad hæc quæst. 11. C. de vsur. Ias. in l. 1. in prima lect. col. penult. vers. Sexto & vltimo, & in 2. lect. col. 10. vers. Nunquid autem cambia C. de sac. sanct. Eccl. & in l. admonendi num. 152. vbi est bona apostilla ff. de iur. iur. Mud. in l. interposita ff. pro Soc. doct. in c. nauiganti extrà de vsur vbi Anan. nu 45. Lup. comment. 3. § 2. per totum, & Nauar. num. 14. Ambr. de Vignat. in c. salubriter nu. 282. de vsur. Rodulphus in c. cõsuluit in 2. par. quæst. 26. & seq. & in 3. par. q. c. eodem tit. de vsuris Marsil. in Rub. C. de prob. num. 283. Soc. in l. si hæres ff. ad l. falc. Marant. in Specul. par. 6. tit. de test. product. nu. 4. doct. de Rot. Gen. passim D. Antonius in summa tit. de vsur. par. 1. §. 2. num. 13. Archid. 149. 3. cap. in Cald. cons. 11. tit. de vsur. Lud. Peguer. in quęst. crim. quæst. 33. Io. Maria c. 18. Graffis lib. 2. aur. decis. 110. Conrad. de contract. q. 90. Lud. Carbon. de restit. cap. 59. Io. Med. in sua instit. tit. de camb. Garz de contract. c. 37. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 12. Nauar. in Manual. c. 17. num. 280. Albornozius de contract. lib. 3. tit. 4. Ioseph. Angles inter flores Theologorum quæst. . . in 4. sent. tit. de camb. q. 10. artic. 1. Aloysius & fratres de Connellis per Illust. D. Alex. Raud. in Epith.

Epith. de lucro propter pecunias num. 33. cum multis seq. & circonferunt Saluatorini Sansonij, & Rouidij, Nec defuerunt qui latius dilatantes fibrias integros tractatus fecerunt Caiet. in opuscul. frater Fab. Thom. Boninsegna Mercatus Nauar. Alphonsus de Vloa, & Saraua, Bernardutius, & Lud. Lopez. multaq; insuper scripserunt Summistæ quorum nomina potius longum, quàm vtile foret referri.

Hi tamẽ celeberrimi legum vertices tot numero scripsere quia vnusquisque credidit cæteros materiam ipsam, nec benè nec integraliter explicasse, alios enim vnusquisque eorum damnari posset si, quod aiunt, actum egisset, & expressè hanc veritatem comprobat Sot. de iust. & iu. lib. 6. quæst. 12. artic. 2. & Nauar. in cap. nauiganti num. 30. de vsuris qui loquuntur de omnibus qui scripserunt ante eos, & Lup. in d. c. nauiganti comment. 3. § 2. num. 6. qui loquitur de Sot. & Nauar.

Cum autem mecum ipse cogitarem tot, ac tantos Patres errasse in præcipuè ratione quia campsores habent particulares terminos quos, vt plurimum viri docti ignorant, & tamen sine illis substantia, & natura contractus dignosci non potest, & multo minus qualitas iustitiæ, vel iniustitiæ iux. dictum Bal. de quo meminit Ias. in Rub. de act. nu. 2. maximè quia materia difficilis est in se non solum, vt intelligatur. Caet. in trac. de camb. cap. 1. Nauar. de camb. num 8. Sot. de iust. & iu. lib 6. q. 12. art. 2. Sed etiam vt intellecta exprimatur. vt dicit Lud. Lopez. de contractibus lib. 2. cap. 1. in prin. & redditur etiam difficilior propter vafricis, & subtilitates malorum, vt dicit Lopez. in d. loco, vt intelligerem hãc materiam volui, & habui in Ducem, & magistrum vltrà varias causarum experientias summum virum Io. Ant. Zerbi huius cognitionis tempore suo facilè principem, & nunc eadem ratione quia scilicet cœteri errauerint exempla tantorum Patrum secutus eandem materiam pertractandam, ego vermiculus, & non homo aggredior.

Et spero Dei Omnipotentis auxilio veritatem ipsam sic attingere, vt præsentis tractatus fœlix sit exitus, & per accessum ad cor altum exaltetur, & laudetur Deus, qui quandoq; ponit super caput anguli illum lapidem quem reprobarunt ædificantes, vt inquit Dauid in Psal. 117.

Aliorum exemplo cautior factus eum ordinem seruabo, vt post nonnulla præludia, primo loco declarem omnes, & singulos terminos colibitarum mox per ordinem eorum, quæ requirunt in cambio naturaliter, & concurrunt accidentaliter querendo, & soluendo, vel remittendo prout magis opportunum mihi videbitur, & quia materia cambiorũ est materia separata, & distincta à tractatu de vsuris cauebo diligenter à paginis implendis quæsitis extrinsicis, & generaliter conuenientibus materiæ vsurarum.

Præludia.

Nunc iuxtà susceptum ordinem pro faciliori introductione ad cognitionem terminorum nõnulla præmittenda operæ pretium esse duxi.

Primò igitur præmitto quòd nomen cambij non est nomen barbarum, vt aliqui malè senserunt, sed latinum descendens à verbo cambio, quod idem importat q. permuto, vt probatur ex Enrico Poeta antiquo. lib. 10. & docet Stracca in tract. de mercat. par. 1. nu. 7.

Secundò ego præmitto, quòd communi Imperio, quòd Deus Optimus Maximus homini dederat Gen. cap. 1. cap. ius naturale dist. cap. Quo iure dist. 8. propter peccatum mediante occupatione victoria lege pactione, conditione, vel sorte secundum Tul. in primo offic. fol. 8. seu mediãte iure gentium successit meum, & tuum cap. dilectissimis 12. quæst. 1. l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. Sanctus Thomas, Augustinus, & alij quos refert Io. Nid. in tract. de contract. mercat. cap. 5. nu. 1. & Vlcunen. in tract. de regim. mund. quæst. 3. principali vers. sed postquam nu. 15. & ab hoc meo, & tuo humana necessitas peruenit in mundum, & factũ est, vt quòd vni superabundat alteri defficeret, & ideo cambium introductum fuit, vt attestatur Philosoph. in primo Polit. & secũdum hunc sensum, & primum vsum secundum Azon. cambium est vnius rei in alteram permutatio, & secundum Frat. Fab. in tract. de camb. in prima car. cambij nomine omnes contractus, siue nominati, siue innominati continentur.

Tertiò

Tertiò præmitto quòd cum nec permutandi modus humanis necessitatibus sufficeret propter rationem, quam assignat Fab. de Mont. post Bart. in tract. de empt. & vend. in 1. quęst. prin. num 5. electa fuit materia publica, & perpetua quæ difficultatibus permutationum ęqualitate quantitatis subueniret l. 1. ff. de contrah. empt. philosoph. in 1 Etich. 18. in 5. Polit. Cosci. latissimè inter cons. crim. diuersorum cõs. 25. num. 14. aurum, scilicet & argentum propter excellentiam, & ex tali materia fuit facta pecunia, vt ipsa esset omnium rerum æstimatio l. si ita ff. de fideiuss. & eo nomine fuit appellata, quia à penultimo Rege Romanorum secundum Plin. Nat. Histor. lib 33. cap. 3. ouium bouium, & sic pecudum nota signata fuit, & hic fuit primus & principalis finis ipsius pecuniæ.

Quartò præmitto, quòd huic fini principali alij plures secundarij fines successerunt de quibus Nauar. in Manual cap. 17. nu. 287. inter quos introductus fuit vsus cambiorum per litteras, vt tutior esset, & facilior negotiandi modus dum pecunia de loco ad locum per simplices litteras transmitteretur, sicut omnes pro libito voluntatis suæ ab hostibus, & inimicis, & multis alijs difficultatibus exempti absq; alia difficultate negotiari possent.

Postquam ex prædictis remanet declaratus terminus iste ęquiuocus, vt oportuit Roc. de Curte in tract. de iur. patronat. nu. 2. in prin. & intellectus iam paratus est, vt perfectè intelligere possit essentiam rei de qua agimus, vt etiã post logycos animaduertit Ascan. Clementi. in tract. de patr. & potest. in prin. venio iux ordinem susceptum ad declarationem terminorum huius materiæ.

Primò igitur quærò quid sit cambium per litteras.

Ad hoc respondere protestor per viam descriptionis, ac inutiliter disputari contingat p maledicos, vt monet post Quintilian. Metzarius in Epith. fideicommis. in Præfat. 2. par. in fi. & dico quòd cambium per litteras est permutatio quædam numismatis, quod soluitur in vno loco pro numismate soluendo in alio loco realiter facta.

Cambium est permutatio: hæc vox stat generic è, quia vel dictum est aptitudine comprehendit omnes alios contractus.

Sed est permutatio quædam quia cambium est contractus innominatus, quia stat in generali nomine permutationis vt supra l. naturalis §. sed si facio ff. de præscript. verb. Thom. de Mont. Leon. in trac. de camb. cap. 2. & 3 Rot. Gen. decis. 32. num. 5. Lup. in cap. nauigan. ti commen. 3. §. 2. nu. 9. Nauar. de camb. nu. 9. & optimè assistit auctoritas Azon. instit. loc. quam sing dixit post Bal. Lud. de verb. in l. sciendum ff. de verb. oblig. & adeò ad propositum nostrum considerauit Fab. de Monte in d. tract. de empt. & vend. in 5. quæstio. prin. sub nu. 25. vt eius dicta reiiciuntur in mox allegatam rationem, quia cambium stat in generali nomine permutationis dum considerauit in casu suo non reperiri perfectionem contractus sub spe cuiusuis contractus nominati, & ad hãc rationem nihil facit quòd pecunia possit vendi, & emi qua freti frater Fab. in trac. de camb. in 2. par. fol. 20. & Bernardus in eod. tract. sub num. 12 affirmarunt, & malè cambia esse contractus empt. & vendit.

Numismatis ad differentiam permutationum aliarum rerum, vt puta vestis pro veste.

Quod soluit in vno loco pro numismate soluendo in alio loco: Hæc verba primo apposita sunt ad differẽtiam cambij quod fit ratione rei cũ nũmi præciosiores cum vilioribus, vel è cõtrà commutantur quod cambium minutum, & manuale appellatur. Secundo ad ostendendum, quòd omnino debet cõcurrere diuersitas pecuniarum secundum reg. iustitiæ commutatiuæ requirentis dationem, & acceptationem æqualem ex parte vtriusq; extremi Tho. de Vico. de camb. cap 4. nu. 2. Ganz. in eod. tract. cap. 37. num. 5. Bonin. leg c. 6. num. 13.

Secundò quærò quot personæ concurrere debeant in cambio.

Respondeo quòd quatuor nempé dantis recipiẽtis remittentis, & trahentis Bal. cons. 340. num. 1. clari sunt hi duo termini dare, & recipere, remittere, & trahere videntur particulares huius materiæ ideo declarandi. remittere igitur ille dicitur qui cũ hic primo dederit actum destinat solutionis in loco ad quem litteræ mittuntur

tut Rot.Gen. decif.1. num. 10. Boninſeg. de camb. cap. 4 num, 3. Dominus meus Raudenſ.in Epith.de lucr. propter pecun, nu. 37. trahere verò dicitur ille qui deſtinat actum ſolutionis pecuniæ in loco ad quem & eſt vox metaforica deriuata ab antiquo actu trahendi vehiculis, vel feren di æquis aut mulis pecuniam ad nũdinas Boninſeg. in d.tract. cap. 6. benè eruditus Raud.in d. epith. nu.36.

Hoc requiſitum perſonarum ſemper eſt neceſſarium ſi non verè hoc eſt diſtinctè ſaltem repræſentatiuè quod contingit quando vnus repræſentat perſonam alterius iuxta Signorolum in conſ. 64. num.22.ea ratione quia habetur pro pluribus ille in quem iura plurium concurrunt Rot.Gen. decif.2.num.36.& decif.32. ſub num.3.& Dñs Raud.d. Epith.nu.43. & 47.quod latius aptiori loco repetendum eſt.

Tertiò quæro quomodo formentur litteræ cambij.

Reſpondeo, quòd vno modo formantur in cambio cum recurſu, alio modo in cambio libero, vt intelligatur quid ſit cābium cum recurſa, ſciendum eſt quòd recurſa appellatur recurſus ille qui fit ad aliquem medio litterarum, vel nuncij, vt promiſſæ reſtitutioni pecuniarum ſatisfaciat, & ſi iſta recurſa conſideretur ſimpliciter reſpectu illius recurſus quem facit accipiēs pecunias ad amicũ, & tertiam perſonam illa nihil facit ad ꝓpoſitum cambij quod dixi eum recurſa, ſed ſtat in terminis cam bij liberi, ſi verò accedat terminus quem appellant accipere ordinem, hoc eſt ſi ille campſor qui dedit pecunias accipit litteras trahentis ſimul & mandatum ſoluendi eaſdem ſibi ipſi tunc cambium dicitur cambium cum recurſa, & tunc litteræ formantur hoc modo, Pagate à voi medeſimo ſcudi mille di marchi per valuta hauuta dà queſto voſtro N.& ponete &c.cum inſcriptione ad eundem N. quia idem N. fingitor Mediolani, per illa verba, Hauuta de queſto voſtro N. & fingitur innundinis per inſcriptionem.

Alio autem modo formantur litteræ in cambio cuius litteræ dirigũtur ad alium quod dicitur cambium liberum, & concipiuntur hoc modo videlicet. In pagamenti di fiera per queſta prima di cambio pagate à N. ſcudi mille di marchi valuta hauuta da lui medeſimo quà & ponete, &c & ſi contingit quòd ille qui trahit, vadat ad nundinas facit inſcriptionem àd ſemetipſum, & ſic ipſe trahit & ipſe deſtinatur ſolutionis actui.

Huiuſmodi litteræ duplicantur eodem die tempore, & tenore præterquam quod in primis ponuntur illa verba, Per queſta prima di cambio in ſecundis hæc verba per queſta ſeconda di cambio.

Quartò quæro pro intelligētia terminorum vtriuſq; litteræ tàm cambij cum recurſa, quàm cambij liberi quid ſignificent illa verba ſcudi mille de marchi.

Pro intelligentia huius termini oportet ſcire Primò quòd mercatores antiquitus in ferijs vendebant aurum in maſſa ad pondus octo vnciarum, quam maſſam appellabant marcham, & alij mercatores tales marchas mediantibus monetis ſignatis, & ſculptis emebant, vt mox in patriam reuerſi aurum in nummos ſculptos conuerterent, & aliquid lucri extraherent, Durauitq; huiuſmodi conſuetudo vſque in tempus quo nundinæ initium habuerunt in Ciuitate Lugdunenſi.

Secundò ſciendum eſt, quòd receſſit ab vſu emptio auri in maſſa, & loco auri appoſiti fuerunt ſcuti auri ſculpti, ſcilicet & ſignati in proportionabili quantitate.

Tertiò ſciendum eſt, ꝙ & modus hic cambiandi ſimiliter abij in deſuetudinem, & ſucceſſit cambium de quo agitur, in quo ſcuta appellantur de marchis, & remanet nomen quod neque ſignificat marcham neque quantitatem tot ſcutorum, quæ in pondere correſpondeat marchæ, ſed ſcutum vnum variarum tamen valore iuxtà comertium, & fortunam adeò quòd nomen ſcuti de marchis non ſit immaginarium nomen, vt dicebat Nauar.in trac de camb.num. 56. & Dñs Raud. in d. Epith. num.56. Sed nomen verum reale ſcuti ac cedentes ſimilitudine ad antiquam illam marcham imò ſubrogati in eius locum, & eodem propemodum modo in cōtractum deducti quia in hoc cambio quoque ſcutum conſideratur vt materia, & ſecũdum vſum quem ſecundarium appellant ipſius pecuniæ, & alatę conſuetudinis eiuſq; mutationis veritatem comprob[illegible] Couar.de veteri col.nnmiſ. c.3. §.1. ſu[illegible] col.2. verſ. quid ſit hæc & cap. 7. §. [illegible]

ſub

sub num. 5. & 6. & Hier. de Luca in tract. de camb. Lugd. sub num. 7. quos nuncupatim retulit & secutus est Dominus meus Raud. in d. Epith. nu 51. & seq.

Quintò quæro an vltrà litteras cambij ille qui trahit alias litteras scribat ad eum cui diriguntur litteræ cambij, & quomodo appellentur, & formetur huiusmodi litteræ.

Post prædictas litteras cambij ille qui trahit scribit alias litteras ad eum cui diriguntur litteræ cambij per quas illum reddit certiorem præcedentis tractæ togatq; illum, vt soluat & istæ litteræ appellantur vulgariter, littere d'auiso, & alio nomine, litteræ di spatio, Rot. Gen. decis. 142. num 3. Lup in d. cap. nauiganti comment. 3 §. 2. num. 162.

Harum litterarum tenor variatur secundum qualitatem cambij, alio enim modo concipiuntur in cambio libero, alio in cambio cum recursa.

Tenor litterarum, quas appellant d'auiso siuè di spatio, vtsupra in cambio libero est talis. in la prossima fiera, vi hò tratti scuti mille de marchi in N. valuta hauuta da lui medemo vi piacerà pagarle dandone debito &c. riualendouene, &c. huiusmodi abbreuiatæ clausulæ sic relatæ sũt quia non potest dari certa regula, vt paulò infra apertius declarabo.

Tenor verò litterarum similium in cambio cũ recursa talis est, in la prossima fiera &c. vi hò tratto per conto &c. scudi mille de marchi in voi medesimo valuta hauuta da quello vostro N. vi piacerà à suo tempo compirle dandone debito à conto &c. riualendouene quà da me, che al tempo le darò bonissimo compimẽto, & inscriptio sit ad eundem N.

Sextò quæro declarationem omnium obscuritatum, quæ continentur in huiusmodi inuolucro verborum.

Pro faciliori responsione eorum, quæ requirũtur, sequar ordinem tenoris litterarum, d'auiso, vtsupra relati.

Primò igitur verba illa, in la prossima fiera, vi hò tratti scuti mille di marcha in N. pro suo perfecto sensu loco N. requirunt expressiorẽ nominis illius qui primo dedit, & cui debet fieri solutio in nundinis, & hoc ... verborum in N. sensus est per pa... N. vt declarant sequentia verba, ... hauuta da lui medemo.

Secundò sequuntur illa verba, vi piacerà pagarle dandone debito, quæ apponuntur quia mercatores exprimunt si volunt causam specialem in quam debeat conferri debitum.

Tertiò illa verba, riualendouene &c. sic in perfecto sensu relata sunt quia mercatores variant in dando, & assignando modũ quo ille qui soluit, possit cõsequi suum.

Quartò sub illis verbis appositis in litteris d'auiso in cambio cum recursa vi hò tratto per conto, &c. superaddi debet nomen recipientis à quo campsor ordinem recepit quia apertissimè constet, quòd ille qui trahit in vim præcedentis ordinis trahit.

Quintò illa verba in voi medesimo significant solutionem faciendam esse sibi ipsi, & supponunt id licere, & dicunt supponi pro legitimo modo cambiãdi Puteus decis 177. num. 7. lib. 1. sequitur. Raud. in d. Epith. nu. 38. de cuius rei veritate aptiori loco agendum erit.

Sextò illa verba valuta da questo vostro N. repetũt nomen eiusdem qui primo soluit, & stant pro causa obligationis.

Septimò illa verba vi piacerà à suo tẽpo, important à vso primo post decem dies à die acceptationis Berrardut. in trac. de camb. sub nu. 6. & sub nu. 21. fiunt enim & litteræ cum clausula à poliza vista, quæ statim & illico solui debent de quibus Alphons. de Vlea in trac. de cãmb fol. 14.

Octauò loco pro declaratione illorum verborum compirle, sciẽdum est quibus modis litteræ recipiant complementum. Primò igitur recipiunt complementum litteræ solutione pecuniæ præsẽtis per illum qui traxit facta. Secundò solutione pecuniæ præsentis per alium de ordine, & nomine eius qui traxit facta, Tertiò solutione pecuniæ præsentis per alium nomine eius qui traxit sine ordine, & liberè facta, Quartò solutione pecuniarũ nomine eius qui traxit sine ordine non liberè, sed super protestu pro honore litterarum trahentis secundum libitum voluntaris secuta, si enim ille cui litteræ diriguntur cum mandato, vt soluat nõ vult soluere in vim mandati, sed vt teit us pro honore litterarum facit protestationem, & hoc appellãt mercatores acceptare litteras super protestu, & hunc modum soluendi appellant soluere super protestu Rot. Gen. decis. 6. nu. 7. 8. &

8 & 9. Qua autem ratione, & quomodo id fiat in praxi habetur per eandem Rot. Gen.decis.1.nu.1. Sexto, & vltimo litteræ recipiunt complementum medio adaptationis scripturarum per trãslationem debiti cambij in aliud cãbium, vel in aliam causam iuxta materiam l. singularia ff. si cert. pet. & hic quoq; modus soluendi secundum mercatores quoad effectum nihil differre videtur à modo soluendi præsenti pecunia adeò quòd omnia dicta superius circa solutionem medio pecuniarum ad hunc quoque modum complendi secundum eos, & referenda, & repetenda sint.

His modis dicunt mercatores litteras compleri seu cambium compleri, & si ab eis quæratur quibus casibus cambium remaneat imperfectum assignabũt duos casus.

Primus est quando Feraldus primus actor eius qui remittit pecunias litteras eius qui traxit remisit cum protestu facto in feria.

Secundus est casus quando absq; alio protestu litteræ prout missæ fuerunt redeunt, & dicuntur redire inanes.

Expeditus, de particularibus declarationibus terminorum huius materię, reliquum est, vt immensum pelagus ingrediamur iustitiæ, vel iniustitiæ cambiorum in quo nec tantisper trepidabo, sed summa cum libertate veritatem iustitiæ, & animarum salutem perquiram.

Primò igitur quæro an cambium per litteras sit contractus licitus? Proposita quæstio dubitationem recipit ex duobus, id enim quæri potest ratione iustitiæ, vel iniustitiæ, vel ratione vsuræ subsistentis, vel non ita. Siluest. in summa in verbo vsura quarto quæst. 9. vers. secundum & Lud. Lopez de contract. lib. 2. c. 14. vers. similiter.

Respondeo ad quæstionem respectu iustitię, vel iniustitiæ distinguendũ est inter cambium quod celebratur à conto hoc est iuxta appretiationem sicuti de marchis, quæ fit in principio feriæ, vt conformis sit Aut agitur de cambio, quod celebratur à prezzo corrente, quod est pretium illud quo appretiatur scutum de marchis post cœptas ferias.

Primò casu aut pretiũ verè regulatur secundum communem appretiationem, & declarationem, & contractus cambij est iustus l. pretia rerum ff. ad l. falcid. nisi fiat fraus ante aduentum diei quo poni debẽt pretia, seu, vt ipsi dicunt, metter il conto, per aliquẽ seu aliquos qui in se ipsos trahant seu vniant pecunias plateæ, & ita ab eorum iniusto arbitrio pretia pendeant, vt aduertit Boninseg. de camb. c. 7. nu. 14. vel aliter, vt per Lud. Lopez de contract. lib. 2. cap. 10. pag. 83. vel augeant ex aliqua ad augendum vel minuendum, quæ sunt diuersitas metalli bonitatis, formæ, ponderis, locorum & temporis, reprobatio totalis, vel partialis, copia vel defectus, absentia, vel præsentia, vt not. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 294 & in commẽt. de camb. num. 43. vel alijs de quibus. Garzia de contract. p. 2. cap. 10. pag. 295 & Lud. Lopez. de contract. lib 2. cap. 7. vet. Nauar. igitur pag 58. & in c seq. Aut receditur ab illo pretio, & committitur excessus, & tunc non deficit iniustitia ita probat Franc. de Triuisio magnus Doctor quem sequitur Trouamala in vers. vsura, sexto nu. 55. fol. 543. col. 2.

Secundò casu similiter distinguendum: aut pretium apponitur iuxtà cõmunem cursum plateæ circa quem non fit commissa fraus, & non deficit iustitia, aut exceditur & læditur iustitia ita probat Lud. Lopez. de contract. lib. 2. cap. 10. nisi in modio quia attingere indiuisibilem punctũ ęquiualẽtiæ rei quasi impossibile existimatur. Io: Ned. de contract. mercat. tit. de cond. secundum quas valor rei, & num. 2. vbi alios adducit.

Reassumo quæstionẽ respectu vsuræ, & rursus distinguendum esse omnino existimo. Aut cambium reducitur ad locum hoc est ita celebratur, vt dilatio in eo currat accidentaliter, & seruiat traiectioni pecuniæ, & cambium est licitum, & ita est communis opinio omniũ tàm antiquorum quam modernorum, vt multis relatis attestatur Ias. in l. cunctos populos in 2. lect. vers. nunquid autem cambia mercatorum nu. 39. vbi etiam add. sub littera B. C. de sacr. san. Eccl. quibus addo Hier. de Luc. in tract. de camb. vers. sequitur alius terminus nu. 22. Alphons. de Vloa in simili tract. c. 15. Siluest. in ver. vsura q. 17. & est indubitatum.

Aut cambium reducitur ad tempus hoc est ita celebratur, vt tempus in eo concurrat principaliter ex causa nempè vsus pecuniæ per illud tẽpus quod contingit quãdo acci-

accipiens ad cambium non reciperet nisi consequeretur commodum dilationis, & tunc est illicitum, & appellatur mutuum cambij palio obtestatum Boninsegna de camb. c. 17. nu. 4. pag. 101. & mutuum interpretatiuum Bettaz post alios in consil. 238. nu. 4. lib. 1. quia ita illud interpretantur iura Abb. in dict. in verbo vsura. 6 in fi. & propriè dicitur cambium siccum, quia neq; spiritum vitalem neque veritatis in se iustitiam continet vllam, sed aridum fictum q; est omnino Boninseg. d. cap. 5. nu. 4. vel quia disiccat crumenas secūdum Saraccam in d. trac. de camb. c. 5. fol. 112. vel quia siccat animam à gratia Dei Ang. in verbo vsura primo num. 54. pag. 558. col. 1. Hæc distinctio est omnium, quæ reperiantur in hac materia celebertima, & probatur ex verbis Sum. Pontificis Pij V. in extrauaganti ædita anno 1570. Kalen. Feb de qua in bullario inter bullas eiusdem Pontificis pag. 1154. ibi curandum autem erit &c. & eam posuit ad litteram Sot. de iust. & iur. lib. 69 10. art. 2. & Bernard. ad bullam sub num. 22. & est fundata in vera essentia vsuræ, quia vsura est vbicunq; quantitas soluitur per dinumerationem temporum Surd. cons. 23. nu. 1. vbi amplius dictum lib. 1.

Quærò an recambium sit contractus l citus?

Respondeo aut de recambio non fuit cogitatū à principio aut à principio illud fuit in intentione.

Primò casū quia cambia singulis nundinis finem recipiunt Bonins. de camb. cap. 6. sub num. 16. circa finem, idem iuditium fieri debet de recambio quod de cambio; eo tamen adiecto, quòd si iniustitia fuit in præcedenti eadem propter crediti translationem iux. not. in l. certi conditio §. deponi l singularia, & in l. si pretio ff. si cert. pet. in recambio reperiatur, & pro concurrenti quantitate etiam in redditu litterarum crescat, & secundum prædicta intelligo quod dixit Boninseg. in d. c. 6. nu. 17. cum dixit ea ratione recambium licitum, quia cambium est finitum, & est certissimum, quia ita non minus præcedens obligatio tollitur, quàm solutione eius quod debetur §. præterea nouatione instit. quib. mod. toll. oblig.

Secundò aut recambium fuit in intentione, & dantis, & recipientis, aut in intentione alterius solum ex illis.

Primò casu intrepidè est regula, quòd recambium est illicitū, & in fraudem vsuratum. Quia intentio fuit de nundinis ad nundinas ob dilationem temporis sic enim ad eum vsuræ modum labitur quo tempus vendi dicitur, vt in simili dicebat Caiet. & refert Armil. in verbo campsor nu. 6.

Rursus, & secundo quia non defficit vsura in primo, dato enim principio illicito, & vsuratio quidquid indè sequitur illicitum est, & vsurarium Bald. in cons. 125. & in cons. 265. lib. 1.

Tertiò, quia nihil differt ab eo cambio quod fieret ad duas nundinas cum augumento prætij, quod nemine discrepante vsurarium dicitur.

Quartò, quia in moralibus quando vnum est propter aliud ibi est tātum vnum, vt post Philosoph. dicit Lud. Lopez. de contract. lib. 2. cap. 5. vers secunda conditio, allegari potest ad hoc secundum Angent. Fil. Rainer. tex. in l. quominus ff. de flumin. & secundum Ias. in d. l. quominus nu. 26. tex. in l. illud in §. fi. ff. ad l. acquiliam, alia adducit Ias. in d loco, & hoc dictum exemplificatur in moralibus Francisc. Niconicius in Rub. de no. op. nunt. nu. 56. & 57.

Quintò, quia tertium requisitum quod ad iustitiam cambij requiritur tempore quod campsor qui dat pecunias soluēdas sicut, vel probabiliter credat voluntatem, & potestatem cambiandi in recipiente de quo Nauar. in Man. cap. 17. num. 289. respectu voluntatis non concurrit quia voluntas recambiandi includit voluntatem soluendi pecunias in loco à quo, & consequenter excludit voluntatem soluendi in loco ad quem arg l. cum prætor de iud. c. non ne de præsumpt. quæ est illa voluntas de qua Nauar. loquitur, & expressè declarauit cum addidit illa verba in locis vbi sunt soluendæ.

Sextò respectu potestatis licet posse dicatur is qui potest re, vel fide, quia posse simpliciter, & posse causatiuè à pari procedunt iuxtà tradita per Bar. in l. 1. sub nu. 6 ff de leg. 1. tamen ab hac generalitate excludi debet posse mediante fide eiusdem campsoris quod est illud posse, quod includitur sub intentione recambiandi cum eodem alias frustra diceretur requiri scientiam, vel probabilem credulitatem prædictam

dictam, quia semper constat, q dans credit recipienti, atq; ideò q recipiens potest fide eiusdem dantis, quare cum non fuerit cogitatum de alio posse non possumus nō dicere quòd concurrat hoc requisitum scientię, vel probabilis credulitatis, quod necessarium est secundum Nauar. vt supra.

Septimò reputauit Nauar. in d. loco pro sustinēdis recambijs optimam illam rōnem ne cometria tollantur, vt hic modus recābiandi, cum nihil aliud contineat q̄ simplicem inutilemq; occupationem pecuniæ subuertit comertia, vt expresse probatur ex Philosopho in 1. Polit. c. 6. & est tex. in c. 3. ibi alijs negotijs prætermissis ex. de vsur. gl. auctoritate eiusdem Nauar. per retorcutionem huiusmodi recambia sunt illicita, & hæc ratio est grauis ad damnandum cambia, & ratione vsuræ, & ratione iniustitiæ causæ, quæ sunt diuersa vt supra.

Octauò talia recambia sunt cōtrà charitatem cum damno proximi, vt attestantur infinita simulacra deplorati illius hominis de quo Liuius lib. 3. decad. 1. gl. dānanda, ita in terminis cābiorum arguit Iacobus Vngarellus ad Sum. Angel. in vers. vsura primo sub nu. 54. ver. 1. hoc modo lib. 6. 280. & hæc ratio est eadē, vel eiusdem effectus cū precedenti.

Nonò multum stringit hanc iniustitiam eaq; innititur aduersus ea, q̄ secūdū extrinsecam faciem obseruantur pulchra conclusio, quæ habet q q̄n aliquid fit verè cū animo, vt euitetur legis dispositio id in fraudem dicitur factum l. si libertus. minorem ff. de iur. patron. cum simil. de quibus Ceph. in cons. 329. Cum statutum ver. 1. si quid fiat nu. 43. vol. 3. licet enim sint diuersa contractū vsurarum, vel in fraudem vsurarum factum, & similia Alciat. lib. 8. parerg. c. 11. Alb. consil. 97. sub num. 3. lib. 1. Alex. cons. 11. præstantissimè Doctor num. 3. Tamen conueniunt in eundem finem extirpationis huius contractus sic conficti.

Decimò actionū distinctio idem suadet. Nam quædam sunt bona in suo genere, vt opera virtutum, quædam indiferentia, vt scribere: quædam intrinsecè mala, vt mentiri: quædam si nuda perpendātur inclinant in malum, & vituperium, sed tamen possunt fieri licita aliqua circonstantia, & fine: huius generis est cambium, vt indicet potius in vituperium quám in honestatem, & ratione materiæ, quia est contra primarium vsum pecuniæ, & ratione finis quod est lucrū quod in malum inclinatur, vt colligitur ex S. Thoma. 2. 2. q. 77. & Sot. q. 8. a. 1. & tamen ab extrinseco honestatur si modestè, & iustè ad Reipub. vtilitatem familiæq; conseruationem exerceatur modò, vt idem operetur oppositum in opposito ex damno, q huiusmodi recambia Reipub. afferunt omnino damnāda sunt ideo generaliter reg. cōstituebat Hieronymus de Luca in tract. de cāb. Lugdun. num. 28. & seq. quòd vbi suspitio aliqua fraudis, vel deprauatæ intentionis suboriri potest cambium deturpatur, & hæc ratio reincidit in idem cum precedentibus.

Vndecimò primo cum omnia cambia fiāt, vel propter necessitatem dantis, vel recipientis, vel vtriusq;, vt latissimè declarauit Ludou. Lopez. de contract. lib. 2. cap. 1. in multis seq. huiusmodi recambia cadunt regulariter super cambijs, quæ fiunt propter necessitatem recipientis, & raro vel nunquam nisi inter campsores in cæteris cum nulla alia ferè de causa id contingere existimare possimus, quam intentię dilationis consequens est, vt in materia tàm suspecta cōcludamus, quod qui intendit recambium intendat velatum mutuum arguendo à communiter accidentibus, & ita frequentia illa super qua se fundat Nauar. d. loco retorquetur ad detegendam iniustitiam horum recambiorum, & ratio est no. pro declaratione tertiæ limitationis respectu iuris probandi.

Duodecimò, recursa cum pacto vel intelligentia, vt debitor non possit soluere nec remittere, & ita necesse sit vt litteræ reuertantur cum nouo cambio nemine penitus discrepante reputatur illicita, & vsuraria ita Dominus meus Raud. in d. trac. de lucr. propter pecun. ver. 8. præmitto num. 45. & nos dicimus in particulari quæstione, modo arguo ratio, quæ viget ad damnandum talem recursam est quia litteræ redire debent cum nouo recambio soluendæ in eodem loco, & ita est eadem cum intentione recambij quę recambium intentum ex eorundem mercatorum autem est vsura maximè quia non differt pactum à tacita intelligentia, vt ipsi dicunt, & benè quia intentio facit vsuram Hier. de Luca de camb. Lugdun. in fi. nu. 49. & idem operatur deffectus voluntatis quod operatur deffectus potestatis.

Decimotertiò, ita in terminis probant mercat. de camb. cap. 10. Thom. de Vio de Mont. piet. cap. 1. num 4. Hier. de Lucá de camb. Lugdun. ver. fin. num. 47. Bernardut. d. tract.

sub nu.25.fol.80. quorum dicta tamen intelligo secundum declarationes, & limitationes superius adductas.

Hæc regula limitatur tribus modis, & primo quando recambium fuit in intentione per diuersa loca, vt de Ciuitate Mediolani ad Ciuitatem Placentiæ, & de Ciuitate Placentia ad Ciuitatem Bononiæ, quia tunc recambium fuit in intentione ratione loci.

Secundò limitatur in campsoribus recipientibus de quorum fide minimè dubitatur, quia hi ratione artis quàm profitētur possunt habere causam cambiandi, & recābiandi eandem quantitatē per eadem loca etiam continuo intentio est causatiuè.

Tertiò limitatur quando recambium fuisset in intentione secundario, vtputa accipio pecuniam ad cambiū Med. vt emam telam laboratam ea intentione vt si non potero conuenire de pretio, vel in recambiare, & ratio est quia dilatio accidentalis non dānat cambia, nec diuersificat naturam cōtractus nec corrumpit æqualitatem iustitiæ Boninseg. de camb. d. c.6. nu.13. pag.66. in prin. Lud. Lopez. d. tract. de contract. lib.2. cap.4. vers. iam ad obiectum pag.35. & vers. ad confirmationem pag.39.

Hæc limitatio est notabilis quia per eā ab vsura eximuntur infinita recambia, quæ alias viderentur illicita, & de ea principaliter agam qñ examinando cambia banci S. Ambrosij de quibus particularē disputationem feci. Sed non est seruanda cum hominibus habetis ingenij nec indistinctè recipienda ad iustitiam contractus quia si causa erit iniusta erit etiam iniustum recambium, sed alia iniustitia, vt in eadē disputatione ostendam quando quæram nunquid ex vno cambio possit elici iusta causa recambij.

Aut recambium fuit in intentione vnius tm. & tunc, vel dantis solum. Si dantis ille qui dat mentaliter committit vsuram, quia habet voluntatem quærendi vsuram, non autem realiter, quia defficit mutuum, quia recipiēs non accommodauit consensum ad hoc, vt eadem ratione si accipiatur aliquid vltrà sortem non cōmittitur vsura realis, sed cum non subsit. causa, quare quid receperit tenetur ad restitutionem per indebiti conditionem, vel furti vt infrà, & eadem ratione si contingeret q. recipiens non solueret non posset cōueniri certi conditione, q̄ datur pro mutuo, sed remedio l. si & me & Titium ff. si cert. peti. si verò recambium fuerit in intentione solitus recipientis: aut ille in necessitate constitutus erat, & dans paratus erat dare etiam sub vsuris, vel ad cambium siccum, vt quia is etiam cambia sicca exerceret, & excusatur quia eo casu sibi licitum fuisset dicere da mihi sub vsuris, & de aqua turbida bibere, (vt vtar verbis Bal.) & ita in terminis vsurarum tradidit Albericus in dist. mo. in verbo vsura, & melius Alphonsus Vilagus in tract. de vsur. q.34 per totum vbi ex professo comprobat, aut dans aliter pecunias non dedisset, quàm ad vetum cambium, & tunc siue indigeret siue non peccauit peccato vsuræ mentaliter non autē realiter, quia defecit mutuum, sed cum accēperit pecuniam alterius, eoq; inuito contractasse dicatur quia vetare dicitur qui ignorat Bar. in l. inter omnes in §. recte ff. de furt. non solum condit. on. indebiti, sed etiam furti actione tenebitur, vtiliorque erit furti actio propter damna expensas, & interesse cum fur semper dicatur in mora l. in re § si ex causa ff. de fur. Placent. de action de condit. furt. tit.7. sub num.1. & est tex. no. in l. r. in § sotius ff. de vsur. & prædicta vera sunt nisi ab iniustitia eximantur, secundum est quæ diximus in declarationibus primi capitis adductæ distinctionis.

Quærò quomodo probetur, quòd cambia reducantur ad tempus? Quandoque id probatur apertissimis probationibus, vt quando à principio datur maior dilatio, vt in casu Caiet. quem refert Boninsegna de camb. cap.6. num.1. Io. Nid. de contract. mercat. cap.4. num 9. Frater Fab. in d. tract. quæst.1. fol.6. aut data prorogatur, vt in casu Roma. in consil. 238. quod intelligo cum lucro, vt declarat Lup. in cap. nauiganti comment.3. sub nu.77. ver. sed in hoc de vsur. vel quando aliter ex partium confessione scripturisué appareret, sed hoc raro vel nūquam contingit propter excogitatas fraudes, & calliditates exercentium Corn. in cons.23. nu.4. lib.1. Bero. cons.168. num.21. lib.1. Ideo hoc in casu distinguendum est, Aut loquimur in foro fori, Aut in foro Poli, Primò casu regula sit, quòd vsuraria prauitas cōiecturis probatur c. illo vos de pignor. c. ad nostram de empt. & vend cum simil.

Ampliatur primo, vt sufficiant coniecturæ leues Nat. qui alios allegat in cons.198. nu.1. lib.1. & licet Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cas.247. & in comment. de præsumptione lib.3. præsumpt.122. num.6. id Iudicis arbitrio

b'tr'n reliquerit subministrādo illi etiam aliquas instructiones tamen in materia cambiorum ab hac ampliatione non est recedēdum quia qualitas contractus exigit, vt leuiores sufficiant quo in casu nec. discentit Menoc. d.loco num. 42. cambia enim varijs iniquitatibus exposita sūt Ludouicus Carbon. in trac. de restit. c. 59 in prin fol. 462. & horum contractus suspectissimi, & cæteris omnibus in quibus quis se licitè ingerere possit magis periculosi adeò q; nullus longo tēpore similibus incubuit qui nō comiserit multas vsuras, vel saltem pro vsurario habitus non fuerit, vt per mereat. de cāb. c. 1. nu. 6 8 & 9. & melius c. 1. nu. 5. & 4. & latè etiā probat Boninsegna de camb. c. 4. & non est mirūm quia magis accedit ad mutuum iux. Menoch de præsumpt. c. 22. nu. 78. & in tantū accedit, vt ex ingenio coacti fuerint aliqui differētias muestigare inter quos sufficiat Lud. Lopez. de contract. lib. 2. cap 5.

Ampliat secūdo, vt tot numen suffic. āt quot ciusdē Iudicis religio arbitrabitur, vt per eundem Menoch. de præsumpt. c. 22. nu. 7.

Declaratur nunc d regula primo vt vna sola præsumptio nō sufficiat, sed plures requirātur Menoch. d. loco eod. nu 7 & est æquissimū ne simulis probatio, vt etiā in hoc magis priuilegietur illa pbatione q̄ fit per testes arg. eorū q̄ scribit Crau cōs. 156. nu. 7.

Declaratur secundo, vt nō sufficiant præsumptiones habentes multiplicē sensum Calcan. cons. 36. num. 5. qd̄ intelligo nisi vnus sensus alio probabil. or esset iuxta Bolf. tit. de Mand. ad homicid. nu. . Hier. tamen de Luca in trac. de cāb. Lugd. n. 18. & seq. dixit q; cambium deturpatur vbi suspitio aliqua fraudis, vel deprauatæ intentionis suboriri potest, quod est cōtra hanc declarationem, quia suspitio se habet ad verum & falsum, vt per Albericū in dictionario,

Declaratur tertio, vt nō p sūm: p̄sumptiones nisi allegentur Rui. cōs. 53. n. 22. lib. 5. Alciat. latè de p̄ umpt. reg. 2. præsump. 2. quando autem allegari, & deduci possint tradidit R m. cons. 5. num. 8 5. lib. 1. Ceph. cons. 153. nu. 54. lib. 1 Simon. de Præt. qui declarat dictum cons. 101. nu. 5. Bero. cōs. 70. nu. 1. lib. 3. Menoch. omnino vidēd. de præsump. lib. 1. q. 48. 49 & seq. Declaratur quarto, vt p̄sumptiones & coniecturæ allegatæ debeant probari Menoch de p̄sump. 51. per tot. Declaratur quinto, vt non procedat probatio quando adessent alia præsumptiones quæ starent pro cōtractu Menoch. d. lib. 1. q 29. & 30.

Secundo casu q̄n negotium versatur in foro Poli res videtur facilis quia eo in foro coniecturæ cessant cap. is qui de p̄ sal. & credendum est confitenti gl. in c. significasti in ver credendum de homicid. sed tamen operæ pretiū existimaui hic reponere interrogationes quibus Sacerdos sufficienter veritatem exquirere possit ab ipsis cōfitentibus qui quāto magis fuerūt rapaces tāto magis videbūtur muti q a in similibus maxima est demonis vexatio, vt dicit A ntepisc. Florent. in trac. de vsur. in prin. nu. 2.

Primò igitur confessarius interrogabit penitentē an ipse verè intenderet cābiū, vtiup.

Secundò an sciuerit, vel saltem crediderit recipientem sub nomine cāb j habere eandem voluntatem.

Tertiò an sciuerit, vel saltē crediderit eūdem recipientē habere potestatem soluendi, & cōpellendi in tertia lo vel si se alterius vel.

Quartò exquirit diligenter quomodo, & qua ratione id sciuerit vel crediderit.

Sextò si viderit penitentem p̄cessisse per cambia exquiret an à principio intēderet recambire cum eodem cā lem q̄ iteratem.

Septimò interrogabit diligenter circa recursum tertiæ speciei vt supra.

Octauò exquiret ab eo quomodo potuerit credere q; is intenderet cambium qui nu q̄ soluebat nisi per adaptationē scripturarū.

Nonò an aliquando in traficis suis suspicatus fuerit subesse vsurā, & tenitente conscientia processerit, & negotiatus fuerit.

Decimò an dederit ad cambium alicui statim consumpturo, vel in malos vsus conuersuro ipso sciente.

Demum interrogabit circa iustitiā tām præsij, quàm procu tionum, -

Extrinceca profectò q̄dam à proposita quæstione hic reposui, quæ tamen prò complemento caritatis dixisse liceat.

Quærò vndè, & ex quibus fontibus colligi possint p̄sumptiones. Bal. in l. cū antea C. de arbit. vt quem sequitur. Cepol. de simul. cōtract. n 114 dixit ex qualitate rei, causæ & contractus & idem sentit Archiep. Florent. de vsur. c. 3. §. 15. nu. 32 & ad siminiftrādas p̄sumptiones vtera. Cep. in à citat. trac. V ...al. de Cāb. Lud. de Pen. in 1. quem-

admodum C. de agricol. & cēs. lib. 11. vide Menoch. in comment. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. Aliquas tamen speciales præsumptiones in hac materia frequentissimas subjicere placet, Primò igitur erit suspectus ille qui tenet totam suam substantiam occupatam super cambijs frater Fab. de camb. pri. ear 4. pro quo optimè seruit. Luc. de Pena in d. l. quęadmodum num. 103. & 106. vbi pulchrè contra eam psores, Secundò erit valdè suspectus ille qui dabit pro respōdente factorem suum Bernard. de camb. sub. nume. 24 pag 75. Tertiò magna erit præsumptio, si accipiēs erit lusor, vel alias dissipator Bernard. de camb. sub num. 30. pag 93. & pro hoc facit Bal. in auth. quod locum col. 2. ver. decimo queritur C. de collat. bon. & tex. in l. si quis cum sciret ff. pro empt. cum alijs, vt per Nat. cons. 421. nu. 6. Quarto non erit cōtemnenda qualitas proxenetæ propter ea quæ scribit Saraua, & Alphons. de Vloa in tract. de camb. cap. 3 fol. 124. Quintò nō etiam sperni deberet ommissa solemnitas, & interuentus proxenetæ propter No. Constit. in tit. de offic. Abb. & Consul. mercat. Sextò illud cambium quod fieret cum dote erit suspectissimum iux. Archiepisc. Florent. de vsur. c. 2. §. 11 num. 33. & Menoch d. lib. 3 præsumpt. 123. ver. tertia. est coniectura nu. 13. Septimò illud etiam suspectissimum habebit in quo per plures ferias perseueratum est per ea quæ scribit mercat. de camb cap. 11. Octauò suspitionē facit datio pignoris quia illa repugnat realitati cambiorum Hieron. de Luca de camb. Lugdun. c. 4. num. 42. Boninsegna de camb. cap. 5. Nonò non etiam caret suspitioni illud cambium in quo intercedit fideiussor, sic enim expresse ꝓbatur quòd dans dubitat de voluntate propter deffectum potestatis recipiētis, multi enim vellent quod non possunt, sed nullus vult qđ non potest nisi sit fatuus cōsequentia elicitur ex rog. Nauar. in man. c. 17. nu. 290. Nam qui dat fideiussorem non inducit, vt soluat, & consequenter non intendit ideo velle quia velle possit causariuè, idest fide fideiussoris: Neqꝫ fideiussor intendit. soluere quia intercedit causa amicitiæ cuius reg. est. vt sufficiat in paucis amico satisfacere & si dicantur ꝙ multi ita faciunt, dico quòd lata est via quæ ducit ad gehennam, & quòd etiam vidi fideiussores subscribere litteras his verbis per questo cambio, & ricambio ea conditione donec & quousque, & similia quæ temporalitatem designant Thob. Non. cons. 12. num. 14 & consequenter intentum recambium, & apertam vsuram.

DE CAMBIIS.



Acceptio litterarū quomodo inducatur ver. 8. loco circa med.

Cambiorum materia separata à tractatu de vsuris ibidem in præfatione.

Cambij nomen vnde originem sumpsit vide in Præludijs in præmissorio.

Cambio quid dederit causam ibidem in secundo præmissorio.

Cambium à necessitate permutationis deriuatum quod quomodo intelligatur vide in præludijs in tertio præmissorio.

Cambiorum per litteras modus cur inuētus in præludio in quarto præmissorio

Cambium venit appellatione contractus innominati vers. cambium est permutatio cum seqq.

Cambiū nō venit appellatione emptionis nec venditionis, & qui contrarium senserunt damnantur ab authore. Ibidem vers. sed est permutatio.

Cambium minutum, & manuale quale dicatur. vers. Quod soli ibidem.

Cambium liberum quale dicatur ibidem vers. Alio autem modo.

Cambium per litteras an sit licitus cōtractus vers. primo igitur.

Cambium à tanto quale sit, & qua tempore fiat. vers. Respondeo ad quæstionem.

Cambium à prezzo corrente quale ibidem.

Cambium quomodo regulatur ibidem.

Cambium quādo reducatur ad tempus & quo non vers. Aut cambium reducitur.

Cambium siccum aut mortuum, aut fictitium quando dicatur, ibidem.

Cambij institutum circa qua consideratur vers. 5. quia tertium.

Cambia illicita fiunt licita ex circumstantijs. ibidem.

Cambia sunt licita, vel propter vtilitatē dantis seu recipientis, vel vtriusqꝫ ver. 11. præmissorio.

Cambium siccum quo iure sit prohibitum. ver. quæro quo iure.

Cambium siccum dicitur in quo campsor prius dat quàm

quàm recipiat vers quæro quid sit & aliter declaratur ibidem.
Cambia sicca an exigi possint pro opera pia puta pro redimendis captiuis vers. quæro an cambia.
Cambia sicca quot rationibus sint prohibita. ver. quæro quot rationibus.
Campsor an lucrari possit vbi ipsi quos haberet transmittere pecuniam quo primo loco soluitur ad locum destinatum solutionis. ver. quæro an campsor.
Campsor an in eo cambio in quo ipse primo accipit vt aliò trahat teneatur quid minus recipere pro lucro suo ex eo quod ipse iam pecunias paratas habeat in loco ad quem trahit. vers. quæro an campsor.
Campsor an possit licitè dare ad cābium illi quem scit sua posse soluere in loco destinat non solutionis nisi illam quantitatem assumat super cambijs. ver. quæro an campsor possit licitè.
Clericis an liceat dare ad cambium. ver. quæro an liceat.
Commodum ex dilatione in cambio quando considerabile: ver. Aut cambium reducitur.
Consilit an statum reddat facilem contractum cambij illicitum. ver. quæro an illa.
Consuetudo an excuset à peccato accedēte dubio an contractus cambij sit licitus ver. quæro an consilio.
Dans pecunias alieni, vt teneat super cambio, & pro ea seu possit recipere lucrum cambiorum ab eo cui datæ sunt pecuniæ vers. quæro Aut, & in vers quæro in casu & vers quæro Aut.
Danti an liceat dare recipienti pro respondente factorem suum ver. quæro an danti.
Danti ad cambium an liceat scribere litteras credentiæ pro recipienti ab eo personam, vt habeāt acceptare litteras & soluere nomine trahentis; vel ius cedere pro fideiussore pro eo a- vers quæro an danti.
Danti pecunias ad cambium an licitum sit lucrum, quod copia ex prouisionibus vers. q̄ro an danti.
Et quomodo dicatur in eodem Præludio vers. primo igitur quæro.
Epitome cambiorum vers Respondeo ibidem.
Emptio auri in magna recessit ab vsu. ibidem eo.
Et quando dicatur illicitum ibidem.
Forma concipiēdi litteras cum recursu, & litteras cambij literis ver tenor litterarum.
Ignorantia facti an excuset dantem ad cambium illi qui non erat soluturus in nūdinis ver. quæro an ignorantia.
Intentio lucrandi in campsore an sit damnabilis ver. quæro an intentio.
Interpretatio clausularum quæ inscribuntur in litteris de Auiso ver. 1 illa verba.
Litteræ cambij quomodo formantur ibidem vers. tertio quæro.
Litteræ per recursum quomodo accipiātur ibidem d ver. tertio quæro.
Litteræ de auiso, & litteræ de spatio cur sic dicantur. ver. Post prædictas.
Litteræ cambij quomodo recipiunt complementum d. vers. 8 loco. ibidem.
Litteræ quomodo complementum, & quando cambium remaneat imperfectum. ver His modis.
Litteræ quando dicantur redire inanes, vers 2. est casus.
Materia cambiorum à quibus tractetur vide in Præfatione operis.
Martha vnde denominata sit ibidem. ver. Pro intelligentia.
Pecuniæ diuersitas requiritur in cambio. ibidem in fine.
Potestas simpliciter & causatiuè, à pari procedunt. Ibidem ver. 6. respectu.
Potestas velata est duplex inequitas. ibidem.
Quæ personæ concurrunt in cambio. ibidem ver. 2 quæro.
Recambium an sit contractus licitus an vers quæro an Recambium.
Remedium quale datur aduersus cambia sicca tot autem possunt. vers. quæro quando quid autem in Principibus secularibus ver. quæro an similis.
Scientia an præsumatur in dante pecuniam ad cambium non habente potestatem soluendi ver. quæro an in dante.
Trahens litteras an alias litteras soluit, & in vers. pro prædictis.
Tenor litterarum d'auiso seu de spatio ver. tenor.
Turcas non dare ad cambium an possit contrauenire iuramento. vers. quæro quis iurauit.
Verba quæ in litteris cambijs apparent sunt mille de marchi. ibidem in vers. Pro intelligentia.
Venditio cur non reperitur sicca sicut cambij contractus. ver quæro quare.
Vnum quando dicitur propter aliud dicitur vnum tantum. vers 4 quia.
Vsura est vbicunque quantitas soluitur per dinumerationem temporis ibidem.
Vsura debetur. quæ fit in mutuo an sit detracto ea quod fit indirectè puta in cambijs. vel alijs similibus cōtractibus ver. quæro an vsura deriuata.
Vsurarium esse contractum, vel in fraude perinde est, ver. Nono multum.

De Cambio Sicco.



QVærò quo iure sit prohibitum cambium siccum?

Respondeo omni iure quia omni iure est prohibita vsura, vt multis cumulatis cumulat Corset. in cons. 25. nu. 1. cum seq. inter crim. diuer. vol. 2 vbi est locus pulcherrimus cui addo Gall. cons. 122. in prin. Episc. Sarun. in edict. super vsur. in prin. in 1. 2. & 3 glo. & quæ. ex professo scribit Vilagut. in tracta. de vsur. quæstio. . . .

Quęrò quomodo prouideri potest ne tot animæ pereant ob cambia sicca? Primò. Hoc contingeret si anticipatæ solutiones in cābium deduci prohiberentur, vt in censu. Secundò si prohiberetur recambium fieri cum eadem persona absolutè & cum tertio sine expressione causæ. Tertiò si particulares confessarij eligerentur huius artis, & negociationis, peritissimi, & cæteris adimeretur facultas absoluendi se in similibus exercentes pauci enim intelligunt substantiam, & naturam huius cōtractus ideo non possunt eius qualitatem scire, vt post Bal. dicit Ias. in Rub. instit. de action. num. 2.

Quærò quid sit cambium siccum? cambium siccum etiam dicitur illud cambium in quo campsor prius dat quàm recipiat secūdum Laur. de Rodulphis, & alios quibus se abscripsit Nauar. in Man. cap. 17. sub nu. 286. & nu. 301. sed cambium siccum vsurarium potest duobus verbis describi quod est mutuum cambij pallio tectum Boninsegna de camb. c. 7 nu. 4. pag. 100. mutuum scilicet interprætatiuum, quia iura attenta mala intentione illud mutuum esse interprætentur, vt dicit Alb. in dict. in verbo vsura 6. in fin. & multa in hoc cumulat Bertaz. cons. 238. nu. 4. lib. 1. obtectum pallio ad differentiam nudi mutui in quo nulla sit alterius contractus forma, vt dicit Boninseg. d. c. 7. num. 3. cambij ad differentiam simulati mutui sub specie alterius contractus seu cōtractuum in quibus implicitum possit cadere mutuum iuxtà latè cumulata per conciuem meum Bero. in cons. 168. nu. 18.

Quærò quare nō etiam venditio appelletur sicca ea id etiam prædicetur de alijs contractibus in quibus vsura indirectè cadit? Quia cum solum in cambijs sicut in alijs contractibus exerceri potest vsura, sed etiam illorum vsus maioribus iniquitatibus expositus est, vt dicit Lud. Carbon. in tract. de restit. cap. 59. in princ. fol. 462. & non solum contractus cambij est contractus periculosus secundum Bernard. de camb. sub num. 11. in fi. fol. 23. sed cęteris omnibus in qbus Christianus se ingerere potest pro conscientia magis periculosus adeò quod nullus, vt quam longo tempore camb. js incubuit, qui vel nō commiserit multas vsuras, vel pro vsurario habitus nō fuerit teste mercat. de camb. c. 1. nu. 6. 8. & 9. id quod in cambio per litteras de quo agimus latè ostendit Boninsegna de camb. cap 4. & mercat. cap. 11. num. 3. & 4. fol. 354 vbi est locus omnino reuidendus.

Quærò an similis prouisio quoad temporalia expediret Reipublicę? Glo. & post eam Bal. in c. 1. de iur. iur. dicunt vtile quādoq; esse fœneratores reperiri alias multi persæpè fame perirent Nauar. in tracta. de camb. sub. num. 29. dicit quòd cambia deberent exactè perpendi à iudicibus verum ea vera sint, vel publicata, & quòd debent puniri omnes qui minus licitè ea exercent Ego autem existimo quòd salubrè, & bonū foret simpliciter prohibere recambia sub grauissima pœna quia vel omnia, vel maior pars apertissimum fęnoris vitio redolent, & illis malè vtuntur homines, & ad id me mouet auctoritas S Thomæ 2. 2. q. 169. art. 2. in fine vbi dicit quòd si sit aliqua ars cuius operibus homines possint benè vel malè vti, vt plurimum tamen malè vtantur per offitium Principis á Ciuitate repelli debet, & S Tho. sequutus est Ant. Fran. ad Abb. in c. multa vers. item suas num. 11. ex. ne cler. vel mon. sec. ne. se immi. & ratio glo. & Bald. est falsa quia non mutuant miserrimis, sed his quos ad miseriam reducere possint, vt experientia docet.

Quærò an vsura directa, quæ fit simpliciter mutuando sit peior vsura, quæ indirectè committitur sub cambijs, vel alijs similibus contractibus.

Respondeo absolutè, quòd velamen aggrauat delictum, Hinc dicitur velata pietas duplex iniquitas Bal. cons. 9. num. 3. lib. 1. Florian. de S. Petro cons. 26. num. 52. ver.

vel

vel secundo dicit hinc Paul. de Castr. in cons. 67. col. penul lib. 2. dicit quòd magis odiosus est legibus spurius ex incestu sub velamine matrimonij, & sic boni quam simpliciter spurius hinc Alex. in cons. 49. num. 67 & 17. in fin. vol. . . inquit quòd Sacerdos qui tenet cõcubinam sub nomine sororis grauius punitur, & ibi Alex. decidit casum in materia vsurę, & dat vnam notabilissimam limitationem ad tex. in c. debitores de iur. iur. quæ alibi non inuenitur.

Quærò an cambia sicca exerceri possint pro opere pie, vt puta pro redemptione captiuorum, aut quæritur respectu dantis, Aut respectu accipientis, Primò casu dic quòd non quia prætextu boni malum fieri non debet prima q. 1. c. non est putanda 33. q. 5. c. si dicat 14. q. 5. c. 2. & 3. & c. neq; & est glo. ordinaria in c. super eo in vers. dispensationem extra. de vsur. Secundò casu aut dans est paratus ad fœnerandum, & licet existenti necessitate accipere, aut non est paratus, & non licet, & ex his patet qui dicendum respectu vtriusque simul consideratim.

Quærò an consuetudo excuset à peccato, accedente dubio an contractus Cambij sit licitus, vel illicitus.

Raud. in d. Epith. num. 89. & 98. multis relatis transit cum affirmatiua.

Quærò quot rationibus sint reprobata cambia sicca? Sũt reprobata totidem rationibus quot vsura, & hæ rationes secundum Socin. in Rub. de vsuris num. 70. sunt decem, & nouem, ego autem ex duabus considerationibus in eam venio sententiam, quòd cambia sicca excedant in sui prauitate, & in superlatiuum gradum omnem speciem simplicis vsuræ, Prima ratio quia cambia cõtinent vsuram laruatam, & sic circumstantiam quæsiti coloris huiusmodi delictum, & omnia alia aggrauantem, Secunda ratio quia vsura, quæ sic elicitur est grauior cęteris omnibus, Tertiò quia est cum comitata expensis prouisionum, Quartò quia singulis nundinis vsuræ faciunt sortem, & pariunt vsuras, Quintò quia sic expresse tenuerunt doctores omnes qui ideo cambia sicca hoc particulari nomine pręseferenti deffectum insignem caritatis appellarunt cum tamen nullibi legamus appellatam vẽditionem siccam, vel alios cõtractus siccos dici cum tamen certo certius sit in omni contractu cadere vsuram in quo potest incidere mutuum implicitum, vt exemplificat cõc. uis meus Berous. in cons. . . .

Quærò an contractus cambij sit contractus vnius an vtriusq; gratia celebratus? Lud. Lopez. in tract. de contract. lib. 2. c. 3. post Garziam de contract. par. 2. cap. 8. ex accidentalibus videtur distinguere essentiam propriamq; naturam cambiorum in tres species ex quibus desumi posset materia distinguendi hoc loco. Tu breuiter & indistinctè benè, quod cambiorum est contractus vtriusque celebratus tex. est in l. si quis nec causam in his, quæ ibi scribit Io. de pra. num. 2. ff. si cert. petat. & ita voluit Fr. Fab. de camb. in 1. p. fol. 9. & Rot. Gen. decis. 32. sub num. 5. & quæ ex accidentalibus summitur à necessitate dantis recipientis, vel vtriusque non debent essentia naturamq; contractus immutare.

DE FINE CAMBIORVM.

Bilancium in quid sit & in finis qualis sit ver. quæro quid sit bilancium.

Contractus cambijs est suspectui cæteris contractibus ibidem.

Cambia, quod soluantur singulus nundinis quis sit effectus. vers. quæro qui nam.

Finis quando cambio superatur. ver. quæro quando finis.

Nominationis actus viros requiritur quando lex dubitato de fraude. ibidem.

Soluere quis posit dici vers. quæro quid sit.

Soluendi modus per adoptationi scripturarum an sit iuridicus. vers. quæro an modus.

De fine Cambiorum.

Quærò quid sit bilantium? Rauden. clarè respondet in d. Epitho. num. 121. post Rot. Gen. decis. 176. nu. 4. & 22. vbi etiam ponit quando bilantium fiat.

Quærò quid sit posse soluere dic quòd posse dicitur ille qui potest re, vel virtute, idest fide Nauar. in cap. 17. num. 299. in nouo & num. 283 in antiq. lit. H. & lit. B. & est ratio quia posse simpliciter, & posse causatiuè à pari procedunt.

Quærò quando finis imponatur cambio.

Respon-

Respondeo quòd cambia habent eam naturam, quòd singulis nundinis finire cœpiant & ratio est quia alias reducerent ad tempus. & ita probat extrauagans l ij Quinti ibi, aliter quàm pro primis nundinis celebrari prohibemus, quòd intelligi debet secundum ea quæ dixit q. . . .

Quæró an modus soluēdi per adaptationem scripturarum sit modus iuridicus, quid ber prima fronte diceret quòd sic, sed particulari ratione subiectæ materiæ non est iuridicus, & vtinam extirparetur quia quando lex de fraude dubitat circa aliquem actum tunc, vt fraudis suspitio auferatur requiritur actus verus numerationis glo. in l. qui testamētum ff. de probat, l. si quis post hac C. de bon. proscript. l. assiduis cum gl. in verbo dato C. qui potiores in pignore habeant. pract. Papiens. in for. libel. in causa vend. in verbo cessit nu. 7. & nullus est contractus de quo inta magis suspicentur de fraude, quàm sit contractus cambij ergo fictus modus soluēdi non sufficit nec est iuridicus quicquid seruet consuetudo, seu corruptela obtinuerit, & si respondeatur amice quando super his, quæ sunt iuris lex disponit veritatem exprimit licet verbis seu natura in proprijs vtatur Bart. & alij is qui pro empt. ff. de viucap. respondeo quòd exprimit veritatem quoad effectum iuris, & sic intelligitur idem esse talem esse & quem pro tali habet Bart. in l. si maritus in § l. ff. ad l. Iuliam de adulter. & sic sicut non cessat fictio ita non cessat fundamentum repet. in l. qui liberus nu. 8. ff. de rit. nupr. vol. 2. fol 267.

Quæró quìnam sit effectus in puncto iuris, quòd cambia soluantur singulis nūdinis.

Vltrà effectum quod solutione paratur, vera duo alij sunt effectus qui præcipuè cadunt in cambio quod recipit finem per adaptationem scripturarum, Primus effectus est quia si soluatur cambium per adaptationem scripturarum.

DE LITTERIS.

An liceat dare ad maius pretiū quando cambiatur à poliza vista, quam quando cambiatur ad vso ver quæro an liceat.

Appellatio an detur à secuta latain cambio vers. quæro an detur appellatio.

Cambium an fieri possit sine litteris ver. quæro an cambium.

Cambium an sit licitū quod sit super pecunia vnius secundum ver. quæro an licitum.

Imago futurum de marchus quæ circumferè an sit tollendo.

Littera cambij non probant numerationem. ver. quæro an littera.

Litteræ cambij an differant à litteris cambij. ver. quæro an sit in quo.

Litterarum camby forma qualis. ver. quæro qua sit quamuis sit.

Stipulatio an præsumatur interceßisse in litteris cambij ver. quæro an littera.

De Litteris.

Quærò an & in quo litteræ cambij differunt à litteris mandati? Responde, vt per Soc. sen. cons. 68. in prin. lib. 3.

Quærò an litteræ cambij probent numerationem negatiuè videtur resoluendū ex Bal. in cōs. 190 vol. 1. Marant. de test. product. vers. sed finge nu. 52.

Quærò an liceat dare ad maius pretiū quando cambiatur à poliza vista, quàm quando cambiatur ad vso?

Non licet indubitanter quia à tempore lucrum petitur Sarau. & Alphons. de Vloa de camb. cap. 4. fol. 144.

Quærò an litteræ cambij præsupponant stipulationem interuenisse vide glos. in l. 1. C. de con. & cont. Brix. in repert. in verbo litteræ vbi etiam alia vide.

Quærò an litteræ Cambij reuocari possint antequam soluantur, dic quòd non & vide Bal. in Rub. C. de const. pecun. col 2. quem seq. Ias. in l. admonendi ff. de iur. iur. vt refert Marant. in Specul p. 6. tit. de test. product. num. 47.

Quærò an litteræ Cambij possint reuocari. non posse tenet Socin. cons 68 col. 2. in fi. lib. 3. Puteus decis 116 lib. 3 Curt. iun. cōs. 132. nu. 5. vbi dictum limitat.

Quærò, quæ & qualis sit forma litterarum cambij, docet Bal. in consil 398. vol. 1. Bonisegna de cambijs cap. 4. num. 4 fol 93. Lup. d. cap. nauiganti comment. 3 §. secundo nu. 64. vbi ponit descriptionem Stracc. de adiecto in 3 & vlt. par. in penul cap. incipit apud Bald fol. mihi 274 secundum paruam impressionem vbi ponit expositionem.

Quærò an mercator qui habuit litteras cambij pro Padua possit pœnitere, & cogere cam-

cāpsorem ad dandum litteras pro Roma. Aut litteræ secundum primum modum possunt effectum sortiri, & non potest cogi campsor, Aut non possunt verisimiliter sortiri effectū, & potest cogi campsor Bal. consi. 348 lib 1. Marant. d. loco nu. 52.

Quærò an cambium licitè possit fieri sine litteris? Aliqui tenuerunt quòd non Fr. Fabianus de Cambio fol. 8 contrarium est verius quia nulla ratio vetat quominus fiat medio nuntij & dixit in descriptione cambij.

Quærò ad quem spectet periculum decoctionis litteras scribentis? quæst. fuit resoluta in vna Illustriss. Card. Turchi corā Cantutio, & est decisio Rotæ 817. par. prima diuersi. in nouis.

Quærò si litteræ non acceptentur qua actione conueniri possit scribens ad restituendum pecunias, Nō oritur actio ex litteris, sed via ordinaria est agendum conditione ob causam Bal. cons. 198. in fi. lib. 2.

Quærò an litteræ cambij habeant executionem paratam de communi, Pro affirmatiua facit Primò quòd litteræ cambij sunt ad instar publici instrumēt Zabarel consil. 153. in prin. Secundò quod datur actio de constituta pecunia quæ sui natura includit manum Regiam Ias. in §. in personam in prin. instit. de act.

Quærò nūquid litteræ cambij probationem, & obligationem inducant. Aut loquitur contra scribētem, Aut contra eum cui litteræ diriguntur. Primò casu aut loquuntur dispositiuè, aut enunciatiuè, si loquuntur dispositiuè probationem, & obligationem inducunt si materia id patiatur l. quidam ff. de constit. pecu. si loquuntur enunciatiuè probant, sed non inducunt obligationem l publica in fi ff. de probat. Secundò casu aut acceptando litteras tacet, & inducunt probationem, & obligationem quia videntur fateri verum esse, q. in litteris cōtinetur l. si filius ff. ad maced. aut contradicit, & non nocent, ita distinguit & latè comprobat post Marsil. & alios multos quos longa serie refert Robert. Marant. in Specpar. 6. de test. product. vers. hoc in loco num. 46. & videndus est etiam Bellon. cons 26. nu. 7 & Bal. cons. 190. lib. 2.

Quærò ao detur appellatio à sentētia in cambio, Non dari tenet Socin. iun. cons. 138. num. 8. Berou. cons. 23. num. 12. lib 3. Iul. Cæsar. Ruginel. summe eruditus in commēt. ad const. Mediolani sup. tit. de appel. §. 2. cap. 3. num. 93. pag. 76. vbi idem videtur pro scripturis priuatis.

IVDEX QVÆSTIONVM de loco.

Cambia quæ & vers. exercentur per loca eiusdem prouincia. & Regni & finguntur fieri per loca diuersarum prouinciarum ad augere lucrum an sint licita. ver. quæro an cambia.

Feria quid sit. ver. quæro quid sit feria

Fictio mercatorum, seu campsorum dum fingunt vnum & eandem personam in duos locis reperiri, vt detur vnus Darius de Med & alius Darius de Placentia. Ibidem. ver quæro an sit.

Locus vbi aut est feria aut Platea an sit superflue. ver. quæro an locus.

Priuilegia feriæ ibidem.

Plateæ principaliores quæ sint ver quæro quæ sint.

Resolutorij locus an sic suspectus. vers. quæro an locus.

De Loco.

Quærò an cambia, quę exercentur re vera per loca eiusdem prouinciæ, & Regni, & finguntur fieri per loca diuersarum prouinciarum ad augendum lucrum sint licita? Aut quęritur an sit vsuraria, & dic quod non quia reducuntur ad certum locum sunt tamen suspecta Bald. cons 311, to quæst galunigulta num 1. & 2. lib. 5. cum similibus cumulatis per Lancel. Gal. in consil 125. vers. vnde tota vis nu. 19. Aut quæritur an sit in illis iniustitia & dic quòd sic & est planum, & in indiuiduo affirmatur Soc. de iust. & iur. lib. 6. q. 13 art. 1. & Lup. in cap nauiganti commēt. 3. §. Secundo num. 70 ex. de vsur.

Quærò an sit iuridica illa fictio, quam faciūt campsores dum fingunt vnam eandemq; personam in duobus locis reperiri, vt detur vnus Darius de Med. & alius Dar. de Placent. breuiter, respondeo quòd homo fictionem habentem iuris effectum inducere non potest Alex. consil. 149. num. 4. lib. 2.

Quærò quæ sint plateæ principaliores? Ponit Bernard. in d. tract. post finem fol. 105. cum seq.

Quærò an locus vbi non est feria neq; platea

tea sint suspectus? Bernarductius in tract. de camb. sub nu. 27 pag. 88. tenet affirmatiuam, ego teneo contrarium quia ne veritas transmittendi pecuniã super quã fundatur iustitia contractus cambij, vt dicit Lup. in d. cap. nauiganti comment. 3. §. 2. num. 69. de vsur. potest in omnibus locis considerari.

Quæro an locus Bisontij sit suspectus? Thomas Boninsegna concludit affirmatiue in tract. de camb. cap. 9. & ea ratione mouetur quia ibi nulla extet mercium emptio, & venditio pecuniæ φ abundantia, & defectus nõ naturalis, & ideo illius prætium super ordinario, & naturali cursu negotij non videatur fundatum, vel super nuda voluntate contrahentium Frater Fab. de camb. in 2. par. fol. 25. tenet contrarium Ioan. Ant. Zerbius vir suo tempore huius artis campsoriæ peritissimus, & bãci Sancti Ambrosij inuentor, & mihi amicissimus tenebat opinionẽ Fratris Fab. & benè quia (dicebat ipse) illo locus est platea platearum finis, & principium omnium negotiorum, & mercium totius quasi Europæ, nec reperitur platea, quæ habet facultatem remittendi, & trahendi per omnes ferè alias plateas prout habet illa Besunt j. vt patet ex registro platearum cum quibus B suntina platea negotiatur quærunt numer. viginti tres ad minus. & ista est veritas.

De necessitate cambij.

Quæro ex quibus causis introducta sint cambia. Satisfacit Ludouic. Carbon. in trac. de restit. quæst. 59. fol. 403. vbi vide.

TIT. DE RECIPIENTE in loco a quo.

Campsore qui habent certum Iudicem vt Abbates mercatorum Mediolani si ille desijt esse mercator an possint conueniri coram d. Iudicibus ver. quæro campsores.

Debitor morosus an teneatur ad interesse si cambijs siccus se supposuerit creditor ver. quæro an debitor.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an habent locum in cambijs. vers. quæro an exceptio.

Exceptio simulationis opponitur contra vsuras, & cambia non obstante quod à statuto tollatur omnis exceptio, ver. quæro exitias statutum.

Exceptio simulationis an retardet executionẽ cambiorum ver. quæro an propesita.

Exceptio simulationis an prætor competit similia cambia sicca contraxit ver. quæro an is.

Impotentia recipientis ad Cambium an sit probanda, & à quo ver. quæro cui.

In mandato generali an veniat quod quis accipiat ad cambium vers. quæro an in mandato.

Litteræ si modo acceptantur qua actione conueniri possit scribens ad restituendum pecunias vers. quæro si littera.

Littera cambij an mutari possit antequam soluantur. vers. quæro an littera. Reuocari an possint vers. quæro an litteræ cambij possint reuocari hoc eodem vers. ulo.

Mercator qui habuit litteras cambij pro Padua an possit pœnitere, & cogere campsorem ad dandum litteras pro Romam.

Mora an contrahatur per interpellationem in cambio. vers. quæro an quis.

Necessitatis recipiendi pecunias ad cambia an excuset recipientem vide in vers. quæro Franciscus vide infra.

Necessitas recipientis ad cambium an faciat præsumptio vsura. ver. quæro an necessitas.

Nobilitas an purget suspitionem vsurariã in recipiente. ibi ver. quæro an Nobilitas.

Non implens litteras cambij an teneatur ad interesse ad rationem cambiorum vers. quæro an ille.

Paupertas recipientis ad cambium an inducat suspitionem fœnoris vers. quæro quãdo paupertas.

Pecuniæ vsurarij mixtus assidis assimulatur, vers. quæro quare.

Periculum detractionis litteras statutis ad quem pertineat. ver. quæro ad quem.

Periculo cuius cedat si campsor cedit mihi litteras cambij ad alium campsorem cui litteras præsentaui ille autem aufugit. ibidem. ver. quæro campsor.

Peccatum an sit differre solutionem litterarum cambij. ver. quæro an sit.

Pœnitentiæ an sit locus in cambio vers. quæro an sit locus.

Quomodo succurratur illi qui litteras cambij in itinere perdidit ver. quæro quid agendum.

Recipiens centum Mediolani à Titio. vt soluere faciat centum Seio Romæ an possit compelli, vt restituat Titio vide in ver. quæro an recipiens.

Scribens litteras an ex acceptatis remaneat liberatus, vers. quæro an litteras.

Vsura dicatur morsus, & cui videbis ibidem.

De recipiente in loco ad quem.

QVærò, Titius debitor Sempronij nec valens illi satisfacere mandat ei, vt accipiat pecunias ad cambium, & recambium, & illas retineat super cambijs, & recambijs continuando donec ipse solutionem integraliter fecisset, nunquid tale mandatum valeat, & ex eo agi possit, maxime accedente iuraméto, & solitis renuntijs omni legum, & iuris actio.

Respondeo mãdatum nullius fuisse momenti, quia turpe vt ff. mãd. l. rei turpis Rofred. quæst. Sabbat. 51. sub littera F. & defficit substantia obligationis l. veluti ff. de verb. oblig. l. pacta quæ contra ff. de pact. & turpitudo consistit, quia mandatur cambium ratione temporis, vt ostendunt illa verba donec, Nam dictio donec quamd iu, & similes important suspensionem, gl. in cap. cum tu. in verbo donec de vsur. vbi Crot. hoc no. nu. 14. vbi adducit concordantes, vnde cum ex ratione dilati temporis mandetur augendum prætensum creditum illicitum redditur, mandatum facit ad prædicta Caiet. in suo Opusculo Camb. c. 6. dũ tradit ex hoc quòd pecunia diutius occupata sit non posse pretium exigi sequitur. Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 12. artic. 5. & post hos omnes Lup. in c. nauiganti comment. 3. §. 2. sub num. 27. vers. sed in hoc aduerten dum fol. mihi 116. Et pro prædictis multum facit pro vlteriori confirmatione veritatis Bullæ Col. Rec. Pij Quinti de anno 1570. Kalen. Februarij edit. de qua in bullario inter bullas dicti Pontificis in illis verbis, Neque realia cambia aliter, quàm pro primis nundinis vbi illæ celebrantur vbi verò non celebrantur pro primis terminis iuxtà receptum locorũ vsum exercere abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis deinceps nũdinis exercendi, quibus addo, quæ scribit Mercatus in tract. de camb. q. 10. num. 4. vers. al secundo poi fol. 351. vbi impugnat quoq; similes conuentiones lato ore, vt ibi per eum, Hinc sequitur ex eo mandato mandatarium audiri non posse, quia nemo sine actione experitur l. si pupil li §. videamus vbi iura concordantia allegat ff. de neg. gest. Iaf. in l. Titius ff. de verb. oblig. & virtute dicti mandati nulla oritur actio contrà mandantem quia mandatum turpe non est obligatorium, & non producit aliquam actionem contrà mandantem l. si remunerandi gratia §. rei turpis l. si verò non remunerãdi §. si adolescens l. si tibi mandauero §. qui eodem ff. mand. l. cum dies §. compromissoff. d. arbit. l. quòd sæpè §. veneni ff. de contrahen. empt. l. generaliter in l. seq ff. de verbo. oblig. §. quod turpe instit. de inutil. stipul. §. illud quoque inst. mand. Nam non valet quia defficit substantia obligationis l. veluti ff. de verb. obligat. l. pacta quæ contra l. C. de pact. & hoc propter turpitudinem, quæ importat impossibilitatem in iure nostro l. si filius ff. de condit. instit. & ideò inducit nullitatem §. si impossibilis instit. de inutil. stipulation. glo. in d §. quod turpi, cum defficiat obligatio defficit, & actio quia obligatio est mater actionis Paul in l. licet in §. ea obligatio ff. de procuratorib. Synd. in tract. de compensat. artic. 4. nu. 19. & filia non datur sine matre.

Hinc etiam infertur quòd iuramentũ factum contrà legem non est seruandum, & ab eo quis potest discedere sine pœna l. non dubium in fi. de leg. Nã illud nullius est momenti d. l. non dubium auth quod eis C. de nupt. Non enim debet esse vinculum iniquitatis, vt ex. de iur. iur. cap quanto & 22. q. 4. c. inter cæteras, sed requirit coactus, veritatem, iudicium, & iustitiam, c. animaduertendi 22. q 2 hinc benè fecisse constat, Dauid, dum secutus est consilium vxoris, quæ illum retraxit à iuramentò, quo iurauerat occidere Habel propter contumelias illatas seruis suis, vt lib pri. Reg. c. 25. & è contra malè fecisse patet Herodem, qui vt obseruaret iuramẽtum puellæ saltanti con cessit caput S. Io. Baptistæ, vt apud Sãctum Marcum c. 6.

Hine quoque sequitur non obstare renuntiationem factam omni legum, & iuris auxilio, quia cõstitutio illa F. R. Pij Quinti fuit introduct. propter publicam vtilitatem, & in odium fæneratorum, ideò non potuit illi per priuatos renunciari, sicut in Macedoniano cõtingit vt ff de pact. l. ius publicum, & C. de iur. cal. l. fin. §. sed quia veremur, & ex. de for. comp. c. si diligenti, & de testi. c. requisiuisti ita arguit in pacto l. commissoriæ Brixiens. q dominicali 12. nu. 5. vbi dicit per hanc rationem, quòd non potest renuntiari pacto d. l. com.

Hæc omnia declarãda sunt, Primò vt procedant

dant quando sumus in terminis mandati veri hoc est quãdo mandatur creditori, vt ipse accipiat pecunias nomine ipsius debitoris, & multò magis si mãdaretur, vt ipso à se ipso, & in se ipsum cambiret, quia in hoc casu non consideratur aliqua ratio loci, quę considerari debet respectu ipsius accipientis, secus autem vbi debitor videns creditorem suum indigere pecunia faceret ei pactum, quod ipse posset nomine ,pprio pecunias accipere ad cambiũ ad damnum ipsius debitoris, quia hoc casu cum possit cadere ratio loci nõ inficior debitorem teneri ad omnia cambia, & recambia quæ iuste subijsset creditor.

Et secundum prædicta declaranda est traditio Decij in cons. 562. totum, & Curtij iun. & Parisij 91. & princ. qui in eodem casu consuluerunt supponentes mandatum ad accipiendum ad cambium fieri posse pro pluribus vicibus, vt intelligatur modò non fiat ratione temporis, sed ratione locorum secundum ea, quæ dixi in quæst. an recambia sint licita alias parum curandum foret de auctoritate dec. Curt. & Paris. aduersus præcisam, & elatã decisionem Summi Pontif. cuius est vsurarium ambiguitates determinare Thom. de Vio. in tract. de monte Piet. cap. 2. sub nu. 3.

Neq; à præfatis recedendum est quia Afflict. latè discerẽdo decis. 91. tenuerit quòd mandatarius soluens vsuras de mãdato Domini debitoris conseruari debet indemnis. etiam vbi non iurauerit. quia ad euitãdum cursum vsurarum recedit à communibus regulis l. si constat. C. de compensat. Curt. iun. in cons. 132. Sacratissimæ Trinit. præsidio sub num. 4. ver. præmissis tamen vbi infert ad euitandum cambia idque latè exornat.

Suspitio falsitatis sicut pro falsitate habetur in ciuilibus, ita etiam suspitio fictionis, & simulationis habetur pro simulatione ipsa in materia simulationis ita in ius terminis cambiorum tradit Curt. iun. in d. cons. 131. num. 10.

Conclusio elegans habetur in d. cons. in fine.

Fœneratores nomina aliorum sæpe faciunt ponere in fraude Bal. in l. eos in §. super in 7. not. C. de vsur.

Mandatarius soluens vsuras de mandato domini debitoris conseruari debet indemnis etiam vbi non iurauit Afflict. latè in decis. Neapol. 91. Iterũ in causa ver. ad primum dubium vbi allegat pro, ista parte tex. optimum in l. si vero non remunerandi §. si mihi ff. mand. tex. verba sunt. Simili modo & si quid aliud mãdaueris, & in id sumptum fecero: non tantum id quod impendi, verum vsuras quoque consequar. & ibi Bal. dicit id verũ etiam esse de iure cãnonico. In contrarium autem adducitur tex. in l. si quis negotia ff. de neg. gest. vbi tex. inquit cõtra soluentẽ indebitum nomine alterius. De eo autem quod indebitum soluit magis est, vt sibi imputare debeat. Cum enim vsuræ sint omni iure indebita videtur omnino dicẽdum, quòd illas soluens pro alio sibi imputare debet. Cęterum casus iste differt à casu pręcedenti. quia in primo casu cõcurrit voluntas domini qui mãdauit: in altero deficit: & patet ius differentiæ, quia si dñus rationem haberet solutionem indebitè factam vtique teneretur soluenti, vt aduertit glo. in d. l. si quis negotia in ver. imputare. Tenendo istam opinionem, quæ mihi videtur verior dicendum est nõ obstare tex. in d. §. si mihi quia, ille loquitur quando vsuræ erant debitæ: quod nos dicere non possumus quia eadem ratio, & nulla penitus est differentia inter solutionẽ indebiti, & solutionem vsurarum quia illę omni iure indebitæ, Quod si adhuc volumus nos inherere decisioni Afflicti illa pcedit quando fideiussor opposuit exceptionem vsurarum, & fecit quod potuit ne vsuras solueret, & tamen illas soluere coactus fuit eo enim casu debitorem ad solutionem vsurarũ teneri omni iure, & equitate certum est, & ita loquitur glo. in cap. peruenit in ver. seruet de fideiuss. nec aliter loquitur Affl. & qui debet intellig. secundum allegatã per eum, & allegat Alex. in cons. 57 Quoniam in quæstione proposita, & i. nu. 3. vol. 1. vbi Alex. per glo. in d. ver. seruet transit cum ista distinctione decis. Gen. 28.

Actus vnus quãdo sit post alium, incontinenti videntur correspectiuè, & vnus post aliũ factis plura adducit Socin. in cons. 273. in præsenti consultatione colum. 4. & refert Dec. loquens in materia cambiorum in cons. 562. viso puncto diligenter. sub nu. 3. nisi & num. 4.

Nec præmissis obstarent, quæ Dec. considerauit in cõs. 562. per totum, & Curt. iun. vti sup.

supponunt mandatum accipiendi ad cambium intellexi posse per plures ferias quoniam non nego ego quia mandatum de quo loquuntur præcitati DD. fuit factũ ratione loci, vt patet ex relatione facti super quo consuluerũt præcitati DD. in quo mandatum fuerat his verbis conceptum Ce ne regnate in sù i cambi per tutti questi lochi, ch'à voi parerà, & piacerà, vt expresse inquit Dec. in d. cons. 562. sub num. 2. & ita non obstat Paris. & Curt. quin loquuntur in eodem casu.

Nec excusare se potest Carolus, quòd nimis graue fuisset opinioni suæ proponere talem exceptionem, atq; ideo nõ teneretur illam proponere, sed iure illam potuerit ommittere l. idem §. generaliter ff. mand. quin honestum cedit iusto secundum Abb. in c. bonæ il 2. de restit. prælat. & in his præcisis terminis id tradit Laurẽtius de Rodulphis in trac. de vsur. in 47. quęst. quæ est quæstio nostra sub nu. 1.

Mandatum susceptum contra bonam fidem non est obligatorium, nec producit actionem aduersus mandantem l. si vero §. si adolescens à mand. Azo in summa eo. tit. sub nu. 5. in fin. Duplex vsura alia in contractu quod per se alia in mutuo velato nomine cambij, si accepit ab Arcsijs, vt daret Cimiliarcæ vtiq; processit iniustè quia cessat ratio loci.

Præterea in Rub. Cimiliarca esset publicus profusor suæ substantiæ, vt nunc cognoscũt hæredes fuit contra bonam fidem suscipere ab eo tale mãdatum vnde propter malam fidẽ non oritur actio l. si vero §. si adolescens ff. eo. & quod pecuniam perdituro credere sit contra malam fidem tex. est in verbis in l. si quis cum ff. pro empt. ibi Nisi forte qui à luxurioso, & protinus. scorto daturo pecuniam seruus vsucapiet, & quicq.d dixerint aliqui in hoc intelligo pdicta procedere in maiori bonis non interdicto tum quia hoc pro termino habili supponi debet tantũ term. nos quæstionis, & sicut tex. in d. l. si quis cũ in primo dicto loquitur de maiori habente auctoritatem liberã dispo nendi de rebus suis, ita pari ratione debet intelligi exceptio consistens in dd. verbis nisi & ea si aliter diceremus exceptio non esset de regula, & essent super indubitabili prolata: immo nec is qui omittere emisse diceretur quia faciendo contra legẽ nihil egisset ex quo cum bonis interdicto valide contrahi non potest, vt ff. si cer. pet. l. 1.

Quærò an campsor cui directæ sunt litteræ cambij per eum qui traxit possit soluere nuncio remittenti antè diem feriæ, & designatæ solutionis, Aut cum lucro, & non licet, quia ex hoc quod pecunia diutius occupata sit non potest prætium exigi Caet. de camb. cap. 6. Sot. de iust. & iur. lib 6. q. 12. artic. 5. mercat de camb. cap. 8. num. 7. fol 326. & n. 9. fol. 327. & in individuo huius quæst. c. 13. nu. 10. fol. 384. Aut sine lucro, & nihil vetat, vt possit soluere secundũ notata in l. ante tempus ff. de reg. iur.

TIT. DE SOLVENTE in loco ad quem.

Actio quænam competat soluenti litteras camby pro altero ver. quæro qua alio.

Bancum quod fecit litteras si decoxit an bancum cui diriguntur litteræ iuste deroget soluere ver. quæro si bancum.

Bancum de Ginottis fecit mihi litteras camby, vt soluentur mihi nulla in Venetijs per bancum de Spanocchis, quod acceptauit eas, sed antequam solueris decoxit fugijtq; periculum locis sic. ver. quæro ponemus.

Campsor soluens litteras vitiatas seu falsificatas an liberum ver. quæro an campsor.

Cambia illicita, & vsuraria exercentes an possint criminaliter puniri vers. quæro an cambia.

Contrahere quando quis possit tuta conscientia absque peccato vsuram tam in cambio quàm in alijs contractibus ver. quæro quomodo quis?

Cambia sicca quare sint prohibita. ver. quæro quare cambia.

Dec. cons. 562. declaratur eodem vers. vt sup finem.

Ementes officia an peccent. vers. De ementibus officia.

Fœneratores nomine aliorum sæpe faciunt ponere in fraudem vers. fœneratores.

Iudex quis sit competens in cognoscere an cambia sint licita, vel illicita. ver. quæro quis sit iudex.

Iuramentum cum legem non valet ibidem.

Interpretatio sit quomodo euitantur vsura. ver. Ad euitandum.

Mandatum ad accipiendum pecunias ad cambium, & recambium an & quando valet. vers. quæro Titius.

Mandatum rei turpis non valet quia deficit substantia obligationis eodem versiculo.

Mandatarius soluens vsuras de mandato domini

debitoris an conseruandus sit indemnis, & quando vers. Mandatarius.

Quomodo probetur quod requisitus ad soluēdū litteras cambij soluerit, vt tertius, & pro honore litterarum ver. quæro quomodo.

Recipiens solutiones cambij simpliciter, & non contradicens an remaneat obligatus ad contenta in illis ver. quæro an recipiens.

Solui an possit per campsorem cui tractæ sunt litteræ cambij nuncio renitente ante dictas ferias, aut designatum solutionis ver. quæro an campsor.

Soluere pro alio quando dicatur requisitus soluisse ver quæro quando.

Si is cui fuit directa solutio per recipientem decoxio cuius sit periculum vers. quid si ille.

Soluere an possit quilibet litteras cambij pro honore litterarum ver. quæro an quilibet.

Statuta possedi à secularibus prohibentia vsuras sub pœna. ibidem.

Simulatio & suspicio litteræ pro probatione in materia cambiorum vers. suspitio falsitatis.

De soluente in loco ad quem.

QVærò an recipiens centum Mediolani à Titio, vt soluere faciat centum Seio Romæ possit compelli, vt restituat Titio? Non potest Bal. cons. 349. in prin. lib. 1. Socin. cons. 68. col. 3. lib. 3.

Quærò an ille qui litteras cambij non adimplet teneatur ad interesse etiam ad rationem cambiorum, Aut creditor recepit pecunias ad cambium, & ita tractat de damno euitando, & debitor tenetur. Rot. Gen. decis. 78. num. 16. & decis. 87. nu. 9. aut non recepit, sed habebat in promptu bona nomina debitorum quibus pecunias ad cambium verum, & reale tradidisset, & similiter debitor teneretur iux. no. per & alios in cap. in Ciuitate & in cap. nauiganti de vsur. Card. in c. fin. de vsur. Salic. in auth. ad hæc q. 15. C. eo. Ambros. de Vignat. in cap. consuluit in præfat. nu. 54.

Quærò quando ille qui soluit dicatur soluere, vt requisitus, vel non, Aut apparet de requisitione, quia litteræ fuerunt directæ ad eum qui soluit, Aut non apparet, Primò casu, Aut ille qui soluit, acceptauit litteras simpliciter, & soluendo dicitur soluisse in vim præcedentis ordinis quia per acceptationem orta est actio mandati vt supra, Aut acceptauit litteras super protestu, & pro litterarum honore tanquam tertius soluit, & tunc dicitur non requisitus soluisse l. cum pecuniam ff. de nego. gest. Rot. Gen. decis. 19 in prin.

Quærò an quilibet possit soluere litteras cambij pro honore litterarum Rot. Gen. decis. 32. num. 1. tenet affirmatiuum, & si quis sibi ipsi soluat.

Quærò si ille cui fuit directa solutio per recipientem decoxit cuius sit periculum. Decidit Bal. in cons. 349. num. 3. lib. 1. Socin. d. cons. 64. nu. 6. lib. 3. & Bal. in cons. 74. lib 5. & distinguendo inter consilia Alex. Andr. Barbat. cons. 94. lib. 3 Bald. cons. 270. lib. 1. Castrens. cons. 170. lib. 2. Alex. cons. 143. lib 6. Bal. cons. 190. in fi. lib. 2. & 349. nu. 3. lib. 1.

Quærò ponamus Bancum de Pinellis fecisse mihi litteras cābij; vt mihi soluantur mille in Ciuitate Venetiarum per bancum de Spanochis, quod acceptauit eas, sed antequā solueret decoxit fugitq; Quæritur cuius sit periculum, Quæstio ista habet plura capita tu vide Bar. in l. singularia ff. si cert. petat. Bald. cons. 348. volum. 1. Salic. in l. pro debito C. de bon. auct. iudic. possid. & post illos Marant. in Spec. par. 6. tit. de product. test. vers. sed esse ponamus nu. 50.

Quærò an recipiens litteras cambij simpliciter & non contradicens remaneat obligatus ad contenta in illis? Remanet: Ias. in l. qui dotes ff. solut. matr. nu 52.

Quærò quomodo probetur, quòd requisitus ad soluendum soluerit, vt tertius, & pro honore litterarum, Duobus modis, vel ex subscriptione facta litteris hoc pacto accetata sopra protesto Rot. Gen. decis. 6. nu 8. vel per publicum instrumētum Rot. Gen. decis. 19. sub nu. 1.

Quærò an campsor soluendo litteras vitiatas seu falsificatas liberetur? Aut aliqua culpa assignari potest soluēti, vt quia visum erat potens, & non liberatur. Aut nulla culpa potest illi ascribi quia non ita de facili poterat discerni visum & liberatur. Ang. cōs. 370. sequitur. Marant. d. tit. de test. product. ver. sed nunquid campsor nu. 54.

Quærò quid sit feria, declarat benè Rot. Gen. in decis. Iu. in repertorio in verbo feria.

DE PACTIS.

MAndatum ad cambia an intelligatur vltra prædictam vitam vers. quæro an mandatum.

Pactum

Pactum quod debitor non possit soluere in nundinis est illicitum. Ibidem.

Pactum seu conuentio facultatis retinendi pecunias super cambijs ad damnum debitoris morosi an valeat. ver. quaero qualiter.

Pactum appositum in contractu mutui, quod in casu non solutionis mutuatae quātitatis liceat mutuanti sumere quantitatem illam ad cambium, & recambium à seipso, vel alijs an & quando subsistat. vers. quaero an pactum.

Recursa an sit licita ver. quaero an recursa.

De Pactis.

QVaerò an recursa sit licita? Aut recursa est accidentalis, aut ex pacto, si accidentalis, aut ad ipsummet Campsorem, aut ad alium, si ad ipsummet campsorem est aliqualiter suspecta non tñ absoluté damnanda pœnitus, si ad alium, caret omni suspitione, quia ex accidentalibus non iustificatur neque deturpatur contractus: si ex pacto, aut simpliciter datur, & acceptatur ordo, & dicunt mercatores, quòd est licita, aut adijcitur, quòd debitor non possit soluere in nundinis, & omnes dicunt quòd est fœneratitia, vt attestatur Rauden. d. Epitho. num. 39 & 45. ego autem vtramque fœnus redolere existimo, & magis vltimam. Nam illa quae fit ex pacto simplici est mala ratione deprauatae voluntatis, & intentionis reducendi solutionem in loco vbi sunt factae litterae. Illa verò, quae fit ex pacto qualificato vtsupra est peior quia voluntas sic verificatur, vt & defectus concurrat potestatis, & qui tenuerunt contrarium hallucinati sunt quia respexerunt simplicem potestatem & nullam habuerūt rationem voluntatis Declarantur tamen praedicta vbi excluderetur intentio recambij quia vtrumq; recursum licitum existimarem quod cōtingere posset quando accipiens ordinem haberet pecunias trahētis in loco ad quem fit fructus quo casu admitterem illum posse sustinere vices plurium, & ita & non aliter intelligo sustineri de iure repraesentationem plurium personarum quicquid dixerint alij, & hoc totum operatur intentio recambij, &c.

Quaerò qualiter sit interpraetanda conuentio facultatis retinendi pecunias super cambijs ad damnum debitoris morosi, Aut est facta promissio simpliciter, & promissio seu cōuentio debet intelligi pro prima vice l. boues, §. hoc sermone ff. de verbo. signific. Rom. consil. 15. Alexan. consil. 16. lib 4. Afflict. decis. 46. Felin. in cap. innouamus de treug. & pac. Ruin. cons. 91. colum. 1. lib. 1. Aut fuit facta conuentio etiam pro recambijs, & dicit Curt. iun. consil. 132. nu. 9. quòd non potest trahi vltra annum, ego autem huiusmodi distinctionis caput omnino pendere arbitror ab illa quaestio. an recambia sint licita, ideo ad ibi dicta me remitto.

Quaerò an mādatum ad cambia intelligatur solum pro prima vice? Paris. cons. 91. nu. 5. & 7. Dec. consil. 562. Tiraq. in l. boues §. hoc sermone limit. 6. num 8. & 9. satisfaciunt Strach. de mercat. tit. de mand. num. 20. fol. 29.

Quaerò an pactum appositū in contractu mutui quod in casu non solutionis mutuatae quātitatis liceat mutuanti summere quantitatem illam ad cambium, & recambium à se ipso vel ab alijs.

Respondeo quòd non licet laté Peguer. in decis. crim. cap. 35. vbi ex professo de hoc agit Contrarium tamen tenēt multi mercatores qui hoc genus cambij cohonestāt hoc nomine appellātes illud cambium per recomendationem.

Quaerò an danti liceat dare recipienti pro respōdente factorem suum, dic quòd est vsura secundum Bernardutium de Cambijs sub nu 24. pag. 75.

Quaerò an danti ad cambium liceat scribere litteras credentię pro recipiente alicui tertiae personę, vt habeat acceptare litteras, & soluere nomine trahentis, vel intercedere pro fideiussore pro eo, Bernardut in trac. de camb. nu. 24. pag. 71. tenet affirmatiuam, sed malé, & sibi ipsi contradicit in ratione si paulò infrà videatur quia tenet negatiuam respectu factoris dantis vtsupra.

DE TEMPORE.

AN liceat dare pecunias ad cambia soluendas in secundis, vel vlterioribus nundinis vers. quaero an licet dare pecunias.

Cambium an possit locari ver. quaero an cambium possit.

Littera cambiorum an possint fieri ad certum, & de-

determinatum quatenus vers. quæro an litteræ possint.
Princeps an possit prorogare terminum soluendi cambia. ver. quæro an Princeps.
Prorogare an possit dans ad cambium tempus solutionis ad alias nundinas. ver. quæro an liceat.
Tempus in cambio quomodo suppliciter considerari potest ver. quomodo quo suppliciter.
Tempora feriarũ, quæ sint ver. quæro quæ tempora.

De Tempore.

QVærò an cambiũ possit locari, Pute. decis. 121. lib. 3. & Caroc. in trac. locat. tit. de camb. tenent affirmatiuam.

Quærò an liceat danti prorogare tempus solutionis ad alias nundinas? Aut cum lucro & non licet per prædicta, & in indiuiduo tradit Frat. Fab. de camb fol. 6. & Sarau. & Alphons. de Vloa fol. 108. aut sine lucro, & licet vt supra.

Quærò an liceat dare pecunias ad cambium soluendas in secũdis, vel vlterioribus nundinis? Aut cum augumento pretij, aut sine, Primò casu est vsura quia semper vbi in cambio se ingerit aliqua ratio temporis illud siccum est, & vsurarium Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 8. artic. 2. quia dilatio in cambio non debet seruire ad regulandum prætium, sed ad transmittendum chirographum, & quocunq; modo propter tempus aliquid soluatur mutuum est palliatum, & vsura. Secundò casu cambium est licitum secundum Lup. in d. §. secundo num. 77. vbi etiam probat vtrumque caput adductæ distinct. pro qua etiam videri potest Nid. de contractibus mercatorum cap. 4. num. 9. & Fr. Fab. in tract. de camb. par. 1. fol. 6. Cæterum arbitror ego dilationem concessam arguere intentionem recipientis esse gaudere beneficio temporis, & cum plus, vel minus prætij non pertineat ad prauitatem vsurariam, sed ad iniustitiam fortè Lup. errauit vel saltem sic intelligendus est, vt procedat subsistente aliqua causa propter quam cõcedatur dilatio maior, quæ excludat hãc sinistram p̃sumptionẽ, vt quia recipiens alio sit iturus cũ ipsis litteris prius, quàm se conferat ad nundinas, vel quia habeat aliquod creditum in nundinis quod serius solui debeat, vel alia causa, quæ faciat sic interesse recipientis, & hæc est mea opinio quia absque tali ratione temporis ratio non excluditur.

Quærò an litteræ possint fieri ad certum determinatum tempus, videtur quòd non Roman. consil. 338. num. 8. Lup. in d. §. 2. nu. 66. & 67. accedit ratio quia finis negotiorum est terminus solutionis ex quo mercatores ex eo fine metiuntur lucrum Bernardur. de camb. pag. 109. Tu distingue aut ad certum tempus destinatur solutio sortis, & capitalis, & non potest aut sortis tantum & nihil vetat.

Quærò an Principi liceat prorogare terminum soluendi cambia. Hanc quæstionem examinat Nauar. in consi. 15. de vsur. lib. 5. & benè, ibi vide.

Quærò quo suppliciter considerari tempus in cambio. Tripliciter primo inquantum inseruit trãsmissioni pecuniæ, Secundò quatenus inducere potest diuersitatem valoris pecuniæ, Tertiò inquãtum pecunia remanet in otio, Sarana & Alphonsus de Vloa c. 1. fol. 110.

Quærò quæ tempora feriarum, & quæ? illa & cum alia? Explicat Bernard. sub nu. 15. fol 34. & 39. Frater Cub. de Camb. in secunda par fol. 17. & 18.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Fideiussor pro cambio Sicco soluens an repetere possit vers. quæro an fideiussor & plenius in vers. sequente.

De Fideiussoribus.

QVærò an fideiussor pro cambio. sicco soluens repetere possit à principali debitore, videtur quòd non quia principalis non tenetur de iniuria Iudicis, Secundò quia tenet consequentia mandatum est turpe ergo non producit actionem contra mandantem l. si remunerandi gratia §. rei turpis l. si verò non remunerandi §. si adolescens l. si tibi mandauero §. qui ædem ff. mand. l. cum dies §. compromisso ff de arbitr. l. quod sæpè §. veneni de contrah. empr. l. generaliter cum l. seq. ff. de verb. oblig. § q; turpi inst. de inutil. stipul. §. illud quoque inst. mand. Rofred. in quæst. Sabbatin. 11. sub littera G. fol. 697. vide videtur q; actio mandati non competat fideiussori contra principalem, & consequenter nõ posset audiri quia nemo sine actione

agit,

agit, Tertiò & tāto magis si fideiussor non opposuisset se quia fideiussor culpa sua exactus non recuperat à principali Rot. Gen. quæ multum eleganter loquitur decis. 28. num. 8. vide tam Ambros. Auignate in c. salubriter de vsur. in verbo secundo casus est in verb. de vsur. nu. 35.

Quæro an fideiussor soluens cambia sicca repetat à principali debitore.

Respondent aliqui; aut spōte soluit, Aut coactus, si sponte non repetit, glo. in cap. peruenit de fideius. speculat. in §. 1. vers. quid si fideiussor eo. tit. Alex consil. 57 num. 1. vers. cum ergo non ignorauit lib. 1. Ananias de vsur. in cap. 1. & omnes ferè in dicto c. 2. de fideius. ibi enim id notat Ostiensis num. 4. & 5. Ioan. And. num. 5. & 9. Anchar. num. 2. & 11. Cardinalis num. 5. & 6. Imol. num. 28. Anan. num. 15. Henric. Boic. nume. 7. 8. & 9. Butr. num. 14. Abb. num. 10.

Aut coactus soluit, & repetit secundum prædictos DD.

Sed ab hac distinctione in materia cambiorum recedendum existimo, & aliter distinguendum.

Aut cambia sicca sunt apertè, & clarè fœneraticia, vt quia de nundinis ad nundinas, vel alio simili modo, & tunc non est recedendum ab opinione doctorum, superius relata. & illorum distinctione l. exceptione ff. de fideius. l. si procuratorem §. ignorantes ff. mandati.

Aut sunt sicca, sed vel consuetudine, vel aliter sic velata, vt disputatione indigeant, & tunc videtur dicendum, quòd siue spontè siue coactus fideiussor soluat dūmodo non soluat per dolū, repetat & ratio est in promptu quia pro cambijs vbique locorum parata executio reperitur, & pro condemnato habetur ille cōtra quem parata est executio, vel ex forma statuti, vel ex natura rei, vt inquit Bal. in l. certum num. 9. C. famil. hercisc. Alex. consil. 72. nume. 6. lib. 2. Guid. Pap. quæst. 117. & Rot Gen. decis. 28. nu. 8. vers. nec refragatur videtur satis approbare dist. nostram.

TIT. DE DANTE IN loco à quo.

AN probationem, & obligationem inducant. ver. quæro nunquid.

An prō interesse cambiorum executiuè sit procedendum. ver. quæro an procedendum.

An detur hyppothecaria actio pro litteris cābij ver. quæro an pro litteris.

Cambij litteras qui dat si nolit dare nisi cum recursu ad suum respondentē expendentem illius proprium nomen se sic dat an tale cambium sit licitum. Distinguit author. vers. quæro pone.

Cambia sicca approbans an teneatur ad eorum solutionem vers. quæro an quis.

Campsorum bona an citò consumantur vers. quæro quare.

Campsor litteras cambium verum præ manibus dedit ad cambium siccum egenti, & hac de causa omissis facere cambium verum an possit exigere lucrum vers. quæro pone.

Campsor qui recepit pecunias trafficādas super cambijs, & eas trafficauit super cambijs illicitis an possit recipere solitas prouisiones ver. quæro an campsor.

Campsor Romæ dat pecunias soluendas Lugduni illis qui ibi nō habeat agētem nec numismata. sed rogant campsorem, vt ipsimet ad suum corrispondentem scribat; vt nomine cambij cambium soluat, & traijciat atq; ita vt corrispondens præter propriam personam gerēs duarum personarum vices verbis, & recipientis cambium respectu recipientis pecunias soluit Lugduni, & traijcit, & respectu campsoris dantis pecunias remittit, & pro maiori parte in eodem loco campsor soluit, an huiusmodi cambia sint licita. ver. quæro Nauar. d cons. 11. in qua quæstione distinguit ibidem.

Cāpsor qui diu passus est post protestationes ob adimpletas litteras cambij in forma sibi non soluit, sed girauit litteras super protestu an possit habere interesse ad rationem cambiorum ver. quæro an campsor quamdiu.

Consuetudo an excuset facientē cambium iniustum, & fœneratitium ver. quæro an consuetudo.

Cons. Nauar. 11 de vsur. declaratur.

Dans ad cambium siccum an possit aliquod lucrum percipere. vers. Quæro an aliqua ratione.

Dans pecunias ad cambium recepto pignore an iure id faciat ver. quæro Antonius.

Dubitans de fide recipientis, an possit illi dare ad cambium ver quæro an ille.

Edere an teneatur campsor libros actori causa eum cogēdi ad iniustitiam cambiorum ver. quæro an campsor petitus.

Faciens contractum credens iniustum, & contra propriam conscientiam ædificans an excusetur, & quando ver quæro quid dicendum.

Litteræ cambij an habeant executionem paratam

ver. quæro an litteræ.
Mercator an per exercitium cambij quis dicatur. & quot nominibus campsores appellentur. Ibi vers. quæro an per exercitium
Mandatarius impendens suas pecunias pro mandante an cambium petere possit ver. quæro an decis. Nauarri in cons. 11.
Nauar in cons. 11. De vsur. reprobatione ver. quæro campsores.
Vsura in contractu mutui an præsumatur. vers. quæro an aliqua ratione.

De Dante.

QVærò an liceat clericis dare ad cābium? Aut loquimur de iure, & non licet tot. tit. ne cler. vel mon. secul. reg. se imis. Aut loquimur de consuetudine, & tunc videtur distinguendum, aut clericus vult dare ad cambium per se ipsum, aut per submissam personam, primo casu nō reperio aliquem Doctorem affirmātem clericum dare posse ad cambium, Secundò casu reperio Nauar. attestantem de consuetudine in man. cap. 17. nu. 289 Ego teneo quòd eam possit per alium. Tu vide Bernard de camb. sub nu. 17 & 30 fol. 92. & omnino fratrem Fabian tract. de camb. p. 1. fol. 12. & seq.

Quærò campsor dedit mihi litteras cambij ad alium campsorem cū dictas litteras præsentaui, ille autem aufugit cuius sit periculum, vide Alex. cons. 94. num. 5. vol. 3.

Quærò quis iurauit non dare ad cambium an possit contrauenire iuramento? aut potest viuere aliunde & tenetur seruare iuramentum. Aut non potest viuere aliunde, & adhuc potest exercere cambia obtenta prius iuramenti relaxatione, ita videtur posse distingui ex mente multorum quos adducit Sracca de mercat. p. 3. nu. 37. quid in recipiente dic idem.

Quærò an campsor possit licitè dare ad cambium illi quem scit non posse soluere in loco destinatæ solutionis nisi illam quantitatem assumat super cambijs? Saraua in d. trac. de camb c. 4. in fin. fol. 112. concludit affirmatiuè, & eius opinio videtur probabilis quia posse simpliciter, & posse causatiuè à pari procedunt Tu dic contrarium verius quia defectus simplicis potestatis includit intentum recambium quod est illicitum vt supra ostendimus?

Quærò in casu præcedentis quæstionis quomodo succursum sit danti.

Respondeo recipientem teneri ad interesse lucri cessantis, vel damni emergētis quod passus est qui dedit, quia non manifestauit illi se non habere quid in nundinis solueret, & consequenter fuit causa dāni emergentis, & lucri cessantis, & per iniquum foret, quòd dolus recipientis recipienti opitularetur.

Quærò Antonius bona fide dedit Bernardo ad cambium, & postea scit illum nō habere quid soluat in nundinis, quid agendum, Aut contractus ipse re integra potest resolui, & resolui debet, Aut non potest resolui quia res non sit integra, & tunc nec etiam potest Antonius recipere cambium, quia verisimiliter imò certius certo, recipiens se non obligauit ad cambium intentionaliter, quia eam intentionem non potuit habere ex deffectu potestatis soluendi, & consequenter non est orta ad id obligatio.

Quærò, Antonius dat Dñico mille aureos, vt ipse Dominicus eos teneat super cambio prò ipso Antonio, quæritur an Antonius possit recipere lucrum cambiorum ab ipso Dominico.

Aut Antonius scit probabiliter Dominicum non facere cambia licita, & tunc nō potest quia ex contractu iniusto lucrum quæreret Bonin. seg. de camb. cap 8 nu. 2. Fab. fol. 57. S. Antonin. 2 p tit. 1. c. 7 §. 38 Aut scit quòd Dominicus facit aliqua cambia licita, & aliqua illicita, & Antonius dat illi pecunias, cū pacto vt exerceat illas in cambijs licitis, & in hoc casu distinguendum est, Aut Antonius credit Dominicum, ita facturum, Aut credit illum nō ita facturum, Primò casu Antonius potest recipere lucrum quia illum recipit tanquam ex contractu licito, vt patet & etiam potest colligi ex Diuo Tho. 2. 2. q. 48. arg 4. & Nauar. in man. c. 74 num 31. lit. F. vbi ait quòd ille qui deponit pecuniam suam apud vsurarium qui habet proprios nummos ad vsuram exercendam non dat illi occasionem exercendi vsuram quia probabiliter credit non vsurum pecunia sua in vsuris ita dicimus Antonium nō dare occasionem campsorio vsurario qui habet alias pecunias ad exercendas vsuras quia credit probabiliter illum nō vsurum pecunijs suis nisi in cambijs realibus, & licitis, & consequenter posse sumere lucrum, Secūdò casu ex contra-

rietatè

rietate rationis contrarium quoque dicendum est quia scilicet dat occasionem campsori peccandi.

Quærò an in dante præsumatur scietia, quòd dederit ad cambium non habenti potestatem soluendi.

Præsumitur cōtrà dantem quia sumus in casu in quo limitatur regula quod ignorantia præsumitur, vt per Oddum de restit. in integr. par. 1. quæst. 8. art. 10. vers 8. præsumitur, Hic adde quæ dixisti in causa Papetæ.

Quærò an ignorantia facti excuset dantem ad cambium illi qui non erat soluturus in nundinis?

Nauar. videtur tenere, quòd non quia dicit quòd est ignorantia eius, quòd sciri oportet.

Ego autem dico, & distinguo hoc pacto, Aut ignorantia dantis est probabilis quia adsunt iustæ causæ credendi recipientem habuisse, & habere animum soluendi, & excusatur dans ad cambiū quia non est quid ei imputetur, quòd diligentiam non adhibuerit, vt se certū redderet quia satis, & iustè credidit se certum, Secundò quia ignorantia, quæ de facili tolli non poterat videtur prodesse, Tertiò quia causatur bona fides, & excluditur omnis dolus.

Aut ignorantia dantis non erat munita aliquibus circumstantijs propter quas dans posset credere recipientem soluere velle, & benè intrat hoc casu, & dictū & ratio Nauar. quia scilicet esset facti quod sciri oporteret atq; ideo non prodesset.

Aut ignorantia habebat rationes pro & contra, vt quia recipientis fama esset varia, vel variæ hinc indè vrgerent rationes & tunc, Aut dans adhibuit diligentiam, & in eam venit sententiam, vt posset dare, & tunc quia non est quid ei imputetur non procedit traditio Nauarri quia licuit danti abundare in suo sensu.

Aut sinistra suspitio contrà dantem præponderauit, & tunc dans male facit ędificando contrà conscientiam ad Gehennam.

Aut remāsit dubius, & adhuc in foro Poli nō potuit dare quia tutior via eligenda, nec in foro fori, quia conclusio quæ habet, quòd dubitans, & ignorans æquiparantur limitatur in facto quod interest sciri, vt latè ex Oddo comprobari potest in tract. de restit. in integr. par. 1. q 8. art. 9. num. 46. 47. 48. & seq fol. 88 & num. 55. vide omnino articulum sequentem benè determinantem hanc quæstionem.

De Actionibus.

QVærò Franciscus Buzzolus in necessitate constitutus pro habendis pecunijs quas aliter habere non potest petit ad cambium nūquid iustè se tueri possit, Respondeo absolutè quòd non, quia necessitas, ostendit quòd non habet volūtatem cambiandi, & ponit ob oculos defectum potestatis soluendi, & sic non potest campsor probabiliter credere contrarium sine qua credulitate nunquam iustificatur cābium, quæ ratio pœnes me absoluta est ad damnandum omnia cambia, quæ fiunt cum nobilibus, quorum non interest cambire, & hoc patet quia Nauar. in c. 17. in Man. num. 299. & 293. lit. H. & l. in antiq. & nu. 229. ait oporteret cōmutantem pecuniam absentem cum præsenti habere illam pecuniam in loco solutionis actualiter, vel virtualiter l. 1. & 2. ff. de contrahen. empt. empt. & habere voluntatem commutandi pecuniam quam absentem habet, & litteris satisfacere, vt ibi per eum.

Quærò quæ actio competat soluenti litteras cambij pro altero, Aut quis soluit requisitus ad soluendum, aut soluit irrequisitus. Primò casu aut soluit verè, & cōpetit actio contraria mandati. Rot. Genuen. decis. 30. num. 1. Aut soluit constituendo se soluturum & oritur actio de constituta pecunia Rip. in Rub. de verbo. oblig. num. 29 Rot. Gen. decis. 10. num. 7. & dec. 70. num. 3. Raudens. in suo Epith. de lucr. propter pecun. nu. 38. aut soluit verè, & acquirit actionem negotiorum gestorum l soluendo, ff. de negot. gest. quia soluendo pro alio vtile negotium gerit Rot. Gen. decis. 170. nu. 1.

De actione quæ datur occasione litterarum cambij.

QVærò an pro litteris cambij detur hypotheca hæc quæstio videtur resoluenda negatiuè quia non reperitur iure cautum, quod detur.

De exceptionibus.

QVærò an proposita exceptione simulationis ipsius cãb. retardari debeat executio litterarum. Scripsi & habebis in consilijs meis deo dante vide pronunc Ang in l.4. in §. condemnatum ff. de re iud. Imol. ibidem col. fin. in prin. Alex. in cons. 91. num. 2. lib. 2. 83. nu. 6. & 10. lib. 5. vbi est bona apostilla Ias. in cons. 85. vol. 1. Afflict. decis. 30. & 31. & ibi Vrsill. Bero. cons. 211. num. 8. lib 3. Anchar. consil. 98. & cons. 229. & 234. & 236. Alex. in l. si stipulatio ista in § alteri col. penul. ff. de verb. oblig. Rom. cons. 76. nu. 3. Caualc. decis. 1. & 2. in 2 tomo.

Quærò extat statutum, quòd non possit opponi aliqua exceptio contrà litteras cambij an poterit abijci de simulatione? Respondeo affirmatiuè Sauol. Vngarellus ad Summam Angelicam in ver. vsura primo sub num. 53 sub lit. b. Io. de Anan. in cap. Nauiganti num. 46. quem sequutus est ibidem Nauar. num. 27. & Lup. num. 66. & est verissimũ quia simulatæ litteræ non mærentur nomen litterarum cãbij quia sunt tanquam corpus sine spiritu, & defficit consensus sic vt contractus simulatus non dicatur contractus Rolan. à Val. qui alias adducit in consil. 40. incipit quòd instrumentum exhibitum vers. ad secundum respondeo nu. 41. vol. 2.

Quærò an exceptio non numeratæ pecuniæ habeat locum in cambio, Aut loquimur de iure, & non video rationem vetantem aut de consuetudine, & non admittitur exceptio, & ad hoc facit quod dictum est in quæst. an litteræ cambij numerationem probent.

Quærò an is qui similia cambia sicca contraxit possit vti exceptione simulationis dic vt per Rom. in cons. 238. num. 21. cum seq.

Quærò an sit peccatum differre solutionem iustam litterarum cambij, Dic q; sic cum oblig. ad restituendum Nauar. de camb. num. 39.

Quærò si bancum quod fecit litteras decoxit an bancum cui diriguntur iustè deneget soluere? Aut acceptauit, & tenetur aut non acceptauit, & non tenetur Salic. in l. pro debit. C. de bon. aut iud. possid. refert & sequitur Maranc. d. tit. de test. product. ver. è conuerso nu. 51.

De Prouisionibus.

QVærò an danti licitum sit luctum quod capit ex prouisionibus? Aut loquimur in campsore, & licet, Saraua & Alphonsus Vloa de camb. cap. 5. fol. 105. Boninsegna cap. 5. num. 11. pag. 104. & 105. aut loquimur in non campsore & non licet, Boninsegna d. trac. de camb. cap. 7. ver. nec etiam pag. mihi 109. Vngarel. ad Angelicam in vers. vsura 1. nu. 53.

Quærò an campsor in eo cambio in quo ipse primo accepit, vt alio trahat teneatur quid minus recipere pro lucro suo ex eo, quod ipse iam pecunias paratas habeat in loco quem trahit, Dic quòd non quia huiusmodi commoditatem donare nõ tenetur arg. tex. in c. periuris 10. q. 2. & tradit Bernard. de camb. sub num. 12. fol. 27. & idem voluit Saraua & Alphonsus de Vloa in dicto tract. c. 6. fol. 109. in prima fac.

Quærò an cãpsor lucrari possit vbi ipse opus haberet trãsmittere pecuniam, quæ primo soluit ad locum destinatæ solutionis? Saraua & Alphonsus de Vloa post Caiet. in dicto tract. & cap. 6. campsorem posse lucrari affirmant.

Quærò an intentio lucrandi in campsore sit damnabilis? Hæc est coniuncta cum bono ordine bonaq; conscientia, & distat ab omni falsaria, & est licita pulchris exemplis comprobat Stracc. in tract. de assecur. in 2. glos. & in his terminis Alphonsus de Vloa, & Saraua in d. trac. cap. 6. fol. 109. in prima fac.

De non soluente.

QVærò an debitor morosus teneatur ad interesse, si cambijs siccis se supposuisset creditor, aut ex necessitate, aut voluntariè, Primò casus debitor morosus tenetur, Secundò casu secus iux. ea præscribit Laur. de Rodulphis in tract. de vsur. q 48. nu. 25. vsq; ad fi.

Quærò an quis constituatur in mora per solam interpellationem in cambio? videtur dicendum, quòd non quia interesse obligationibus dandi in contractu innominato debetur officio Iudicis Berong. in l. vn. nu. 183. C. de sent. quæ pro eo. quod inter. vbi latè de hoc & in eo quod debetur per officium Iudicis per solam interpellationem quis

quis non constituitur in mora l. cum postu lassem ff. de damn. infect. quem tex. al bi non reperiri dixit Bart. & refert Bart. in Rub ff. solut. matr. nu. 21. Cogita quia stilus vrget in contrarium.

DE IVDICIIS.

Appellatio an detur à sententia lata super restitutione extorta quantitatis vsuraria mediante cambio sicco. ver. quaero an detur.

Agi an possit per inquisitionē pro cambijs siccis ver. quaero, an pro.

Constit. Pont. Pij V. an trahatur ad cambia, quae ante celebrata fuere ver. quaero an decretalis.

Cui magis sit credendum in Art contractus cambij Theologo an Canonistae ver quaero an in.

Crimen vsurarum, est mixti fori. ver. quaero quare.

Debitor meus in centum si fecit quod bancum de Pinellis faceret litteras cambij, & ego liberaui eum sed antequam ban. um de Pinellis mihi soluisset decoxit an litterarum cambium contra debitorem à me liberatum an vers. quaero nunquid si Titius.

Executio an fiat pendente dubio super iniustitia cambij ver. quaero an executio.

Mercatores an expediat esse Iudices in causis litterarum cambij ver. quaero an expediat.

Praeuentio quomodo indicatur in crimine vsurae. Ibidem.

Poena quando imponatur Iudici cogendi quem ad solutionem cambij siccis vers. quaero quae sit.

Periurium an obstet in promissione vsurarum seu cambiorum siccorum ver. quaero an in casu.

Taxari an possit interesse à praemisso in casu non solutionis ver. quaero an huiusmodi.

Vnus & idem contractus an possit iudicari licitus illicitus vers. quaero an vnus.

Vsura est peccatum contra naturam. Ibidem & cui.

De Iudicijs.

QVaerò quis sit Iudex competens in cognoscendo an cambia sint licita, vel illicita, pro clara decisione praesentis quaestionis constituendi sunt aliquot casus, Primus est casus in quo quaeritur de iniustitia vtrum scilicet cambium fuerit illicitum ratione excessus in praetio, & haec quaestio cum sit meri facti non minus pertinet ad Iudices laicos quam pertineat rescisio cuiusuis cōtractus ratione laesionis l. 2. C. de rescin. vend. solum est differentia inter alios contractus, & contractum Cambij quia facilius colligitur iniustitia quia praetium cambij semper est praetium legitimum, atque ideo eius veritas, & iustitia consistit in puncto indiuisibili, & omnis minima accessio est iniusta, & illegitima, vt in Calmerio l. 1. §. cura carnis ff. de off. praefect. vrb. Lup. in c. nauiganti comment. 3 § quinto vers. illud ergo num. 116. & sequitur Claud. ad consil. Bart. Bertaz. Patris in cons. 238. Domini Franciscus de Faccharis lib. 1. crimin. in additione, quae incipit pretium iustum sub lit C. neq; quisquam arbitretur haec aduersari his, quae supra diximus de iustitia, vel iniustitia cābiorum quia quae nunc dicimus intelligimus post tempus praetij statuti alias enim, & cambiorum praetium consistit in arbitrio vt supra, Secūdus est casus in quo quaeritur de vsura quatenus est facti, & omnes consentiunt Iudicem saecularem esse iudicem competētem, vt in l Titia ff. solu. matrim. Dec. cons. 170 Rol. cons. 75. volum. 1. Clar. in §. vsura & in §. fin. quaest. 37. Marquar. de Iude parte 1. cap 11. num. 10. Lup. in cap. quamquam comment. 4. §. 4. versic. quamobrem de vsuris Vulpel. cons. 70. nu. 4. seq. Clau Bertaz. in additionibus ad dictum cons. 288. vers. si verò quaestio sit facti sub lit. A. Tertius est casus in quo quaeritur de vsura quatenus est de iure communi, & principaliter proposita, & omnes consentiunt cognitionem esse Iudicis secularis, vt per DD. in c. cū sint generalę de for. comp. & in l. Titia ff solut. matri. Fulgos. cōs. 134. in fi. Passeth. cons. 45. num 9. Anchar. cons. 98. & est communis, vt attestatur Vulpel. cons. 70. num. 3. Quintus est casus in quo quaeritur de vsura per modum exceptionis proposita, & in hoc casu admittendum est quòd Iudex saecularis possit cognoscere de vsura Guid. Pap. in cons. 180. num. 2. Clar. in d. § fi. cad. quaest. 37. colum. 3. Ceph. consil. 402 nu. 16. Rimin. iun. cons. 399. nu. 21. & credo hāc esse veritatem tùm quia Rimin. iun. attestatur de communi, & Clar. dicit se vidisse seruari, & nuncupatim sequitur Clau. Bertaz. in addition. ad d. cons. 238. in additione, quae incipit duo tamen sunt casus sub lit. A. tùm quia possunt adduci instantiae ad comprobandum, quòd multa conceduntur per viam exceptionis, quae denegantur per viam principalis petitionis

titionis, Quintus est casus in quo agitur de vsura conditione alicuius legis municipalis prohibentis vsuras. & hoc casu posse Iudicem secularem de illis cognoscere propter dispositionem statuti sui tradiderunt Paulus de Castro in cons. 210. visis vol. 2. conciuis meus Berous. in cons. 207. vol. 3. Nat. cons. 369 nu 12. Rim. iun. cons. 218. num. 72. & 73. & cons. 399. num. 20. & ratio est, vt animaduertit Claudius qui præcitatos DD. sequitur in eisdem additionibus sub ead. lit. A. in additione, quæ incipit secundus est casus, contra seculares Iudices, & laici possunt facere statuta punientia vsuras non secus ac alia crimina, vt póst Lup. Vulpel Rim. iun. cõprobat ipse Clau. in iam citata additione, & à pari procedũt posse statuta condere & posse cognoscere quia parum proficerẽt leges nisi essent qui eas executioni demandarent, & seruirent ludibrio, ideo cum possint facere statuta, & sic ligare subditos, non etiam possunt subditi illorum examen declinare quia paria sunt statutis ligari, & forus sortiri.

Quærò an cambia vsuraria exercẽtes possint criminaliter puniri aut quæritur an possint puniri per Iudicem ecclesiasticum, & absolutè puniri posse affirmant omnes aut quæritur an possint puniri per Iudices seculares, & tũc sunt opiniones Negatiuam tenuit Bal. in l. improbum C. ex quib. caus. infam. irrog. Calderin. in cõl. 3. de for. compet. alios allegat Rimin. iun. in cons. 218. num. 23 & 24. affirmatiuam magis communem sequuntur Clar. in §. vsura nu. 5. decis. Pedemon. 136. & alios refert Rimin. iun. d. cons. 218. nu. 72. & cons. 369. nu. 19. & 20. sequit. Clau. ad cons. Bart. Bertaz. Patris cons. 238 in prima additione sub lit. A. & quęnam sint pęnæ laté disceruimus post Menoch.

Quærò quomodo quis posit tuta conscientia procedere, & contrahere absque periculo peccati vsurę tam in cambio quàm in alijs contractibus Constituendi sunt in hac re aliquot casus Primus est casus quãdo quis vult facere aliquem actum, vel cõtractum in quo Ecclesia diffiniuit, & determinauit, & deberet acquiescere omnino certũ est, & affirmat Clau. ad cons. Patris 238. in primis additionibus in additione, quæ incipit circumfertur sub lit. A. Secundus est casus quando casus nõ est diffinitus ab Ecclesia, & sunt opin. pro è contrà, & in hoc casu distinguendum est, aut sunt opinion. inter Theologos, & Canonistas, & tũc tutius est adhærere opinioni Canonistarũ Anchar. in sua disput. quæ incipit in antiquis Dec. cons. 111. num. 3. Siluest. in verb. vsura 1.

Quęrò quare cambia sicca sint prohibita Respondeo, quòd sunt prohibita omnibus rationibus quibus prohibita est vsura quas habes inter consil. Crimin. vt annotasti, & adde quæ habes in repertorio Ven. Fratris Matthiæ de Mediolano de sexto præcepto de vsura cap 7. nu. 160. vbi multa bona.

De ementibus officia vide Angelicam in verbo officium, & in verbo restitutio 4. § quinto & sexto in roscella.

Quærò an pro cambijs siccis possit procedi per inquisitionem dic vt per Peguer. in decis. crimin. c. 35. per totum fol. 161.

Quærò an detur appellatio à sententia lata su per restitutione extortæ quantitatis vsuræ mediante cambio sicco.

Videtur quòd non detur appellatio, vt in cap. quam perniciosum de vsuris, sed oportet distinguere iuxta gl. in c. quia in omnibus & in c. consuluit in verbo malè agere. & in c cum tu ex eo. tit.

Quærò an in casu præcedentis quæst. scilicet approbantis cambia iuramentum obstare possit. Aut loquimur de iure ciuili, aut de iure Canonico, Primò casu iuramentum non obligat tanquam repositum super re turpi. Secundò casu obstat dispositio tex in c. debitores de iur. iur. secundum multos. & est verissimum secundum regulãs generales. sed attende quia singulariter limitatur dispositio tex. in d. c. debitores de iur. iur. qñ vsura est sub quæsito colore, & velamine alicuius contractus facta, vt dixi, sed retenta prima opinione, qua ratione euitari possit exceptio periurij siuè petita sit siuè non relaxatio iuramenti ab Episcopo vide sem per Lancel. Gal. cons. 125. vers. nec constituenda est vis nu. 7 cum multis sequentibus vbi egregia inueniet ad propositum.

Querò an execut o fieri debeat pendente dubio super iniustitia cambij, vide Berou. cõs. 85. num. 6. 7 & 8. cons. 211. vol. 3 Rebuf. de lit. obligat. art. 6. glo. 1. num. 22. Gab. cons. 74 nu. 19. vol. 1.

Quærò an expediat mercatores esse Iudices in causa litterarum cambij, Aut quæritur an soli, Aut quæritur an cum consil. I. C.

Primò

Primo casu malum esse existimo mercatores esse Iudices quia defficit scientia de cuius necessitate latissime disserui in oculo Reip. Secundò casu bonum est mercatores esse Iudices ne scientia sit sine praxi de cuius necessitate pariter dixi in d.trac.de perfecto Iudice, & optime probat Strach. quod est notandũ contra Abbates mercatorum Mediolani, & facit pro Abbatibus mercatorum Bononiæ qui iudicant cum consilio, & hæc notãda sunt, alia etiam ratione, quæ reddit omnes Abbates suspectos, quia & ipsi habent causas similes, vt plerumque his, quæ disputantur.

Quærò quæ sit pœna Iudicis constringentis ad solutionem cambij sicci, Aut Iudex aliqua ratione excusari potest ad dolo, aut nõ, Primò casu excusarem Iudicem quia sine dolo nõ potest incurri pœna excommunicationis, vt mox dicam, Secundò casu cõstat eum incidere in excommunicationis pœnã Clemẽt. ex graui §.nos igitur vbi gl. Curt. & DD. de vsur. & tradunt summistę in verbo excommunicatio, & eos sequitur Episcopus Arsinensis in ædict. sub vsur. pag.25. sub littera P.

Quærò an decretalis F. R. Pij V. trahatur ad cambia quæ ante celebrata fuerant. Respondeo affirmatiuè quia continet declarationem eius, quod prius erat illicitum Card. in Clem. statutum in secunda quæst. de elect. Bal. in l. non dubium in prin. C. de leg. & est bonus tex. & bona glo. quæ declarat quando constitutio retrò trahatur in c. cum in ex. eum.

Quærò an in hoc articulo contractus cambij sit vsurarius, vel non, magis credi debeat Theologis, vel Canonistis Andr. quem refert Anan. in c. in Ciuitate nu. 19. & 19. de vsur. & Raud. in d. Epith. sub nu. 85. dicunt standum esse Canonistis.

Quærò quare sit quòd sæpius in Curia Ecclesiastica controuertitur de vsura cambiorum, & similium & tamen nunquam de furto laicorum simpliciter.

Respondet Abbas in c. clerici nu.3. de excessu Prælatorum vbi inquit qualitercunq; homines peccent contra naturam ecclesia potest exercere iurisdictionẽ suam etiam in laicos at vsura est cõtra naturam quia vsurarij faciũt germinare pecuniam ergo hoc est argumentũ formale Abbatis Cęterum pro hoc an & quãdo sit mixti fori, & an sit locus præuentioni, & an præuentio ex simplici informatione resultet, vide omnino apud Francisc. Marc. quæst. 533. par. 1. pag. 202. col. 3.

Quærò an vnus & idem contractus possit diuerso iure iudicari licitus, & illicitus, Aut in eodem foro, aut in diuerso foro, Primò casu dixi supra, Secundò casu dic quod sic iux. Nauar. in consil. 54. parochus accersitus num. 4.

Quęrò nunquid si Titius debitor meus in certum fecit quod bancum de Pinellis faceret litteras cambij, & ego liberaui Titium in certa forma, & antequam bancum de Pinellis mihi soluisset, decoxit, an habeam recursum contrà Titium principalem debitorem. Quæstio pulchra est & de illa vide Marant. in Specul. par. 6. tit. de product. test. num. 49.

Quęrò an huiusmodi interesse possit à prin. in casu non solutionis determinari? De iure communi res esset dubia cessat dubitatio propter bullam fœlicis record. Pij V. quæ determinat expresse non posse, vt adnotauit, Bernard. in d. trac. pag. 97.

De executione.

QVærò an litteræ cambij habeant executionem paratam. Videtur quòd non quia generalis reg. est. in contrarium Ant. d. Petrucia in l. 1. in 22. effectu iuramenti nu. 221. ff. de iur. iur. contrarium est verius Nauar. de camb. sub nu. 27. & rationabiliter quia magna est præsumptio fraudis contra non soluẽtem arg. tex. in l. qui sequutus C. de exercit. & instit. act. & in auth. contrà qui propriam C. de non num. pecun.

Quærò an procedendum sit executiuè etiam pro debitis interesse, vide Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 26. nu. 65. cum seq.

De Vsura.

QVærò quare sit quod nos videmus tot simulacra calamitosi illius viri de quo Liui. lib. 3. decad. 1.

Chrisostomus super illud Matthe. cap. 5. si to grauiter illuc sit & c. dicit q. pecunia vsurarij morsui aspidis similis est, & bene, Nam & vsura apud Hębreos morsus appellatur vt Deut. cap. 23. ibi illo habent morsum, &

Exodi

Exodi cap. 22. ibi neq; inferes ei morsum, nam inquit ille Pater percussus ab aspide quasi delectatus abijcin somnum, & per suauitatem saporis moritur quia tuoc venenum latenter per omnia membra decurrit ita qui sub vsuris accipit sub tempore quasi beneficiū sentit, sed interim vsura per omnes eius facultates decurrit, & totum conuertit in debitum, & non solum dulcis est morsus vsuræ, sed iniquissimus minister fœnerator quia genuaflectit bitetū deosculatur, & suauiter loquitur suum debitorem a principio, & similis est in effectu vermiculo ligni qui ad tractum lenis apparet, sed dentes haber sic durissimos, quòd omne lignum rodit, & deuorat, vt affirmat Bal. in cons. 449. ius naturale lib. 3. Non est igitur mirum si tot homines decipiantur, & decepti ad extremam vsq; famis necessitatem redigantur, & magis in cambio quia durior vsura, & detestabilior, vt dixi quæstione.

Quæro an ille qui facit contractum cambij verè vsurarium sit tutus propter consuetudinem in foro fori.

Aut loquimur quoad pœnam aut quoad interesse partis, Primò casu diuersa sunt contractum esse fœneratitium, & contrahentes fenus exercuisse Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 123. nu. 8. & tenendum est nodu intere quòd consuetudo etiam irrationalis excuset gl. in c. cum venerabilis extr. de consuetud. Crot. in c. quia in omnibus nu. 4. ex. de vsur. Cæpol. cons. 13 in 3. dubio. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 123. sub num. 97. vbi ad hoc allegat Bart. Rol. & Dec. & ita intelligitur illud quod contractus probatur, & iustificatur à consuetudine Ancharan. cons. 340. col. penul. cum simil. vt per Dec. in consil. 170. col. 4. Crad. in cons. 8. num. 22. Gozad. cons. 63. nu. 18. vt declarant Bald. & Salic. in l. quis sit fugitiuus in §. apud labeonē vbi etiam Alex. ff. de edil. edict.

Secundò casu aut loquimur respectu processus aut respectu sententiæ, Primò casu grauatur pars grauiori onere probandi vsurariam prauitatem vrgentioribus coniecturis, & medijs Rol à Valc. cons. 96. num. 26. & 27. lib. 2. Burs. cons. 117. nu. 6. Nat. cons. 586. nu. 9 & ratio est in promptu quia non ita facile credendum est tot homines errasse, Secundò verò casu cambium remanet illicitū, & debere scindi, vt per Crot. in d. loco quia illa frequentia nihil facit quoad præiudiciū partis ne malè ablata restituantur. Roman. cons. 238. in fi. Nat. cons. 498. nu. 24 & sequenti lib. 3. Ploc. cons. 19 quos sequitur. Menoch. de præsumpt. 122. eo. num. 97.

Quæro an per exercitium cambij quis dicatur mercator hanc quæst. decidit Strach. de mercat. par. 1. in deffinitione num. 67. vbi etiam ponit quot hominibus campsores appellentur.

Quæro an licitum sit cambium, quòd fit super pecunia vnius tantum, dic quòd non Barbatia de contract. ib. c. 37. nu. 5.

Quæro an sit locus pœnitentiæ in cambio aut acceptatæ sunt litteræ aut non Primo casu non est locus pœnitentię, Secundò casu potest quem pœnitere Rot. Gen. decis. 168. num. 3.

Quæro an constitutus in necessitate possit potere sub cambio illicito pecunias.

Aut à parato ad vsuram dare, aut ab eo qui non est paratus, Primò casu licet, quia licet vti alieno peccato, Secundò casu non licet.

Quæro an necessitas recipientis ad cambium faciat præsumptionem vsuræ.

Aut necessitas est localis quia quis indiget in loco in quo recipit ad cambium, & non in loco ad quem trahit, Aut est necessitas indistincta, Primò casu nō solum necessitas non facit suspicionem sinistram, sed semper eum comitatur cambia iusta, quia nemo accipit ad cambium nisi pecunijs indigeat in loco vbi recipit, & ita præsumitur quia quis non præsumitur iactare suum l. cum de indebito ff de probat.

Secundò casu necessitas inducit suspicionem fœnoris, quia facit præsumptionem quòd ille qui recipit sic recipiat, vt non velit soluere in nundinis quia præsumptio voluntatis restringitur ad limites potestatis.

Quæro an nobilitas recipientis facit suspicionem vsuræ.

Aut sumus in locis in quibus nobilitas non compatitur aliquod genus mercaturæ, vt est Illustriss. Ciuitas Bononiæ.

Aut sumus in Ciuitate in qua nobilitas compatitur aliquam negociationem mercaturæ, vt Illustriss. Ciuitas Mediol. mihi dilectissima ob multos filios sub eius mitiori Cœlo susceptos, innumerabiliaque beneficia à multis nobilibus ibi recepta.

Primò

Primò casu, Aut nobilis qui recipit in patria propterea.

Aut in aliena, Primò casu nobilitas inducit suspitionem fœnoris quia non est verisimile quòd intersit recipientis, recipere in eo loco, sed verisimilius est, vt recipiat propter dilationem, Secundò casu secus quia non differt à mercatore cuius interest recipere in vno loco, & soluere in alio, dum ipse reperitur in alieno solo, & indiget & sibi expedit se eximere à periculo traiectionis pecuniarum realiter.

Secundò casu principali, nobilitas non facit aliquam sinistram suspicionem imò potius arguit iustitiã propter duas qualitates concurrentes mercaturæ, & nobilitatis quia mercator habet pro se præsumptionem, vt possit, & magis in eo præsumitur voluntas, vt velit cãbire, & vt nobilis pro eo stat præsumptio, quòd abstineat ab omni turpitudine, & præsertim fœnoris, quæ damnatur tam in dante quam in recipiente secũdum dist. quam addux. quæst.

Quærò an imago scuti de Marchis, quæ circunfertur sit tollenda? Ludouic. Lopez. in trac. de contrac. lib. 2. c. 3. in fi. examinat opinionem Nauarri, & Soti & transit cum affirmatiua, Ego autem teneo contrarium, Primò quia imago illa confert ad commoditatem calculorum, Secundò quia præsefert maiorem iustitiam in cãbio. Est enim residuum figuræ marcarum auri, quæ magis accedere non poterant ad iustitiæ commutatiuæ regulas, Et ratio Soti cum dixit q offert occasionem mutuandi scuta realia, & simul vt restituãtur iuxta æstimationem scutorum de marchis, quam refert Lopez. est accidentalis, & consequenter vana.

Quærò Antonius dedit Bernardo ad cãbium recepto pignore, quæritur an id iure facere potuerit.

Aut recepit pignus quia probabiliter crederet recipientem non posse soluere in nundinis, & tunc manifesta est vsura, vt pluries supra fuit dictum, & est communis opinio.

Aut credens probabiliter recipientem soluturum, sed volens se securiorem reddere, & tunc contractus est licitus, & dans potuit licitè recipere pignus, sicut enim ille q emit frumentum, & dedit pretium, non adhuc recepto furmento potest licitè recipere pignus à caut. debitore, donec recipiat ab eo furmentum, ita potest Antonius qui emit pecuniam soluendam in nundinis à Bernardo accipere pignus, & cautionem donec pecuniam emptam recipiat, nec vlla ratio differentiæ est inter hos casus, idem dico de omnibus cambijs, quæ licitè fiunt, & ita tenet Bona. trac. 3. c. 7. num. 23. dummodo omnia fiant bona fide probabiliter intentione recta.

Quærò an cãpsor qui diù passus est post protestationes ob nõ adimpletas litteras cambij in forma sibi non solui, sed girauit litteras super protestu, an possit habere interesse in rationem cambiorum.

Aut poterat consequi sortem, & non curauit, & nullum debetur interesse l. 1. C. de sent. Castr. in l. diuortio nu. 61. vbi Alex. nu. 23. ff. solut. matr. Gemin. in l. curabit commẽt. 1. §. quarto sub nu. 72. Aut non potuit, & tunc, aut non potuit ob impotentiam debitoris, quæ vrgebat à principio quãdo dedit ad cambium, & sibi debet imputare quia nullus potest dare ad cambium illi qui nõ potest soluere Nauar. in Manual. c. 17. nu. 288. & seq. Aut non potuit propter impotẽtiam, quæ superuenit, vel ob impedimentum, & subterfugia debitoris, & tunc consequitur interesse, quia nec infortuniũ debitoris sibi nocere debet nec dolus debitoris debitori patrocinari debet, & interesse erit ad rationem cãbiorum, & recambiorum, vt dixi q.

Quærò quid dicendum in foro Poli, Aut qui facit cõtractum credidit contractum iniustum, aut credidit illum iustum, & licitum, Primò casu ædificat ad gehenã, & non est dubium quia agit contra propriã conscientiam, Secundò casu aut loquimur respectu peccati, aut loquimur respectu restitutionis, Primò casu aut dubitari potest probabiliter an consuetudo sit iusta, & tunc quis excusatur etiam in foro Poli, vt latissimè & eruditè de more disserit Nauar. semper reuidendus in cons. 20 quæritur primo de vsur lib. 5. Aut apparet quòd consuetudo est nutritiua fœnoris, & tunc nullo modo excusatur, & habet locum illud quod consuetudo in his, quæ sunt animæ nihil operatur c. ex parte de consuetudine Roman. cons. 238. & pro hoc colligitur optima ratio ex Rolan. à Val. in cons. 96. col. fi. vol. 2. & est indubitatum quia consuetudo non

potest cōmittere vsurā aliquo pacto Crot. in d.c quia in omnibus nu.3.de vsur. Alex. de Neuo cons.100. Clar.in §. vsura num.7. Secundò casu respectu interesse partis, aut sumus in casu in quo subest peccatum, & indubitãter succedit obligatio ad restituendum quod indebitè extortum est c. quamquam de vsuris etiam ab hęrede ad exonerandam conscientiam defuncti Alex.cons. 4.num. 21. vol. 2. cum alijs cumulatis per Dec.cons.272.num.6. Aut loquimur in casu in quo deficit peccatum, & cessat obligatio ad restituendum, vt probat Nauar.d. d.cons.20. in 2. dubio per totum, & quæ videntur in contrarium vrgere in fine præcedentis quæst. intelligi debent ad limites huius distinctionis.

Quærò campsores Romæ seu Florentiæ dant pecunias Lugduni soluendas illis qui Lugduni non habent agentē nec numismata; sed rogãt campsorem, vt ipsemet ad suum correspondentem scribat, vt nomine cambij cambium soluat, & traiciat atque ita vt correspondens præter propriam personàm gerens duarum personarum vice dantis, & recipientis cambiū respectu accipientis pecunias soluit Lugduni: & traicit & respectu campsoris dantis pecunias remittit, & pro maiori parte in eodem loco campsor soluit, Quærò inquam an huiusmodi cambia sint licita, Aut intentio contrahentium est corrupta aut non est corrupta, Primò casu cambia iniusta sunt, & illicita ac vsuraria, Secūdò casu de rigore iuris coram Deo, & in foro cōscientiæ videtur iustus prædictus cōtrahendi modus maximo viro Nauarro in cōs.1. campsores Romę tit. de vsur. lib 5. per totum illud consilium, Tu pie lector tutiorem viam eligas pro tua conscientia, & omnino recedas ab opinione Nauar. quia subest intentio recambij, & intrant ea quæ superius dixi, & omnes rationes Nauarri dum requisita in cambio enumerat, ea ratione euitantur quia cum nullus alius finis excogitari possit in accipiente præter finem ipsius dilationis apertè cōstat, quòd cambium reducitur ad tempus sicut nihil obstet enumerasse requisita illorumq; concursus, quia quando aliquid fit etiam verè eo tamen animo, vt euitetur legis dispositio id in fraudem dicitur factum, vt dixi ex Cephal. in consil. 229. versic. 1. si quid fiat num.43.lib.3.

Nec ad hoc obiectū satisfacit Nauar. in eod. cōs. in ver. ad quintum ex leui regula quòd quilibet præsumitur bonus l. merito. ff. pro Soc. cap. 1. de reg. iur. quia non solum præsumitur, quòd fiat in fraudem vsurariā, sed apertè probatur quia alius finis excogitari non potest in accipiente quàm ipsius dilationis. Errauit ergò aptissimè tantus vir. & de eo dici potest quod bonus dormitauit Homerus.

Sed hoc non est mirum, Primò quia consilia sua, vt intellexi reuidere nō potuit, Secundò quia illud consilium scripsit tumultuario studio occupatus, vt ipsemet dixit in fine, Tertiò quia resolutè non consuluit imò sensit maximam repugnantiam in corde suo quando ipse consultationis suæ clausulam eam apposuit: caueat autē ipse, & contépletur, quod astat Deus desuper qui nos diebus ac noctibus actusq; nostros ꝓspicit à luce prima in vespere, vt ibi per eum.

Cogitabam tamen fędere distinctionis defendere Nauar. vt eius traditio vera dicatur de rigore iuris pro vt ipse loqui profitetur in d. cons. sub nu. 5. vers. 2. respondeo hoc est, vt contractus ille secūdum quæstionem iuris non dicatur vsurarius, sed secundū quæstionem facti dicatur fęnus continere quia in fraudem vsurariū factus fuerit, quod ad facti quæstionem refert Alex. in cons. 9. lib. 4. vtcunque sit omnino cauendum est à simili contractu quia continet peccatum, & vsuram, quod dictum sit propter reuerentiam tāti viri nō q̄a ego, vel tantisper dubitē sub correctione alterius rectius sentiētis.

Quærò pone campsor habens cambium verum præmanibus dedit ad cambiū siccum egēti, & hac de causa ommisit facere cambium verum an poterit exigere lucrum.

Aut id quæritur ratione cambij, & certum est q; hac via nihil lucri accipere potest campsor quia hoc non est cambium, vt supponitur, & in hoc omnes concordant quod non est inutile scire propter modum procedendi aut id quæritur ratione lucri cessantis, & duæ sunt opiniones pro affirmatiua adducitur. Caiet. de camb. cap.4. Nauar. de vsur. nu.26. Laurent. de Rodulph. de vsur. par.3.num.1. Pro negatiua scripserunt Sot. lib.6. de iust. & iu. q.10. art.2. Ioan. Bap. Lup. in cap. nauiganti comment.3. § 1. eo. tit. de vsur. & Laurent. de Rodulph. in d. c. consuluit eadem par.3. num.1.

Affirmatiuam tenet dominus meus Raud. in d. Epith. de luc. propter pecun. nu. 138. vsq; ad finem & mouetur primo hic vir quia inquit ipse cẽsetur facta promissio contem. platione lucri cessantis per regulã si nõ valet qđ ago vt ago, valeat vt valere potest.

Quęrò an campsor qui recepit pecunias traficandas super cambijs illasq; traficauit super cambijs illicitis, possit recipere solitas prouisiones.

Respondeo non posse, quia illæ nascuntur ex contractibus illicitis ab eo factis, & sunt subiectæ restitutioni, Lup. in c. nauiganti in §. 2. tract 3.

Quærò quare sit quod nos videmus, q̃ bona campsorum tàm citò consumuntur.

Respõdeo saluo semper honore bonorum, q̃ tum de malè acquisitis nõ soleat gaudere tertius hæres, de his acquisitis sæpius nec gaudet ipse acquirens quia detestabilior sit ex species vsuræ, quàm alia quæuis.

Quærò an aliqua ratione dans ad cambium siccum possit aliquid lucri percipere.

Respondeo, q̃ non & si quid recipit pro suo non recipit: non ratione rei seu pecuniæ quia per mutuum dominium transtulit l. secunda § appellata, ff. si cert. pet. non ratione temporis quia illud est cuiuscunque proprium secundum Presbyterum, & Corsetum in cons. 25. nu. 20. non ratione moræ quia dilatio durat, non ratione lucri cessantis vt supra quibus addo Sarau. de camb. c. 8. nõ ratione incertitudinis exigẽdi quia nec illa tollit vitiũ fęnoris in mutuo c. nauiganti in prin. de vsuris quẽ tex. post collegium DD. Bergomens. inducit Menoch. in trac. de præsumpt. lib. 3 p̃sumpt. 123. nu. 6.

Quærò an quis cambia sicca approbauit, teneatur ad illorum solutionem omnino, Primò casu videtur dicendum cambia deberi quia transactio super fœnore tenet, Secundò casu teneas indistinctè adhuc nõ deberi cambia quia sicut solutæ vsuræ possunt repeti tãquam indebitè solutę, ita obligatio tanquam indebitè facta potest condici Roman. in cons. 238. vers. 2.

Quærò an decisio Nauarri in cõs. 11. de vsur. sit vera Quidam sollicitator (inqt Nauar.) habens mandatum ad accipiendum pecunias ad cambium accepit illas à semetipso misit litteras ad suum respõdentem, vt recipiat illas cum cambio. quæstio est difficilis, & egreditur terminos cambiorum distinctè examinatur, & benè per Nauar. in d. cons. 11. ibi videatur.

Quærò quare multi artem mercaturæ relinquant propter artem campsotiam Nauar. in cons. 11 de vsur. lib. 5. Respondit id non satis sciri. Ego existimo ob dulcedinem ditandi sine labore, & existimo eisdem motibus impulsiuis homines induci ad hanc artem quibus mutuantes ad vsuram licet cogitauerit suæ circa medium, & circa finem possunt esse eędem, & diuersæ.

Quærò an consuetudo excuset illum qui facit cambium iniustum, & fœneraticium.

Dicunt multi quod excusat à pœna temporali vt dixi supra.

Rursus sub distinguè, aut in ipsa cõsuetudine potest cadere aliqua ignorantia aut non, Primò casu excusat, Secundò casu secus q̃a non excusatur ille à temporali pœna qui causam iniustã cognoscit, & perseuerat, vt in terminis ex aliorum mẽte tenet Peguer. in decis. crimin. c. 34 nu. 21 fol. 160.

Quærò an ille qui dubitat de fide recipientis possit dare illi ad cambium, Dic quòd non quia se exponit periculo peccati cõtra tex. in c. iuuens de spõsal. Siluest. in verbo vsura 4 § 9. & vide eundem Siluest. in § vsura secunda in §. 6.

Quærò, pone quòd ille qui dat non velit dare nisi cum recursu ad suum respondentem expendẽtem illius proprium nomen, & sic dat, an tale cambiũ sit licitum, aut, qui dat, dat cum intentione tacita vel expressa; vel pacto tacito, vel expresso q̃ recipiens non possit se liberare á redditu cambiorum, aut dimittit recipiẽtem in sua libertate, vt possit se liberare in nundinis, Primò casu communis est opinio, q̃ ista sit vsura Fab. de camb. par. 2 c. 7. fol. 82. Lup. in c. nauiganti § 2. comment. 3. num. 65 & 71 de vsur. Siluest. in verbo vsura 4 §. 9 in fin. Nauar. de vsur. cons. 1. nu. 10. Secundò casu concurrentibus alijs requisitis, & præcipuè probabilis credulitatis, quòd recipiens possit soluere tenẽt pro iustitia cambij suprascripti DD. & ratio est quia necessitas apposita in primo capite reducit cambium ad secũdas nũdinas, & sic ad tempus, quæ ratio cessat in secundo capite huius distinct. vt patet.

Quærò an in contractu cambij possint cumulari plures contractus? Doctores tenent communiter, quòd possunt cumulari tres contractus societatis assecurationis sortis,

& assecutationis capitalis Nauar. in Man. cap. 17. num. 254. & in cap. si fœnerauerit 14. q. 3. ver. noto. decimo quarto Lup. in d. § 2. sub num. 62. & alijs quos citat Raud. d. Epith. sub num 58. & his addo quę lato folio scribit Ludo. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 65. pag. 436. vbi etiam videri poterunt quæ scribit in cap. seq. & omnino videndus est Nauar. in consil. 16. quidam consuluit mille de vsur. lib. 5. vbi distinguit an contractus fiat in eadem carta, vel diuersa sit ibi vide pro impugnat. similis contractus.

De Probationibus.

QVærò cui incumbat onus probādi ignorantiam, vel scientiam paupertatis & impotentiæ recipientis ad cambium.

Aut de vsura agitur criminaliter, Aut ciuiliter, primò casu onus incumbit debitori l. finali ibi si quidem hoc probatum fuerit de spons. & ita procedit quod notat ibi Bald. Secundò casu scentia præsumitur. l. qui cum alio ff. de regul. iur. & ita procedit doctrina Paul. de Castr. in l. etiam ff. de solut. & hęc distinctio colligitur, & tota probatur ex Curt. de sequestr. q. 9. vers. quid autem in dubio nu. 44.

Quærò an in mandato generali veniat facultas accipiendi ad cambium, Aut mandās consueuerat accipere ad cābia, vel ita erat de consuetudine Ciuitatis, & Terræ affirmatiuam, tenet Curt. aut mandans id non consueuerat neque erat de consuetudine Ciuitatis & terræ, & tenet negatiuā ita distinguit dom. in cons. 114. sub nu. 4.

Quærò campsores habent certum Iudicem, vt puta Abbates mercatorum, vt Mediolani quidam desijt esse mercator an poterit conueniri coram eisdem Iudicibus scilicet Abbatibus.

Hanc quęst. decidit Paul. de Castr. in l. 1. nu. 5. l. vbi de raciociu. ag. oport. & in l. per iniquam nu. 2. C. de iuridic. omn. iud. & tenet affirmatiuam.

Quærò an campsor petitus in iudicio iniustitiæ cambiorum teneatur exhibere libros suos. vide Roma. cons. 83. & Alex. cons. 58. nu. 1. & 4. l. b. 1.

Quærò quando paupertas recipientis ad cambium inducat suspitionem sęnoris, aut paupertas præcedebat, Aut recipiēs fuit factus pauper post debitum, Primò casu, aut id sciebat creditor, & procedit præsumptio, aut ignorabat, & tunc secus, hæc distinctio probatur per ea quæ ponit Curt. in tract. de sequestr. 7. q. principali vers. sciendum in 3. requisito sub nu. 41.

Quærò an litteris acceptatis scribens remaneat liberatus? Aut loquimur de iure, aut de consuetudine, Primò casu affirmatiua est verior l. si fil us familias cum ibi notatis per Salic. ff. ad Macedon. & notat Bar. in l. singularia col. ante penul. vers. ego dico ff. si cert. pet. Rot. Gen decis. 168. num. 2. Secundò casu scribens, & recipiens tenetur donec sequatur solutio Bal. cons. 190. Sempron. Manfred. & 348. factæ fuerunt vol. 2. & cons. 168 in causa quæ vertitur vol. 3. refert Rot. Gen. decis. 8. num. 18.

Ego autem distinguo aut pro soluēdo aut pro soluto vt infra.

DE VARIIS QVÆSTIONIBVS.

C Vmulari an possint plures contractus in contractu cambij ver. quæro an in contractus.

Cambia quibus ex causis sint introducta ver. quæro ex quibus.

Cambium an detur quid speciali nomine per constitutionem appellari debeat.

Contractus cambij an sit gratia vnius, vel vtriusq; celebratus vers. quæro an contractus.

De Varijs.

QVærò an detur cambium, quod speciali nomine per contationem appellari debeat? Lup. in c. nauiganti commēt. 3. § 2. vers. sequitur etiam nu. 71. adinuenit & reposuit hoc nomē quasi speeificum, sed decipitur quasi secundum ea quæ narrat inculcauit contractum societatis cum cambio, vt ibi per eum.

Quærò quid agendum, & quomodò succurrendum illi qui litteras cambij in itinere perdidit vide Bal. in l. instrumēta C. de fid. instrum. & Marant. in Specul. par. 6. tit. de instru. product. vers. vlterius quærò nu 48. duo debet præstare hic mercator probare amissionem, & quòd pecuniam non recepit; & poterit repetere pecuniam sinq. ait Paul. de Castr. in d. l. instrumenta vbi allegat Bal. & dicit doctrinam esse no. & quotidianam vide etiam eundem Bal in l. pecuniæ C de solut.

IN

IN VNA CAMBIORVM.

Resolutio in Sacra Congregatione.

Cambium siccum diffinitur ac plenè examinatur per exempla per totum responsum.
Cambiorum iniustitia declaratur.
Cambium per litteras quomodo contrahatur.
Consuetudo omnino perniciosa abroganda est, Nec excusat in vsuris quoad forum poli.
Constitutio Pij Quinti circa cambia: Remissiuè habetur.
Interpretatio sumenda est, quæ excludit vsuram.
Nemini licet dare ad cambium qui non sit Bancherius, & mercator & an derogatum sit per constitutionem Bononiensem, & quomodo sit accipienda.
Senatus consultum Mediolani permittens aliquid vltra sortem accipi posse ex quodam æquitate.

Initium à Domino.

DVplici ex capite videtur omnino indicandum esse: vt quicquid Dominus N. vltra sortem accepit, restituere teneatur: tum ratione suæ personæ, cui prohibitum est, & vetitum, talem contractum facere: tum ratione ipsius contractus, qui omnino vsurarius est.

Respectu personæ: Clara est Theologorum, & Canonistarum conclusio: Quòd nemini licet dare ad cambium, qui nō sit bancherius, vt vulgò dicitur, & mercator. videatur Syluest. in sua summa, in verbo vsura, 4. de cambijs. q. 7. vers. Tertium, Quantum ad tum. Sed, quod plus est, Gaiet. in suo tract. de camb. in principio tradit, licere tantum campsoribus vel à Principe, vel à Repub. deputatis ad cābium dare, non autem alijs campsoribus priuatis. Idem tradit Hieronymus de Luca in tract. de camb. §. sequitur alius terminus, Turpe lucrum num. 30. 31. & 32. vbi expressè dicit, nummulatijs tantùm licere ad cambium dare non alijs personis. Michael Salon. in tract. de camb. q. 3. art. vnico num. 11. Et ità Excellentiss. Senatus Mediolani in contingentia facti talem conclusionem pro vera habuit, licet aliquid vltra sortem recipi posse, quadam æquitate motus decreuerit. De hac Constitutione Pij V. scripsit Greg. Tholos. De vsuris lib. 2. c. 4. num. 7. Peregrin. cons. 85. Proponitur nu. 8. lib. 3. Burgun. Decis. 12. Par. nu. 23. 24. 25.

Nec obstat: Quod aliquādo dictum fuit, Constitutione Sanctiss. Papæ Pij V. Bononiensi cautum fuisse, quòd liceat cuilibet personę ad cambium dare.

Quoniam illa cōstitutio emanauit ad instantiam Mercatorum Bononiensium. Et non obstaret illa conclusio suprascripta, quòd tantùm campsoribus à Principe, vel à Repub. deputatis liceret ad cambium dare, nō autem alijs priuatis campsoribus, ideo statuit Summus Pontifex Pius V. quòd liceret alijs quoque priuatis, scilicet mercatoribus, & Campsoribus, (ita enim est interpretanda illa Constitutio) ad cambium dare: seruata tamen in reliquis forma Constitutionis generalis de cābijs per eundem Summum Pontificem factæ, & editæ. Decian. in cons. 25. vol. pri. nu. 100. post Glos. in c. paratus 23. q. pri. & Oldr. cons. 268. in fine vbi inquit: Quòd quando tractamus de interpretatione concessionis Principis, illa est tenenda, quæ conformis est iuri, & æquitati, etiam si verba repugnarent: & hoc magis fauore animæ. Vnde illa interpretatio, qua induceretur peccatū, & vsura, est reijcienda, idem Decian. cons. 35. num. 44. vol. 2.

Verùm dato, sed non concesso: Quòd illa constitutio comprehenderet omnes personas Bononienses etiam non mercatores, vel campsores, dicendum ne erit, talem facultatem concessam fuisse omnibus alijs personis aliarum Ciuitatum, & aliorum locorum? Non certè. Quod enim vni Ciuitati est cōcessum, alijs dicitur denegatum. tex. in l. vacatio. ff. de muner. & honor. Tiraq. de retrac. §. pri. glo. 8. nu. 38. & quod ob gratiam, vel in priuilegium alicui concessum est, ad aliam personā non extenditur. Bald. in l. 1. num. 1. C. de legib. & Brun. in tract. de cess. bon. q. 9. princ. nu. 7. Quare ad præsentem casum nihil facit illa constitutio Bononiensis.

Respectu verò ipsius contractus: adeò clara est, & Theologorum, & Canonistarum decisio, quòd talis cambiendi modus vsurarius sit; quòd tale cambium verè siccum, & contra Constitutionem Pij V. de cambijs factum sit, vt nulla egeat declaratione. Videatur Io. Baptista Lupus in tract. de vsur. in comment. 3. super c. nauiganti de vsur. §. 2. num. 13. Vbi talia verba profert: Hinc factum est, vt multi pecunias suas tradant ad cambium, non quia egeant, vt illæ sibi

in

in alio loco numerentur, sed vt illas postmodum cum aliquo lucro recipiant: Et è conuersò multi recipiant pecunias, non vt illas alibi numerare debeant, sed vt solummodo habeant per aliquod in tempus in suis indigentijs, quas postmodum restituant cum lucro ad rationem illius temporis,& prout fecerit cambium. Quod re vera, & in effectu nil aliud, quàm vsuram lucratoriam dixeris. Et meliùs, & diffusiùs loquitur sub numero 29. vbi ponit casum in terminis terminantibus, quem iuuat refferre de verbo ad verbum. Inquit Lup. Sequitur etiam ex his valde periculosum esse illud genus cambij à mercatoribus huius nostræ ætatis in vsu receptum, quod illi percontationem vocant. Et tunc fit, quando retinent aliorum, qui non sint campsores, pecunias, eorum causa in cambium exponendas. Solent enim vt plurimùm eas hoc modo cambiare, exempli gratia: vt quia puta Sempronius certam pecuniæ summam Florentiæ Mæuio Campsori ad sui causa cambiandum dedisset, qui postmodùm illam ad librũ rationum suarum in creditum ponit, atque ipsam puta Caio pro suis indigentijs ad cambium per Lugdunum hoc modo tradit: Recipit Caius illam pecuniarum summam ad rationem scutorum sexaginta pro quolibet Marcho, vt quia ita valuisset cambium illud: scribit litteras Mæuius campsor Lugdunum, puta Titio suo institori, quibus illi hoc cambium factum significat. Vnde Titius ponit debitorem Caium de illa summa ad eam rationem scutorum sexaginta, & è conuersò Sempronium creditorem, atq; præstituta die remittit eos cum nouo cambio, prout ibi valuisset, puta ad rationem scutorum sexaginta vnum cum dimidio, suasque litteras ad Mæuium campsorem exarat Florentiæ; quibus receptis Mæuius ponit debitorem Caiũ illius summæ ad rationem scutorũ sexaginta vnum cum dimidio pro quolibet Marcho, & è conuersò Sempronium creditorem ad illam rationem: vnde apparet Sempronium lucratum fuisse per illud tempus trimestre ad rationem vnius cum dimidio pro quolibet Marcho. Mæuius verò campsor lucratur mercedem puta ad rationem scutorum quattuor pro quolibet mille. Similiter deducit alias expensas cambij. Atque cambitio hæc licita, honestauè à Mercatoribus existimatur eo colore, quòd litteræ scribantur, atque exarentur; tum etiam quia negotij forma, & commercium exerceatur. Attamen, si cambij vera natura inspiciatur, hoc inter cambia sicca, seu ficta prorsus repones; illudque habebis pro clypeo, seu figmento inducto ad subterfugiendas vsuras, seu potius pro diabolica institutione ad fœnus lucratorium exercendum. Neque potest excusari, ex quo in tali casu scribentur, atque exarentur litteræ; quia hoc non fit pro exercendo cambio vero, sed fictè pro pallianda vsura. Quamobrem huiusmodi litteræ nil releuant. Quinimmò deseruient potius ad exaugendum lucrum, & fœnus ob impensas, quæ earum causa veniunt. Vnde melius, & vtilius sequeretur debitori, si non scribantur, atque exarentur. Similiter haud verum est in cambio isto seruari negotij formam, atque commercium; quando neque Caius debitor, neque Sempronius creditor vllam habeant Lugduni pecuniam, aut aliud commercium, quo spectent habere. Et illicitè facit campsor ille, quando ex tali cambio mercedem, aliasque expensas deducit; cùm, vt superius dictum est, labores super actu illicito impensi nulla sint mercede digni. Hæc ille. Idem tradit Thom. de Vio in tractat. de camb. in princ. numero quarto. Vbi inquit: Iniusta verò absque dubio cambia sunt illa, quæ fiunt, cùm campsor lucratur, aut lucrari intendat ex eo, quòd Petro egenti Mediolani dat certam pecuniæ summam sub nomine cambij de Lugduno, vel Londres, & tamen secundum veritatem ibidem restitutio facienda vtrinque scitur, & sic illud est in fortioribus terminis, nempe quando campsor tradit suas proprias ad cambium alicui. Idem tradit Nauar. in suo Manual. de septimo præcepto, de vsura circa cambia numero 301. vers. Nota secundò, & consil. pri. in tit. de vsur. vbi inquit: Quòd cambium per litteras est iustum quattuor concurrentibus; scilicet, q; seruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam, & acceptãdam: quòd campsor non accipiat plus iusta mercede pro cambio: quòd campsor, qui dat pecunias soluendas, sciat, vel probabiliter credat, quòd persona cui eas dat, habeat pecunias, vel fidem,

dem, vel creditum, & voluntatem satisfaciendi litteris, quas de soluendis illis sibi tradit, in locis, vbi sunt soluendæ: quòd locus, in quo sunt soluendæ pecuniæ, longè distet à loco, in quo dantur litteræ, & di. ĉto consi. pri. nu. 7. dicit: Quòd Pius damnat eos, qui habēt intentionem, vt pecuniæ soluendæ in loco, ad quem fit cambium, soluantur in loco, vbi fit quia solui, & fieri solutio debet in loco ad quem fit, & quidem longè remoto. Vlterius dicit inanes reddi litteras, quando remittuntur ad eundem campsorem, qui illas dedit, & nō complentur per aliam personā. Idem tradit Thom. Mercatus Hispanus, cuius verba hæc sunt Italicè scripta in tracta. de camb. cap. 9.

Tutti affermano essere necessario sotto pena d'essere secco, che si paghino realmente, e con effetto nel luogo, per doue il cambio è fatto. Doue quando si habbiano à pigliare di nuouo à cambio, per pagare, non si deueno pigliare dal medesmo, cioè dal fattore, che gli deue quì riscuotere, come si suole fare. Perche riceuuta la lettera in Medina conuengono i corrispondenti, che si ricambi ad instanza di quello tale per Siuiglia. E così vengono ad vsare nel cambio la girandola dello secco, di cui dicemmo di sopra: doue il venditore compra la sua propria robba senza hauerla pure consignata, ch'è vna vendita fatta in aria. Non altrimēti costoro cambiano, e recambiano questa lettera senz'hauere fatto alcuno pagamento reale, mà dare solamente parole: che tutto é vsura con obligo di restitutione. Idem tradit Iacobus de Graffis in suis decis. cap. 10. post Syluest. in summa sua d. cap. vsura 4. quæst. 9. vers. Quintum, & post Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 10. art. 5. Vbi inquit: & vt aliquid ratione cambij percipiatur, necesse est, vt re vera fiat pecuniæ transmissio. Alias vbi non fit, sed fingitur, apertum est mutuum, atque ideo, quicquid vltra sortem percipitur, extorquetur ratione temporis: & per consequēs est vsura, & dicitur cambium siccum. Idem tradit Michael Bartolomeus Salon in tract. de contract. in quæst. de camb. q. 4. artic. primo vbi dicit formalia verba: Illud interim constet, cambium verum, ac reale illud tantum esse, in quo pecunia in vno loco tradita verè, ac realiter in alio diuerso, & distanti restituitur: ita vt præsens pro alia verè loco absenti, & distanti committetur. Quò fit, vt cambium, in quo non recipitur vera, & realis commutatio pecuniæ præsentis in aliam verè, & realiter absentem, ac distantem, sed solùm commutatio pecuniæ præsentis pro alia post tempus aliquod in eodem loco restituenda, non sit verum, & reale cambium, sed verum mutuum simulatum, tamen sub nomine cābij. Quod in re in praxim reducta facilius intelligetur. Existit vir nobilis Valentiæ, qui nullibi habet pecuniā, nec Lugduni, nec Flandriæ, nec Romæ, nec Hispali &c. nec ministrum, vel negotia, nec creditum, nec amicum, vel mercatorem, qui acceptis litteris ipsis soluat ibi pecuniam, quam per litteras solui mandabit. Eger hic nobilis mille aureis, postulat illos Valentiæ à campsore, restituendos per suas litteras, & persoluendos Hispali. Nouit campsor huiusmodi nobilem Hispali nihil omnino habere eorum, quæ diximus: nihilominus confert illi mille aureos acceptis litteris mittendis Hispalim, vt ibi pecunia illa sibi persoluatur: quæ tamen litteræ in hoc casu fictæ sunt, quia nobilis hic neque pecuniam, neque ministrum aliquem, vel amicum habet Hispali, à quo pecunia restituatur. Qua de causa, aut nō egrediuntur Valentiam, nec mittuntur: aut si mittuntur, redeunt inanes, & vacuę, factis quibusdā protestationibus, vel figmentis, quibus constet culpa illius nobilis non persolui litteras illas campsori. Decurrit interim totum illud spatium temporis, quod ex more cōceditur debitoribus cābiorum, nimirum vsq; ad proximas nūdinas. Illisq; aduenientibus, ac termino solutionis, compellitur ille nobilis ad reddendos illos mille aureos in eodem omnino loco, vbi illos acceperat, & vlterius pretium quod cōmuni vsu fori solent cāpsores recipere in cambijs è Valentia in Hispalim. Huiusmodi ergo cambium fictum est, & simulatum. Primò, quia non est commutatio pecuniæ verè & realiter præsentis pro absente, cùm nobilis iste pecuniam nullam Hispali haberet, nec propriam, nec amici, ex qua fieret solutio, sed solùm fingeretur. Secundò quia litteræ illæ sunt fictæ, cùm tradantur tanquam transmittēdæ ad ministrum, vel mercatorem redditurū Hispali pecuniam illā, re vera tamen non sint transmittendę,

vel

vel si transmittantur, non existat minister, vel mercator amicus huius nobilis, qui illas admittat, & persoluat. Tertiò fictum: Quia cùm solutio illius pecuniæ re vera sit facienda ab eodem nobili Valentiæ, vbi recepta est huiusmodi pecunia, fingitur facienda Hispali. Vnde propriè contractus iste mutuum est cùm nihil aliud sit, quàm traditio pecuniæ facta Valentiæ pro simili pecunia in eadem Valentia post aliquod tempus recipiẽda, in quo consistit propria ratio, & natura mutui; simulatur autẽ fingiturque cambium, cùm sit verè mutuum. Hoc igitur cambium, in quo Valentiæ contrahuntur viri nobili nullam pecuniam, vel creditum Hispali, vel alibi habenti mille aurei, datis ab eo litteris campsori ad Hispalim, est omnino simulatum, & fictum. Hæc ille.

Nec huic sanctissimæ opinioni obsistere debet, vt inquit Fabian Genuens. in suo trac. de camb. nu. 41. Quòd hac nostra tempestate cupidinis plena ipsorum negotiatorum, siue nummulariorum multitudo magna saltem participatiuè, & eorũ quidem aliqui, qui Deũ præoculis se habere ostendunt, huiusmodi conditionis cambia celebrent: Quoniam humana negotia, atque hominum mortalium vsque in foro conscientiæ non hominum multitudine, sed exacta ratione, sacrorumque canonum, & pręcipuè diuinarum scripturarum auctoritate discutienda, & metienda sunt. Si enim huiusmodi ratio valeret; tanta infidelium multitudo, quæ omnium maxima est, & apud nos in dies magis magisque serpit, & eorum quidem multi, quoad moralem, quandam vitã, pluribus Christianis meliores, ante conspectum diuinum essent gratiores, & post hanc mortalem vitam ab ipso Deo maiori præmio in cœlesti curia coronarentur; quod tamen falsissimum est. Quare dicendum est, huiusmodi contractus prætextu cuiusuis consuetudinis licitè fieri nõ posse: quia ratio, & veritas consuetudini præponenda est, vt ait August. lib. 4 de baptismo, post tex. ad litteram in c. frustra. dist. 8. præsertim cùm talis consuetudo potiùs inhumanus, & crudelis abusus, & perniciosa corruptela appellanda sit, iuxta modum loquendi Sanctorum, & Christianæ religioni, & animarum salutis non conueniat; sed potiùs contra Dei præceptum, atque Sacrorum Canonum decreta, & Constitutiones Pontificias è diametro aduersetur. Quapropter talis consuetudo tanquàm irrationabilis, atque veritati, humanæque saluti cõtraria non est seruanda, sed penitus eijcienda, eliminanda, atque omnino abolẽda. c. ex parte. de consuet. c. mala. dist. 8. Non enim firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit de reg. iur. in sexto, & est tex. in c. fin. de consuet. vbi dicitur: Cùm tantò grauiora sint peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo sanæ mentis intelligit naturali iuri, cuius transgressio periculum salutis inducit, quacunque consuetudine, quæ dicenda est veriùs in hac parte corruptela, posse aliquatenus derogari. Et consuetudo contra expressam constitutionẽ Papæ prohibitiuam non valet, maximè si habet decretum quantocũque tempore obseruata. vt tradit Io. Andr. in cap. cum de beneficio. num. 1. & ibi Canon. Communiter de præben. & dign. in sexto. Auctoritas enim Papæ non est ab homine, sed à Deo. cap. nouit. versiculo cum enim de iud. & tradit Io. Andr. d. num. 1. Ideo inferioribus non licet contrauenire. Petr. Rauen. tract. de statut. sectione prima num. 34. Cùm igitur talis consuetudo sit contra expressam constitutionem Pij Papæ V. de cambijs, nullo pacto est seruanda, sed penitus extirpanda, & abolenda.

Laus DEO, ac B. V. M.

RESPONSVM IN materia Cambiorum.

Conuentio & taxatio interesse moderati etiam in foro conscientiæ permissa est.

Interesse nulla habendam est ratio nisi data mora.

Lucrum cessans potest accedere ad damnum emergens quàm ad lucrum.

Stipulatio vsuræ protestanda ante moram non subsistit.

Sol iustitiæ illuminet.

Visis instrumentis celebratis inter dictum Daucrium ex vna, & fratres Bombellos ex altera presupposito semper Daucrium ipsum esse mercatorem, & solitũ negotiari, & pecunias otiosas non tenere puto pendente

dente dilationi ad soluēdū assignati, Bombellis ipsum posse ab eis interesse lucri cessantis exigere, & illud in certa quantitate in genere ab initio taxare potuisse absque fœnoris, & vsurarum labe vel suspicione.

Et si enim, vt plurimum eius quod interest ratio habenda non sit nisi post moram. Attamen vbi illud in pacto non deductum fuerit non videtur illicita illius stippulatio, quod procedit nedum in venditione, & positione in sui locum de qua in hac specie agitur, in qua socius transtulit in socium suam portionem fictalitiarum, & emolumentorum ex ipsis percipiendorum solutis sibi pecunijs in causa principali erogatis, sed etiam in mutuo, vt ab initio etiam data dilatione nec intercedente mora validum sit pactum tam quoad lucrum cessās vbi tractetur de verisimili lucro quam quoad damnū emergēs Doct. post Abbat. in c. salubriter de vsuris Castr. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. Dec. in cap. cum venerabilis nu. 14. de except. vbi subdit equissimam rationem. Nè scilicet ille cui est data dilatio lucretur cum iactura eius qui eam concessit, quam opinionem communem, & obseruandam ait Didac. var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 5. Lup. in tract. de vsur. siue in cap. nauiganti coment. 3. §. 1. nu. 18. Demauder. pupill. patrocin. c. 18. num. 22. vbi eiusmodi stipulationem eius quod interfuerit in lucro cessant ante moram licitam, & ab vsurarum labe immunem refert. ac potissimum in mercatoribus ac alijs quibusdā, vt iuxta æquitatem possint lucri cessantis compensationem stipulari, & num. 30. & 31. repetit posse quem ab initio quantitatem interesse lucri cessantis etiam ante moram stipulari modo compensatio sit æqua, & non immoderata: sequitur Rot. Genuen. decis. 34. num. 2. 3. & 4.

Cum ergo tractetur de pecunijs positis in societate, quæ tota transfertur in Bombellos, & Dauerius qui pecunias posuit soleat ex suo mercimonio verisimiliter stipulatam quantitatem interesse lucrari, & verè lucratus fuisset si ipsas pecunias in dicto mercimonio implicasset, vel saltem tantum ex eis lucratus fuisset si in societate fictalitiarum perseuerasset.

Sequitur dicendum, quod ex quo non lucratur ex pecunijs præfatis neq; in mercimonio neque in societate fictalitiarum non solum sit Dauerius in lucro cessante, sed & in damno emergente cum etiam dicatur generaliter lucrum cessans potius accedere damno emergenti quàm lucro l. proculus ff. de dam. infect. Mant. tract. de eo quod interest. nu. 25. Demauder. d. c. 1. num. 15. Osasc. decis. Pedem. nu. 143. in fin. æquum enim est quod ille qui ex re mea, vel occasione rei meæ sine aliquo facto suo aliquid percipit illud mihi restituere debeat Bar. in l. cum fundus §. seruum suum ff. si cert. pet. & Soci. in l. si me & Titium nu. 3. ff. eo.

Vnde cum quantitas sit taxata, & in stipulatione deducta pro interesse lucri cessantis potest illam solitus negotiari obtinere Bar. in l. 1. num. 14. C. de sent. quæ pro eo quod interest. quem sequūtur ibi Dec. & reliqui.

Potius etenim fauore debitoris quàm creditoris dicitur facta taxatio ne possit vltra expressam quantitatem liquidari istud interesse lucri cessantis, & damni emergentis. Certa enim quantitate expressa modò sit paulò plus, vel minus, eò quod communiter ex tali negotiatione percipi potest dicitur quædam transactio super interesse facta, inspecto futuro euentu, quia si poterat minus taxata quantitate percipi, potuisset etiam fieri quod plus percepisset stipulans in mercimonio eas implicando Dec. in dicto c. cum venerabilis num. 14. & Didac. d. c. 4. num. 5. dum dicit data dilatione ad soluendum venditorem licitè pacisci vsuras nō solum in genere, sed etiam expressa certa quantitate in initio contractus, quæ tamen verisimilis sit. Idem Couar. dicto lib. 3. c. 1. num. 3. ver. quarto hinc poterit dici attenta vera ratione decidendi dicti c. salubriter nullam congruam rationem exhiberi posse cur ab initio contractus interesse verisimile in pactionem deduci non possit, & hanc receptiorem opinionem dicit Sot. de iust. & iu. lib. 6. q. 1. sequitur Nauar. in comment. de vsur. cap. si fœneraueris 14. q. 3. in decimoquinto notab. vbi quatuordecim assignat rationes, & in Manual. cap. 17. num. 211. vtroque in loco omnino videndus, sed præcipuè in dicto cap. si fœneraueris vbi loquitur in 4. casu. Etiam quod interesse non fuerit in stipulationem deductum quod nihilominus debeatur, & hanc receptiorem opinionem dicit.

Et eadem ratione dici debet de secundo, & me-

mediante interesse, quod scilicet si debitor non soluerit principali, & immediate interesse pecuniatum mercatori debitum debeatur secunda, & mediatum interesse lucri cessantis ob non solutum interesse mediatum quia tunc in mercatore solito negotiari potius considerati tanquam damnum emergens quàm lucrum cessans, ideo multiplicatum debetur Rota Genuen. decis. 87. num. 9. & decis. 78. num. 16. vbi per iura ibi allegata dicitur per Rotam illam Genuæ, ita decisum fuisse.

Nec me mouet, quod in prioti instrumento dilatio simpliciter fuerit assignata ad soluendum capitale nulla facta mentione, & obligatione interesse.

Quia respondetur ex monte Nauarr. in dicto cap. si fœnerauetis 14. q. 3. num. 43. vbi ait licitam exactionem interesse lucri cessantis in mercatore ante moram, & culpam ipsius debitoris, & sic dilatione pendente, & non præcedente pacto. Quod inq; scilicet non fuisset expressum in primo instrumento quod Bombelli tenerentur ad prestationem interesse lucri cessantis nihilominus per dicta per Nauarr. ad id poterant de iure compelli, tanquam quod inesset naturæ contractus obligationis, & propterea per stipulationem interesse lucri cessātis in secundo instrumēto factam dicitur facta expressio eius quod tacite inerat primo instrumento, & in ea parte dicitur facta declaratio mentis inter ipsos contrahentes.

Verum & hęc fuit optima cautela Dauerij, ne aliquando illi opponi posset quod per stipulationem sortis, & illius receptionem diceretur remisisse interesse sibi de iure debitum, ideo bonum fuit illud in secundo instrumento in stipulatiònem deducere.

Nec est quod opponatur parcellæ lib. 4453. in capitale deductarum in secundo instrumento Quia aduertēdum est in primo instrumento factam fuisse renuntiationem tantum fictalitiæ Turris Rodobij, & circa dependentia ab ea fuisse tractatum, in secundo verò instrumento fuisse etiam tractatum, circa fictalitiam cirenarum, & propterea dici potest hāc parcellam lib. 4453. deductam fuisse in stipulationem ratione dānorum prouentorum ex dicta fictalitia, vel per ipsum Dauerium patiēdorū ob renūtiationem dictæ fictalitiæ factā quo casu per supra dicta licuit illa ab initio taxate.

Sed posito quod illa parcella, lib. 4453. computaretur tanquam interesse, & suggeretur cum alia parcella lib. 6297. quæ ambæ constituunt summam lib. 10750. pro interesso lucri cessantis annorum sex sottis lib. 26. millia certè, Illud non dicitur taxatum in rationem septem in singulas cētum libras quia absorberetur summa lib. 10920. & sic patet infra septem in singulas centum lib. fuisse taxatum interesse, & propterea, moderatum dici debet eum, & census in rationem septem, & redditus Camerales in rationem octo in singulas centum libras implicentur, In mercimonio vero longè pluris licet in rationem decem duodecim, & quindecim in singula cētum prouenit vtilitas non ex pecunia ipsa, sed ex ipsa applicata homini industrioso prout optimè considerat Nauarr. vbi supra nu. 46. in 8. ratione, Adeo quod si quantitas taxata in genere reducatur ad taxationem in specie, non est adeo excessiua, & immoderata, inspecta qualitate personæ creditoris quod dici possit sapere vsuram quoad stipulantem mercatorem, & solitum negotiari etiā in foro cōscientiæ cui etiam per prædicta debetur interesse multiplicatum, vt dixi supra. Et ita sentio saluo saniori iuditio.

IN VNA CAMBIORVM.

Fructus computantur in sortem in contractibus vsurarijs.

Mens contrahentium in crimine vsurarum elicitur ex coniecturis & indicijs.

Non probat referens nisi constet de Relato.

Pactum tenendi pecunias super cambijs arguit vsuram.

Pecunia transmissio vbi re vera non fit, sed fingitur vsura contrahitur, iuxta bullam Pij V. Pontificis editam super cambijs anno 1570.

Pacta insolita inducunt suspicionem vsuræ.

Solitus fœnerari quis dicatur.

Vsura inducitur ex deprauata contrahentium intentione, vt in emptione.

Varij casus vsurarij recensentur.

Emens fundum vili pretio pro certo tempore tātum dicitur vsurarius.

Mag. D. Andreas de Scamnis.

NOn videtur posse deffendi Mag. D. Andreas quin labe vsurariæ prauitatis ex

solis

solis instrumentis per eum cum Mag. D. Io. Baptista instrumentis se coinquinauerit, & per consequens quin fructus, & alia per ipsum exacta in sortem computet. Est enim in iure clarum, & à doctoribus planè receptum ex deprauata contrahentium intentione quemlibet cõtractum sub quauis forma verborum conceptum posse continere vsuram, vt in contractu emptionis est tex. in c. ad nostram, vbi Abb. post alios num. 2. de emptio. & vendi. & in alijs contractibus, vt in c. in Ciuitate c. consuluit & cap. fin. de vsur. glo. in c. plerique 13. q. 3. Bero. consil. 168. & Bursa. consil. 117. sub num. 5. lib. 1. Et huiusmodi deprauata intentio probatur per coniecturas, & inditia cap. cum in diocesi de vsur. Abb. cons. 81. num. 4. Ias. in l. licet Imperator num. 11. de leg. 1. & Crauet. plures allegans cons. 73. nu. 7. & plenius cons. 156. nu. 7.

Primò itaque arguitur simulatio quia in primo instrumento dicitur conuentum fuisse, vt dictus Io. Baptista, & fratres sui tenerent dictas libras 47500. super cambijs, & tamen de huiusmodi conuentione non constat, vnde cùm non stetur refferenti nisi constet de relato auth. si quis in aliquo vbi Bart. Bal. & alij communiter C. de eden. ideo prædicta confessio redditur simulata.

Secundò inter dictas partes admittitur in dicto instrumento, quòd pars dicti capitalis cõsistebat in nummis, & pars in mercibus nundum venditis, & pars in nominibus debitorũ inexigibilium quod cum ita sit, impossibile erat quòd capitale dictus Andreas posset tenere super cambijs, veris, & realibus. Et huc pertinet quòd vbi pecuniẽ trãsmissio re uera non fit, sed fingitur quin vsura contrahatur non est ambigendum vti tradit ex Theolog. Dom. à Soto lib. 2. de iusti. & iur. q. 10. art. 1. & claré colligitur ex bulla Pij V. Pont. Max. edita super cambijs anno 1570.

Tertiò in secundo instrumento, quod est dationis insolutum factæ per dictũ Iacobum principalem procuratorem specialiter constituto dicti Andreæ adest pactũ redimendi, Item aliud pactũ quod vbi dictus Io. Baptista, & fratres non redemerint dicta bona intra terminum statutum, quòd liceat prefato Andreę omni die, & hora intra annum exinde tunc proximè futurum cogere eos fratres, & quemlibet eorum insolidum ad redimendum, seu reemendum bona prædicta pro dicto pretio, quo ipse Andreas emit, & vbi negligentes essent dicti fratres, quòd liceat dicto Andreæ præpositis cedulis vendere plus offerenti, & vbi bona ea venderet pro minori pretio, ꝙ possit residuum consequi, & habere à dictis Fratribus, & quolibet eorum insolidum, quod quidem pactum cõtinere manifestam vsuram nemo est qui non dixerit. Si quidem liquidè constat, quòd dictus Andreas non habuit animum ad emendum bona, sed ad lucrum ex fructibus, & certus esse de commodo, & lucro suæ pecuniæ. Id quod sentit Bal. cons. 14. lib. 3. vti aperit Crauet. dicto cons. 156. num. 5. Ad quod etiam facit, quod scribit idem Bal. in rubr. de vsur. q. 5. vbi quod emẽs feudum pro certo tempore tantum vili pretio dicitur vsurarius quia apparet de eius intentione, quòd solum voluit lucrari fructus, quẽ & alios ad hũc casum pulchrè faciẽtes adducit idem Craue. dicto cons. sub nu. 6. Et quod emens possessionem apposito pacto quod vẽditor portando pretium post certos annos possit illas possessiones recuperare censeatur etiã contractus vsurarius firmat pract. Cancel. Romæ. pag. mihi 178. Atq; in dicto consilio ipse Crauet. concludit ex pacto retrouendendi qualificato nempè quod liceat venditori redimere non pure, & simpliciter, sed demum post nouem annos contractum diei simulatum, & vsuratium, Et pactum de lucrandis fructibus pignoris hodie non valere, quia sit vsurarium firmat Bal. post glo. in l. 1. C. de distr. pigno. Atque negari non potest quin huiusmodi pactum sit l. insolitum, & pacta insolita faciũt prẽsumi contractum esse vsurarium Bal. in c. 1. de feudo don. inuicem l. vnus. glo. in l. si quis sub audientiæ ff. de condi. iusti. Rol. à Val. cons. 40. nu. 34. 35. 36. lib. 2. vbi exempla adducit. Quæ quidem exempla etiam refert Berò. cons. 169. num. 3. lib. 1. Natta cons. 497. num. 13. lib. 3. & Menoch. cons. 109. num. 20. lib. 2. Insuper colligitur simulatio quod dictus D. I. vt mihi in facto præsupponitur semper retinuit dicta bona in eius æstimo, & catastro, & ipse semper soluit perticatum ex traditis per Bald., Corn. & alios quos refert Rol. à Val. dicto consil. 40. num. 36. Quin etiam in dicto instrumento enunciatur ꝙ dictus D. Io. Baptista

non habebat modum in pecunia numerata satisfaciendi, quod quidem etiam inducere videtur præsumptionem simulationis ex sententia eiusdem Rol. in dicto consil. num. 37. post alios plures, quos refert.

Quartò, ex his duobus instrumentis vsuratijs, licèt alia instrumenta non afferantur, colligi posse videtur, vt dicatur dictum Andream solitum esse in huiusmodi vsuraria prauitate delinquere, Namque solitus delinquere dicitur, qui bis deliquit l. 3. vbi Bal. num. 5. C. de Episc. audi. cap. ita nos in prin. 25. q. 2. C. sicut tribus, de pen. dist. 3. glo. in c. venerabilem in verbo ex successione de elect. & Ferrant. Gargiar. inter consilia crim. diuersarum consil. 126. num. 67. lib. 1.

Hæc verò cùm ita sint fructus, & alia omnia per dictum Io. Baptistam, & fratres soluta in sortem computanda sunt cap. 1. C. conquestus c. salubriter extra de vsur. vbi Abb. post alios c. ad nostram vbi Host. Io. Andr. Inno. Butr. Abb. & alij de emptio. & vendi. & alij alijs in locis possim, Atque poterit iudex ex officio compellere dictū Andream, necnon dictū Io. Baptistā, & Fratres ad vsurarium solutionem molestet iuramento de soluendo non obstante, Natta consil. 497. num. 5. lib. 3.

IN VNA EXECVTIONIS litterarum cambij contra minores, ex facto defuncti præstationis non concedendæ.

An Statutum illud habeat locum in litteris cambij.
Affl. dec. 272. & ibi Vrsill. declaratur.
Benintend. Bonon. declaratur in sua decis. 8. 9.
Executio sententiæ lata cōtra minorem an transeat contra minorem maiori succedentem.
Intimatio litterarum cambij ex lapsu annorum an præsumitur.
Minor an restituatur si ipse pecunias ad cambia acceperit.
Quid sit necessarium, vt concedatur restitutio minori.
Restitutio in integrum an concedenda sit minori ex facto defuncti qui pecunias ad cambia accepit.
Restitutio an detur minoribus in iudicio contra eos instituto pro facto tamen defuncti.
Restitutio non est concedenda quando illa calumniosè petitur.
Statutum mercatorum remouens appellationem an litteris cambij declaratur.
Statutum remouens appellationem an excludat beneficium restitutionis in integrum.
Statutum Mediolani 112. lib. 1. De præscriptione debiti per apocham declaratur.
Statutum de fideiussore exonerando declaratur.
Statuta etiam pœnalia ligant minores.

Pro nobili Alexandro Taberna.

Restitutio nulla concedenda est aduersus ea, quæ gesta sunt cum nobili Francisco Panigarola cui successere Nob. Fratres Maini cū agatur de actu cōsummato cum eorum curatore, neq; aliquid cum d. minoribus gestum dicatur ob quod mereantur in integrū restitui ad nota: in l. interdum si minor super Oddum de minor. q. 54. Art. 6. num. 23 24. Cum etiam, quod maius est, si ipsi minor fideiussisset vbi appareret cum non esse læsum non esset restituendus ex eodem Oddo q. 54 par. 2. Art. 3. in fine, Notatur in l. Æmilius §. minor Docto. in l. 2. C. si aduers. vend. pign. Hoc themate retento facile mihi est diluere objectiones contrarias, vtramq; quàm causæ necessitas postulat.

Primò non resistit dum dicitur quod agitur de sentētia lata cōtra minores à qua datur 2
beneficium restitutionis in integrum ex adductis latè per Odd. de Minor. par. 2. q. 72. Quia respondetur nihil in meritis adduci, cur hæc restitutio sit cōcedenda cum non fuerint in aliquo læsi d. minores prout requirit idem Oddus in citato loco Art. 1. num. 3. ideo non sufficit allegare sententiam cōtra minorem Ant. Gab. lib. 3. com. opi. tit. de minor. conclu. 1. vbi quod minor debet deducere ius per quod ius minoris fundetur.

Non obstat, quod statutum mercatorū dum remouet appellationem nisi in casu depositi non comprehendat minores ex l. 1. C. si aduers. rem iud. Nam respōdetur qđ illa lex nō loquutur in terminis statuti aliquid disponentis, sed rei iudicatæ, Nec Oddus meretur allegari in q. 7. artic. 1. num. 4. 5. nam aliud est quærere vtrum detur appellatio à statuto remouente appellationem, Aliud an detur restitutio aduersus præscriptionem statutorū quo casu loquitur Oddus, & ideo stat recepta conclusio, De qua apud

apud Nattam conf. 542. num. 16. par. 3. vt statuta etiam ligent minores, ad not. in l fin. C. rest. in integr. & abunde Odd. par. 1. q. 15. nu. 62. vers. regula est igitur.

Hinc etiam nõ obstat quod statutum remouens appellationem non remoueat remediũ restitutionis vti pinguius quia respõdetur vt supra qđ in nihilo docet minor se læsum, Tum secundò quod Restitutio non datur aduersus statutum vt supra dixi. Tertiò vbi restitueretur illud cõtingeret quando minor aliquid egisset imprudenter virtute statuti puta p compromissũ vi statuti in arbitrum suspectum, vel virum iustitiæ parum amatorem, & sic non restitueretur aduersus statutum: Hoc nullo modo adaptari potest ad casum nostrum ideo stat certa regula, ne censeatur prohibita hoc Casu restitutio, & hoc clarum, & expeditum est.

Minus vrget consideratio, quod licèt ex dispositione statuti de fideiussore exonerando sublata videatur omnis exceptio non tamen est sublatum remedium restitutionis cum non fuerit specialiter denegatum per multas authoritates quas adducit, Nam id eodem morbo laborat quo præcedentia quia minor non fideiussit, nec aliquis pro minore fideiussit, sed admissa patet fideiussio pro Reis conuentis quo cessat Restitutio quia nihil cum minore gestus est, vt supra dixi, nec actam fabulam iterum ago.

Ab eodem errore procedũt cetera, præsertim illud quod in danda Restitutione sufficiat dare fumum de bono iure, Nam nõ accomodatur hoc ad casum nostrum cum contẽdamus ex premissis nullã restitutionem dari ideo superflua est hac indagatio, & successiue cessat dispositio de qua apud Benintend. decis. 85.

Porrò ex hac lunga verborum farragine animaduerti tandem R. Consulentem attigisse punctum difficultatis, quæ in eo consistit quod ex actis appareat sententiam latam contra minores ex defectu probationum scilicet sub prætextũ quod Panigarola in cuius locum d. minores successerunt esset debitor ex causa litterarum cambij anni 1526. versus Arconatos, & quod pro eo intercesserit Taberna pater actorum cum deinde de debito nõ cõstet nisi ex quibusdam litteris subscriptis, vt dicitur manu propria quæ adhuc recognitæ non fuerunt & quæ vim habere. Non possunt obstante præscriptione stat. 112. lib. 1.

Nam respõdetur illud statutũ non habere locum in litteris cambij quia renouantur singulo Trimestri, & sic interrumpitur præscriptio de qua in d. cap. 112. vt per appostillatorem ibi num. 6. In vna litterarum cambij instrumenti, & rei iudicatæ Dec. Gen. 2. num. 9. Idem ex const. tit. de offic. Abb §. Quotiescunque requisitus, & habẽt hyppothecam.

His non obstat, quod non appareat de intentione dict. litterarum mediante proxeneta descripto. Quia ex lapsu annorum viginti præsumuntur omnia legitimè actitata not. in l. sciendum ff. ver. oblig. Menoch. de præsumpt. lib 2. præsumpt. 23. num. 15. Et præsumpt. 132. lib. 3. & tanto magis hoc locum obtinet quia iam factam fuisse solutionem partis dicti debiti intelligo, quę verisimiliter facta non fuisset nisi litterę cambij fuissent veræ, & reales, cum nemo præsumatur iactare suum argumẽto l. cum de indebito ff. probat.

Minus resistit dum dicitur quod restitutio datur minoribus quia iudicium cum eis institutum est licet pro facto defuncti, quod declarare dicit Afflictum à me allegatum in decis. 212. & ibi per Vrsill.

Nam respondetur satis dolendum esse quod sic veritas illud vt nõ. Nam Affl. ct. ibi non negat quin concedatur restitutio minori succedenti maiori quando petitur aduersus puta pbationes à minoribus factas, sed hic petitur restitutio aduersus factum defuncti in litteris cambij ab eo subsignatis, Secundò agitur hic de facto iam consummato, & perfecto viuente defuncto, & sic nõ agitur de iudicio inchoato contra maiores vsq; ad cõsũmationem quo tempore ille decessit, Hoc videtur admittere idem consultor dum dicit, quod sententia fuit lata cõtra maiorem scilicet Panigarolam, & nunc agitur de illa exequenda, & quod Vic. Cruc. cõcessit minoribus præceptum, vt pendente restitutione nihil innouaretur, Nam id est de quo agitur vtrum executio sententiæ alio non decto possit impediri per minores, Nam iuxta communes opiniones necesse est, vt detur fumus de bono iure. At hic nullus datur, vt trad. Odd. d. q. 43. art. 1. num. 20. quem tantum allegat D. Con-

D.Consulem in ijs,quæ illius aures demulcent Secūdo loquitur Odd. de restitutione concedenda aduersus sententiā contra minorem latam non autem contra defunctum eo casu quo, vel ille non appellauit, & sententia transitum fecit in iudicatum, vel appellatio prohibita est, vt in casu isto stantibus statutis mercatorum, vel in ea sententia cui victus acquieuit soluendo partem debiti iuxta not. in l.ad solutionem C. re iudic.Tiraq.de retr.conuention.§. 1.glo. 2 num.71.

Postremo non potest dici carere calumnia petitio huius restitutionis cum nihil dicatur cur non sit præseruandus indemnis fideiussor, vt in duobus alijs responsis à me discursum est.

Concludo locum esse solutioni & admittendus Alexander Taberna in consecutione restantis debiti dictarum litterarum cambij cū omnis bona fides hoc postulet.

Laus DEO, & B. V. M.

F Bernardinus Porrus I.C.

CONSILIVM IN MATERIA Cambiorum.

Facultas accipiendi ad cambia restringitur vrgente necessitate ne creditor licentietur in vsuris & hæc necessitas probanda est.

Obligatio accipiendi ad cambia lapsa certa die non sequuta solutione debiti non facit debitorem teneri ad cambiorum solutionem nisi sequatur interpellatio quia dies dicitur adiecta ad effectum inducendæ obligationis quia tunc debitor incipit teneri ad cambia.

Statutum mercatorum restringitur ad causas mercantiles & non egreditur eas.

Vbi creditor denuntiasset, & interpellasset non tamen tollitur facultas debitori purgandi moram, puta offerendo bona insolutum pro satisfactione.

Consilium in materia Cambiorum.

OBligatio accipiendi ad cambia lapsa certa die nō sequuta solutione debiti non facit debitorem teneri ad cambiorum solutionem nisi sequatur interpellatio nam & si possit creditor ex pacto lapsa die ad soluendum ea accipere illa dies dicitur adiecta ad effectum inducēdæ obligationis qui tunc debitor incipiat obligari ad cambia, sed non per hoc ex lapsu d. diei inducitur mora respectu incurrēdorum cambiorum absque interpellatione ne vnum, & idem tempus sit causa inducendæ obligationis, & moræ, vt late expendit Dec. cons.2. vnde non obst. reg l. magnam C. committit. stipulatione quod dies interpellet pro homine Quia fateor quod interpellat ad effectum inducendæ obligationis non moræ, & in casu nostro nō fuit facta aliqua interpellatio ad effectum constituendi in mora debitorem.

Secundò facultas accipiēdi ad cambia restringitur vrgente necessitate ne creditor licentietur in vsuris Abb. & canon. c.1. de vsur. glo.cap. conquestus extra eodem Bal. l. 1. vbi cit.Innoc.C.eo.& talis necessitas debet probari pulchre per Lupum Geminia. in rep.l.curabit §.6.num.116 C.actione emptio. De qua necessitate non apparet ideo non potest creditor vigore pacti facile prolabi ad vsurarū acceptionem nisi necessitas vrgeat. Paris.cons.34.lib.1.

Tertiò vbi creditor denuntiasset, & interpellasset nō per hoc tollitur tamē facultas debitori purgandi moram Dec.l.quod te ff.si cer.pet. offerendo bona insolutum pro satisfactione videndus Bald. in l. cum allegas vers.6.oppono vsuras. c. transact.

Quartò hæc cognitio non spectat ad Mercatores stantibus etiam nouissimis ordinibus Senatus limitātibus eorum iurisdictionem iuxta tradita per Crauet. cons. 3. num. 15. vbi quod si ex statuto sit adhibenda fides libris mercatorum restringitur ad ea quæ pertinent ad causam mercantiæ, sed hæc non est causa mercantilis nec tractatur inter Mercatores.

IN VNA CAMBIORVM.

PEna adiecta dationi quantitatis an præsumatur in fraudem vsuram.

In vna Cambiorum.

VEríssima, & sanctissima est iuris conclusio contra vsurarios,& eorum strategemata prodita. Quod vbi dationi Quantitatis adijciatur pœna loco interesse censetur

in

in fraudem vsurarum apposita. Legistæ in l.rogasti §.si tibi ff.si cer.pet. Alex.latissimè in l.stipulatio ista §.alteri ff. verbo.obligat. Idem cons.49. & seq. lib.4 Paris. cons.34. nu 31.& seq.lib.1. Quod tantòmagis proc. quãdo pęna apponitur facto negatiuo Bal. vt ibi per Paris.& fortius quando sumus in mutuo; nam cum simus in materia prohibita nõ statur pactis,& confessionibus partium durante causa suspicionis videlicet antè restitutionem mutui,sed aliunde probandum est tanti interesse paciscẽtis arb. l.cum qu.s decedent §.codicillis, & §.Titia & ibi Bar. ff. leg.3. l. si forte & ibi Bart. ff. Castr. pec. l. qui testamentum, & ibi Bald. ff.probat. & ita decid.Bal. in dicta.l.rogasti §. si tibi colum. 2. & ibi Purpura. diffuse num.39. Dec. cap. cum venerabilis col.5. de Exceptio.

Sic igitur cum in cõtractu celebrato de anno 1566. 10. Aprilis Baptista de Abiate confessus fuerit se esse debitorem Bartolomæi de Mangiarottis,& sociorum de lib.204. sol. 8. & incontinenti prorogauerit locationem, quæ adhuc duratura erat per annos octo vigore inuestituræ factæ de anno 1559. die 11. Febtuarij per ad annos tres tunc proximè futuros adcò finis contemplatiuę illius obligationis lib.204.sol.8.imper. imo quod plus est d. Mangiarottus, & socij soluerent lib.167.pro ficto totius temporis locationis prorogatæ nulla facta compẽsatione lib.204. sol.8. debitas per præfatum locatorem imo cum termino constituto debitori ad soluen. in fine tẽporis prorogatum cum pacto, & pœna quod vbi in dicto termino seu ad dictum terminum d. locator & debitor non soluerit d. lib.204. sol.8. Quod eo in casu locatio seu prorogatio sit à die eius finis prorogata per alios annos sex ad d.computum prout ex nunc prorogauit.

Auget vsuram instrumentum confectum anno 1569.15.Augusti in quo Mangiarottus mutuo dedit lib.60.d.locatori restituendas infra annum pœna adiecta,quod vbi D.Baptista d.pecunias in dicto termino non soluerit tunc & eo casu censeatur prorogata locatio per alios annos tres.

Et sic ex prædictis instrumentis apparet quod dicti cõductores magis fęnerare voluerint apponendo pęnam in fraudem vsurarum. Quò fit vt pœna exigi licitè non potuerit, & exactum omnino restituendum facta compẽsatione sortis saltem à die quo præfati socij retinuerunt bono ficto,& simulato nomine conductionis videlicet ab anno prorogationis factæ in pœnam dictarum librarum 204. sol. 8. debitorem d. locatorem, prout has excogitatas malitias eleganter perpendunt Moderni Paris. in tracta.vsur. q. 60.

Non obstat quod pactum de prorogando locationem non sonet expresse in pœnam quia non refert qualiter dicatur, sed qualiter se habeat veritas cum non sit in potestate contrahentium mutato nomine circumuenire dispositionem legalem alias committeretur de facili fraus solo verbo, ita in terminis trad. Bald. in l. cum allegas colum. 3. vers. sed pone C. vsur. veritas est cum, quod mutuum fuit factum pauperi ea intentione, vt in pœnam restitutionis pecuniarum non factæ cogeretur illes reinuestire in dicta cõductione vilissimo prætio sic igitur pœna ista est adiecta dationi quantitatis in mutuo in quo omnes admittunt cadere vsuram in l. rogasti §. si tibi si cer.pet.continet etiam iniquitatem, & excessum quia pro ponitur in facto, quam de dictis Nemoribus communiter percipi possent solidi 40. pro qualibet pertica vnde conuenit, vt dicam quod pœna prorogandi locationem tendit non ad securitatem mutui facti, sed ad augmentum, prout considerat idem Bal. in d. l.cum allegas colum.2. vers. sed hic dubitatur quod mutuum satis apparet pauperi factum,vt semper propter anticipatam solutionem. Mutui careat nec facultate disponendi de nemoribus,& ea locandi.

Censeo etiam primum contractum esse vsurarium in quo de anno 1559. 11. Februarij facta fuit inuestitura de dicto Nemore cum hac conditione quod ea inciperet habere effectum de anno 1565. & eius occasione fuerunt solutæ anticipate lib. 491. sol.1.d.3. Locatori, licet enim isti contractus in sui forma sonet in contractum locationis, & conductionis, & propriè vsura in mutuo consideretur vsura tamen ob deprauatam intentionem cõductoris dicitur contractus vsurarius Can. in cap.Nauigan ti vbi Abb. num. 8. extra vsur. certum est enim quod tempore quo conductionis initium erit. Nemus secundum contractum cursum



